BIBLIOTECA
3
4
225
DI FIRENZE
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze

Digitized by Google

Digitized by Google

3.4.225

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex legato D: Equitis Antonij

Francisci Marmi

POLYCARPI LEYSERI
POES. PROF. ORD. IN ACAD.
HELMSTADIENSI
HISTORIA
POETARVM
ET
POEMATVM
MEDII AEVI
DECEM,
POST ANNVM A NATO CHRI-
STO CCCC, SECVLORVM
CENTVM ET AMPLIVS CODICVM MSTORVM OPE
CARMINA VARIA
ELEGANTIA, INGENIOSA, CVRIOSA
EVVLGANTVR, EMENDANTVR; RECENSENTVR.

HALAE MAGDEB. SVMPTV NOVI BIBLIOPOLII
In quo per nundinas Francofurti ſub Mehlianis, & Lipſiae ſub
Brummerianis aedibus proſtat.
MDCCXXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

INdignos ſi forte iudicaveris, Benevole Lector, medii aevi poetas, quorum notitia ſtudioſe perquiratur, & ad poſteros transmittatur, viros accuſa magni nominis, qui eorum evulgandorum, vel illuſtrandorum, vel recenſendorum operam non poenitendam habuerunt. Aequius exſpectare licebit de conatu meo iudicium, poſtquam aut corpus poetarum, ſeqvioribus ſeculis vindicandorum, aut notitiam ſaltim eorum deſideratis non nullius momenti accenſere ſoliti fuerunt eruditi. Aliquam eorum notitiam ſuppeditarunt CHRISTIANVS DAVMIVS in *Syllabo poetarum Chriſtianorum veterum* Benedicti Paulini Petrocorii de vita B. Martini libris ſex praefixo, OLAVS BORRICHIVS in diſſertationibus de *poetis*, JOANNES ALBERTVS FABRICIVS in *bibliotheca Latina*, pluresve. Verum eorum omnium obſervata vix primas quasdam exſpectati operis lineas exhibere vel cum hac hiſtoria conferenti patebit.

Barbarum ſcio haberi medium aevum, barbarosque poetas eius omnes:

Neque mihi alia mens ante fuit; quam eos noſcere inciperem. Puto idem evenire reliquis, quibus vel nomina poetarum mediorum a nato Chriſto ſeculorum incognita ſunt, tantum abeſt ut ſcripta legerint. Non tangam quae omnibus eruditis illorum temporum obiiciuntur barbariei indicia, quaeque poetas noſtros eodem ictu feriunt. Sunt enim inſcitiae nonnullorum non omnium documenta.

Poetas carpunt inprimis ob *quantitates ſyllabarum* neglectas, *ſtylum minus elegantem*, *voces peregrinas*, & *rythmum*.

Primum incuſationis caput verba non res reſpicit, quae tamen non minus quam verba poetam faciunt. Interim diſpiciamus, utrum ille quantitatis neglectus barbariem ſignet. Olim cum Latina lingua vernacula adhuc eſſet, ſine regulis proſodicis omnes, ex ſola pronunciatione, ſyllabarum diverſitates cognoſcebant, id quod in omnibus vernaculis hodieque obtinet. Eliminata vero e vulgari ſermone lingua Latina non peccant in poeſeos genium, qui numerum hodiernae pronunciationi convenientem admittunt. Sty-

Digitized by Google

Styli elegantiam omnibus poetis noſtris denegare velle iniquitatis nota foret, quamvis ingenii potius, quam verborum elegantiam in poetis quaerendam & laudandam putem. Vindicabit tamen poetas noſtros ab hac labe corpus poetarum medii aevi elegantiorum.

Voces peregrinas adhibuerunt veteres poetae, cur non etiam recentiores eodem gauderent iure. Cauſam noſtrorum poetarum tuetur HORATIVS Epiſt. III. Lib. II. v. 47. ſqq.

Dixeris egregie, notum ſi callida verbum
Reddiderit iunctura novum ſi forte neceſſe eſt
Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum.
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget: dabiturq; licentia ſumpta pudenter,
Et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, ſi
Graeco fonte cadant, parce detorta, quid autem
Caecilio, Plautoque dabit Romanus, ademptum
Virgilio, Varioque? ego, cur acquirere pauca
Si poſſum, invideor? quum lingua Catonis & Ennî
Sermonem patrium ditaverit, & nova rerum
Nomina protulerit? licuit, ſemperque licebit,
Signatum praeſente nota producere nomen.

Rythmica poeſis variis artificiis prodiens deſtituitur fateor veterum exemplo, non vero barbariem ſecum vehit,

Digitized by Google

nisi hodieque barbaras habuerimus Patrum Societatis Jesu scholas, quarum alumni & huic poematum conformationi operam dare solent. Neque universalis adeo est, & omnibus aevi sequioris poetis communis poesis rythmica, ut non insignis Poetarum medii aevi collectio institui possit, omissis illis singulis, qui minus elegantes sunt. En enim conspectum CORPORIS POETARVM LATINORVM MEDII AEVI, missis illis, qui in corpore veterum poetarum Latinorum Genevensi leguntur.

CL. MARII VICTORIS de *Genesi* libri III. ex editionibus Joh. GAGNEI GEO. FABRICII & Gvil. MORELLI.

PAVLINI *carmina* ex editione Joh. Bapt. le BRVN.

HILARII Arelat. *Hexaemeron* ex edit. Lud. MIRAEI, Geo. FABRICII, Joh. WEITZII & Petri COVTANT.

DRACONTII *poemata* ex edit. Andr. RIVINI.

PROSPERI *poemata* ex ed. PVLMANNI, & MS.

IVRC. RVFFI ASTERII *Collatio veteris & novi Testamenti* ex ed. Geo. FABRICII.

Ejusd. Epigramma in *Sedulium* ex edit. Jac. SIRMONDI, Casp. BARTHII & Phil. LABBEI.

RVST. HELPIDII *Historiae Testamenti veteris & novi* ex edit. G. FABRICII & M. H. GOLDASTI.

Ej.

Digitized by Google

Ej. de *Chriſti Jeſu beneficiis* ex edit. G. FABRICII.

ORIENTII *Commonitorium* & alia *carmina* ex edit. Edm. MARTENE & Henr. Leonh. SCHVRTZFLEISCHII.

ENNODII *carmina* & *epigrammata* ex edit. Andr. SCHOTTI & Jac. SIRMONDI.

BOETHII Carmina ex libro de *conſolatione philoſophiae* ad editiones Noribergenſes annorum 1483. & 1495. Argentoratenſem 1501. Colonienſem 1516. Florentinam Nicolai CRESCII 1521. Hanovienſem Theod. SITZMANNI 1607. Antverpienſem Joh. BERNARTII 1607. & tres codices manuſcriptos.

ARATORIS *Hiſtoria Apoſtolica* ex edit. Geo. FABRICII, & Lugdunenſi 1588. item ex MS.

FORTVNATI opera *poetica* ex edit. Geo. FABRICII, Jac. SALVATORIS, Chriſtoph. BROWERI &c. & MSS.

CORIPPI de *laudibus Juſtini* lib. IV. ex edit. Mich. de AZAGRA & Th. DEMPSTERI.

COLVMBANI *poemata* ex edit. Henr. CANISII, Melch. Haim. GOLDASTI, & Patric. FLAMINGI.

GEORGII M. P. R. *Hymni* ex edit. PETRI Toſcianenſis.

MARCI Caſin. *Vita S. Benedicti* ex edit. Proſp. MARTINENGI.

EVGENII Tolet. *carmina* ex edit. Jac. SIRMONDI

Digitized by Google

ALDHELMI, libri de *laude virginum* & de *octo principalibus vitiis*, ex ed. Henr. CANISII.
Ej. *Aenigmata* ex edit. Mart. Ant. del RIO.
BEDAE *vita S. Luthberti* ex Actis Sanctor. Benedictin.
Ej. alia *carmina* ex operibus.
PAVLI WARNEFRIDI *carmina* ex edit. Prosp. MARTINENGI.
FERII HELPERICI epos de *congressu Caroli M. & Leonis Pontificis.*
ALCVINI *vita S. Wilibrordi* ex ed. Henr. CANISII.
Ej de *Pontificibus & sanctis Ecclesiae Eboracensis* ex edit. Thom. GALE.
Ej. alia *carmina* ex edit. Petri LAMBECII, Stephani BALVZII, Joh. MABILLONII &c.
ETHELWOLFI carmen de *abbatibus & viris piis coenobii S. Petri in insula Lindisfarnensi* ex Actis Sanctor. Benedictinor.
THEODVLPHI *Carmina* libris VI. ex edit. G. FABRICII, Henr. CANISII, M. H. GOLDASTI, Joh. MABILLONII, & MS.
ERMOLDI NIGELLI Libri IV. de *rebus gestis imperatoris Ludovici pii ex* MS.
WALAFRIDI STRABONIS *visio Wettini* ex Actis Sanctorum Benedictin.
Ej. *vita S. Blaitmari* ex Actis Sanctorum Januar.
Ej. *Carmina* ex ed. Henr. CANISII, M. H. GOLDASTI &c.
DREPANII FLORI *Carmina* ex edit. G. FABRICII, And. RIVINI, & Joh. MABILLONII.

RA-

RABANI MAVRI *poemata* ex edit. Chriſtoph. BROWERI, Steph. BALVZII, God. HENSCHENII &c.

MILONIS *vita S. Amandi* ex Actis Sanctorum Februarii

HERRICI *vita S. Germani* libris VI. ex edit. Pariſ. 1543.

HINCMARI de *fonte vitae* ex edit. Caſim. OVDINI.

ANONYMI *vita Caroli M.* ex edit. Rein. REINECCII & God. Gvil. LEIBNITII.

HVCBALDI in *laudem calvorum* ex edit. Baſil. 1516. & Caſp. BARTHII.

FRIDEGODI *vita S. Wilfridi* ex Actis SS. Benedict.

FRODOARDI *vita S. Columbani* & alia *carmina* ex Actis Sanctorum Benedictin.

ROSWITHÆ carmen de *coenobii Gandersheimenſis fundatione ac primordiis* ex edit. G. G. LEIBNITII & Jo. Geo. LEVCKFELDI.

Ej. opera *poetica* reliqua ex ed. Conr. CELTIS.

ANONYMI carmen panegyricum in *laudem Berengarii*, ex edit. G. G. LEIBNITII.

THEODVLI *Ecloga* ex edit. M. H GOLDASTI & MS.

ABBONIS *obſidio Pariſiorum a Normannis Danisque tentata* lib. III. ex edit. P. PITHOEI & MS.

AIMOINI *Hiſtoria translationis S. Benedicti* ex Actis Sanctor. Benedictinor.

Ej. poema de *prima fundatione Floriacenſis coenobii* ex ed. Fr. DVCHESNE.

Digitized by Google

FVLBERTI *carmina* ex biblioth. Max. Patr.
JOANNIS de GARLANDIA *opus Synonymorum* ex MS.
Ej. *Mysteria ecclesiae* ex MS.
WIPPONIS *panegyricus ad Henricum III. Imp* ex edit. Henr. CANISII.
METELLI *Quirinalia* & *Eclogae* ex edit. Henr. CANISII.
WILLERAMI de *nuptiis Christi & ecclesiae* ex edit. Paul. MERVLAE & MS.
GVALDONIS *vita S. Anscharii* ex edit. Petri LAMBECII, Joh. BOLLANDI, & Joh. MABILLONII.
ALPHANI *carmina* ex edit. Ferd. VGHELLI.
GVLIELMI APPVLI *rebus Normannorum in Sicilia Appulia & Calabria gestis* ex edit. G. G. LEIBNITII.
MARBODI *Lapidarius* ex edit. Henr. RANZOVII.
Ej. *carmina* ex edit. Jac. HOMMEY.
LAVRENTII VIRONENSIS *Rerum in Maiorica Pisanorum ac de eorum triumpho Pisis habito A. MCIV.* Lib. VII. ex edit. Ferd. VGHELLI.
BALDRICI *Carmina historica* ex edit. Franc. DVCHESNE
EADMERI *vita S. Dunstani* ex edit. Henr. WHARTON.
RAINALDI *synopsis vitae S. Hugonis.*
HILDEBERTI de *mysterio missae* ex edit. Paris. 1548. Gvidonis de MONTE ROCHERI, & Joh. Alb. FABRICII,

Ej.

Ej. *vita Mariae Aegyptiacae* ex edit. G. HENSCHENII.
Ej. *versus de creatione mundi & operibus sex dierum* ex MS.
Ej. de *excidio Troiae* ex MS.
Ej. alia *carmina* ex GVLIELMO Malmesb. ex ed. Jac. HOMMEY, Ant. BEAVGENDRE & MS.
BERNARDI MORLANENSIS de *contemtu mundi* ex edit. Matth. FLACII, Nathan. CHYTRAEI, Eilh. LVBINI & MS.
FRANCISCI MAVROI *vita S. Bernardi* ex operibus BERNARDI.
BERNARDI CLARAEVALLENSIS de *laudibus B. Virginis* ex edit. Jac. HOMMEY.
Ej. alia *carmina* ex operibus & MS.
PETRI VENERABILIS *carmina* ex bibliotheca Cluniacensi.
PETRI PICTAVIENSIS *panegyricus Petro Venerabili dictus* ex Biblioth. Cluniacensi.
PHILIPPI de ELEEMOSYNA *carmina* ex edit. Nicolai CHAMART.
ARNVLPHI LEXOVIENSIS *epigrammata* ex edit. Odon. TVRNEBI.
JOANNIS SARISBERIENSIS *carmina* ex Policratico & edit. Andr. RIVINI.
GODEFRIDI VITERBIENSIS *carmina* ex Chronico.
SAXONIS GRAMMATICI *carmina* ex Historia Danica.
HENRICI SEPTIMELLENSIS elegia de *diversitate fortunae & philosophiae consolatione* ex MSS.

ÆGI-

Digitized by Google

ÆGIDII CORBOLIENSIS de *pulsibus* & de *urinis* ex edit. Gentilis de FVLGINEO & Avenant. de CAMERINO.

Ej. de *virtutibus & laudibus compositorum medicaminum* ex MS.

PETRI de RIGA *Aurora* ex MSS.

ÆGIDII PARISIENSIS *Carolinus* ex MS.

NIGELLI WIREKERI *Brunellus* sive *speculum stultorum* ex editionibus binis seculi XV. & MS.

JOHANNIS HANWILLENSIS *Archithrenius.*

FVLCONIS *historia gestorum viae Hierosolymitanae* cum *supplemento* GILONIS ex edit. Franc. DVCHESNE.

GVALTERI *Alexandreis* ex edit. Argentoratens. 1513.

MATTHÆI VINDOCINENSIS *Tobias* ex edit. Jo. HERINGII & MS.

JOSEPHI DEVONII de *bello Troiano* libri VI. ex edit. Albani TORINI & Sam. DRESEMII.

GVALTERI MAPES *carmina* ex edit. Matth. FLACII & MSS.

GVNTHERI *Ligurinus* ex edit. Conr. CELTIS, Petri PITHOEI & Conr. RITTERSHVSII.

EBERHARDI BETVNIENSIS *Graecismus* ex edit. Vincenti METVLINI.

Ej. *Labyrinthus* ex MSS.

GALFRIDI de VINO SALVO *poetria* ex MSS.

Ej. de *statu curiae Romanae* liber ex edit. Matth. FLACII & Joh. MABILLONII.

GVILIELMI BRITONIS *Philippidos* Lib. XII. ex edit. Franc. du CHESNE & Casp. BARTHII.

IV-

Digitized by Google

JVSTINI *Lippiſtorium* ex edit. H. MEIBOMII.
THEODORI VALLISCOLORIS *Vita Vrbani IV. P. R.* ex edit. Ferd. VGHELLI & MS.
AVCTOR *Hiſtoriae ablati & relati corporis S. Vincentii*, ex edit. Ferd. VGHELLI & Dan. PAPEBROCHII.
BONAVENTVRÆ *hymni* ex operibus.
HENR. ROSLAE *Heringsberga* ex edit. Jo. Henr. MEIBOMII.
ALANI de INSVLIS *Anti-Claudianus* ex edit. Car. de VISCH & MSS.
Ej. carmina ex libro de *planctu naturae* ad edit. Caroli de VISCH & ex MSS.
Ej. Liber *parabolarum* ex ed. Colonienſibus ann. 1497. & 1502. Caroli de VISCH & MS.

Mitto poetas ſeculi decimi quarti, & plures alios. Mitto minutiora carmina. Nec niſi unum alterumque ex rythmicis adduxi elegantioribus. Patebit, credo, etiam ſelectione adhibita, facile tamen colligi poſſe corpus poetarum latinorum medii aevi, corpori poetarum veterum mole minime cedens, cuius autores ingenio & elegantia ab antiquis vix ſuperentur.

Vtinam & haberi poſſent
GODELBERTI *Allegoriae ſcripturarum*
GILDAE *carmina*
AVITI opera poetica in *Exodum*, *Leviticum*, *Numeros*, *Deuteronomium* & libros *Joſuae* & *Judicum*.
VERGVNDI libelli duo de *reſurrectione & iudicio*, item de *poenitentia*

CO-

Digitized by Google

CORIPPI *Johannis.*
ILDEFONSI Tolet. *Epitaphia & epigrammata.*
BONIFACII de *virtutibus & vitiis liber.*
ALCVINI de *Martyrio S. Bonifacii* & de *pago Doccumenſi.*
HILDVINI *vita Dionyſii* libris IV.
WALAFRIDI STRABONIS *vita S. Galli.*
MILONIS de *pudicitia* & *ſobrietate* libri II.
BRISTANI threni in *cineres monaſterii Croylandenſis.*
HINCMARI explanatio in *ferculum Salomonis.*
FRIDEGODI *vita S. Audoeni.*
FRODOARDI *geſta Pontificum Romanorum* Libri XIV.
Ej. de *triumphis Italicis martyrum & confeſſorum* libri XV.
Ej. de *triumphis Chriſti & ſanctorum Palaeſtinae* lib. III.
Ej. de *triumphis Chriſti Antiochiae geſtis* lib. II.
WITEKINDI *paſſio Theclae*
Ej. *vita Pauli Eremitae.*
LAMFRIDI liber de *fundatione Wentanae Eccleſiae*
ARNOLDI *proverbia Salomonis.*
JOANNIS de GARLANDIA *Vnum omnium.*
Ej. *Satyricorum opus*
Ej. *Epithalamion D. Mariae.*
HERMANNI CONTRACTI libri de *conflictu ovis & lini, in modum Theodoli, de contemtu mundi.*

AMA-

Digitized by Google

AMATI libri IV. de *geſtis Apoſtolorum Petri & Pauli.*
FVLCOII *Vtrum, Neutrum & Vtrumque.*
GVNTERI *martyrium S. Cyriaci.*
THEODORICI *vitae S. Trudonis, S. Bavonis & S. Remoldi.*
GOTFRIDI WINTONIENSIS *carmina.*
FRANCO de *ſtatu futurae gloriae*
SIGEBERTI GEMBLACENSIS *paſſio S. Luciae, paſſio Thebaeorum, & Eccleſiaſtes.*
GELASII *paſſio Caeſarii.*
GREGORII CASINENS. de *captione Caſinenſis coenobii.*
GREGORII TARRACINENSIS verſus de *transitu peregrinorum ad ſepulchrum Domini & captione Hieroſolymitanae urbis*, & alia *carmina.*
GVALFREDI SENENSIS *ſacra Gothofredi Bullionis in orientem expeditio.*
PETRI BLADVNII de *laudibus Faritii Tuſci.*
ECKARDI *laterna monachorum.*
RADVLPHI de S. ALBANO *vita D. Albani.*
QVINTINI CRASII *elegiae & carmina.*
JOANNIS SERLONIS *carmina.*
LAVRENTII DVNELMENSIS *hypognoſticon* & alia *carmina.*
HENRICI LINCOLNIENSIS *epigrammata* & alia *carmina.*
GALFRIDI ARTHVRII *vita Merlini* & alia *carmina.*
THOMAE BEVERLACENSIS *vita B. Margarethae.*

GVILIELMI RAMESEGENSIS *carmina.*
RICARDI PLVTONIS *carmina*
ALDREMANNI LONDINENSIS *carmina.*
BALDWINI DEVONII *carmina*
HENRICI SVINESII *poemata.*
CONRADI HIRSAVGIENSIS de *laudibus S. Benedicti.*
MAVRITII SOMERSETI *carmina.*
GVILHELMI PEREGRINI *hodoeporicon Richardi regis.*
RICARDI CANONICI *epigrammata*
JOSEPHI DEVONII *Antiocheis* & alia *carmina*
GVALTERI MAPES varia *carmina.*
MAVRITII MORGANII *epigrammata & carmina.*
GVNTHERI *Martyrium S. Cyriaci.*
Ej. *Solymarius.*
GERVASII de MELKALEGA *Carmina.*
ALEXANDRI ESSEBIENSIS *carmina*
GVILIELMI BRITONIS *Karlotis*
ALEXANDRI NECKAM *carmina.*
HELINANDI *Rythmi.*
MICHAELIS BLAVNPAYN *carmina.*
JOANNIS GRAMMATICI *carmina*

Haec & plura, quae non commemoro, insigne augmentum collectionis poetarum medii aevi exhiberent. Latet maxima pars in Bibliothecis, Angliae praesertim, aliquando forte eruenda. Neque nihil in illis carminibus reperiri quod ad variam eruditionem faciat, vel sola illa specimina quae huic historiae inserta leguntur, evincunt. Vale.

Digitized by Google

HISTORIA POETARVM ET POEMATVM MEDII AEVI.

IGnorantium temeraria plerumque sunt iudicia. Quae medio aevo eruditionis fuerit facies nesciunt plerique. Imo quia nesciunt, negant exstitisse viros eo tempore eruditione insignes. Quantum huic rei subsit veri in dissertatione de *ficta medii aevi barbarie* indicavi. Quæ in eadem dicta fuerunt nunc non repetam. Occasionem vero subministrasse argumentum fateor, hanc Poetarum latinorum historiam condendi. Superciliosi critici, qui barbara di-

Digitized by Google

cunt medii aevi ſecula, ad latinum inprimis reſpexerunt ſermonem. Exiſtimavi, fundamento calumniae everſo, reliqua concidere facile. Itaque attendens ad illud, quod ſummum in ſermone eſt, poëſin ſcilicet, nullum ſeculum poetis & ingenioſis & elegantibus fuiſſe deſtitutum probavi. Subnatus eſt apparatus non orationi cuidam conveniens, ſed maiori volumini, quod nunc damus, methodum in ipſius hiſtoriæ elaboratione obſervatam paucis indicantes.

AVCTORES, quotquot carmina ſcripſerunt, ſive pura ea fuerint, ſive minus, adduxi. Cum enim non in verborum ſolum, ſed etiam rerum ſublimitate collocanda ſit poeſeos maieſtas, non videntur e *poetarum* numero eximendi, qui, neglecta elegantia, acumina tamen ſectantur. Præter ea, quoniam omnis ſermo numero certo adſtrictus poeſeos nomine gaudet, prætermittendi nulli videbantur.

Poetas ORDINE chronologico locavi, initium faciens a ſeculo V, & ſequentia ad decimum quintum usque complexus. Ita enim poeſeos latinæ medii aevi termini

Digitized by Google

ni ponuntur a plerisque, ex quibus nunc unum profero Garnerium, qui ait: Poetices Latinæ tres fuerunt ætates, prima, media, & postrema. Prima in Claudiano finitur, id est, in fine quarti seculi: media ex ea protenditur ad decimum sextum: postrema ex eo tempore ad nos usque. Prima purioris est latinitatis, secunda corruptioris, tertia reflorescentis. Ad mediam ætatem pauci admodum pertinent, præter nonnullos sacros. *a)* Postremo dictorum falsitatem evincet historia nostra. *Aetatem* ubi haberi potuit, ex proximis fontibus indicavi. Vitas vero integras scriptorum dare supervacaneum duxi. Paucis solum, ne confusio oriretur, patriam & officia notavi. *Scripta* non nisi poetica enumeravi. *Editiones* ordine chronologico locavi. Singulas a Caveo aliisque notatas enotare nolui. Indicavi etiam, quæ ad codices manu scriptos paratæ, quæ secus. Nihil enim prodest, nosse editiones omnes & varias, nisi simul quæ autographæ quasi sunt, a reliquis discernantur.

a) v. Joannis GARNERII Systema bibliothecæ Collegii Parisiensis Societatis Jesu Parisiis 1678. p. 46.

Digitized by Google

SEC. V. Specimina *elegantiae* adduxi aliqua ex editis ſcriptis. *Inedita* tota, niſi prolixiora, evulgavi. In his exſcribendis, ubi forte Codices obtigerunt plures, *varias* omnes *lectiones* non notavi, ſed rectiorem tenui, dum modo auctoritate cuiusdam codicis manuſcripti fulciretur. Quid iuvat ſcribarum errores, plerumque manifeſtos, lectionum nomine colligere? *Notas* addidi textui carminum recens editorum, non tamen niſi breviores & ad explicationem neceſſarias. Commentarios enim ſcribere, & locos communes facere, a ſcopo alienum eſſe putavi.

SECVLVM V.

I.

AVRELIVS PRVDENTIVS CLEMENS

GEnere Hiſpanus ex urbe Caeſaraugusta, ut ex eo hymno, quem in laudem duodeviginti martyrum Caeſaraugustanorum Prudentius ſcripſit, colligit ALDVS Romanus. *a)* Iurisconſultum fuiſſe magiſtratus auctoritate, & poſtea militem ipſe PRVDENTIVS innuit *Cathemerinon praefat. b)* his verbis:

Bis

I. *a)* in vita Prudentii praefixa Prudentii Operibus ed. Antverpiae 1536. *b)* ed. cit. p. 85.

Digitized by Google

Bis legum moderamine SEC. V.
Frenos nobilium reximus urbium,
Ius civile bonis reddidimus, terruimus reos.
Tandem militiae gradu
Evectum pietas Principis extulit,
Assumptum propius stare iubens ordine proximo.

Fuisse Massaliae consulem & militasse sub Honorio vult verbis his adductus ALDVS. *c)* Ex librorum adversus Symmachum lectione agnosci Palatinum militem fuisse Prudentium tradit GENNADIVS, *d)* quem tamen auctor notae ad Gennadium *e)* refellit, & hoc ipsum a Prudentio in praefatione dicta tangi probat.

Aetatis aliqua indicia dedit ipse PRVDENTIVS *f)* qui ita:

Per quinquennia iam decem
Ni fallor, fuimus, septimus insuper
Annum cardo rotat, dum fruimur sole volubili.

& mox: g)

Haec dum vita volans agit,
Irrepsit subito canities seni
Oblitum veteris Messaliae consulis arguens.

Aub. MIRAEVS *h)* in ultimo versu legit me Saliae, & quoniam Salia cum Philippo A. C.

c) l. c. d) de viris illustribus Cap. XIII. e) ed. Hamb. 1718. p. 11. f) praef. cit. p. 84. g) l. c. p. 85. h) Schol. ad Gennadii l. c.

SEC. V. 348. consul fuit, his annis addit 57. quos egerat Prudentius, infertque scripsisse eum haec A. 405. Claruisse Prudentium sub Gratiano Imperatore A. CCCLXXX. narrat Joh. TRITHEMIVS. *i*)

Scripsit I. *Psychomachiam*, id est de compugnantia animae. *k*) De compugnantia librum appellat TRITHEMIVS. *l*) In eo enim libro vitia cum virtutibus pugnant, & succumbunt vitia. *m*) Praefatio libri scripta est carmine iambico senario acatalectico, initio: *Senex fidelis prima credendi via est:* Liber ipse est versu hexametro contextus initio: *Christe graves hominum semper miserate labores.*

II. *Hymnorum* diversorum lib. II. *n*) sive ut vulgo sine divisione inscribitur, Liber *Cathemerinon*, hoc est, diurnarum rerum opus. Sunt enim odae ex vario metrorum genere a matutino ad vespertinum crepusculum. Praefatio libri incipit: *Per quinquennia iam decem.* Ipse liber: *Ales diei nuntius.* Prudentii hymnos de natali Iesu & in Epiphania illustravit Erasmus T. 5. Opp. edit. novae p 1337. seq. *o*)

III. Fecit in *laudem martyrum*, sub aliorum nominibus, invitatorium ad martyrium

i) de Scriptor. Eccles. n. XC. *k*) v. GENNADIVS de Scriptor. Eccles. c. XIII. *l*) l. c. *m*) v. ALDI vita l. c. *n*) v. Jo. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccles. n. XC. *o*) v. Jo. Alb. FABRICII Supplementum bibliothecae Latinae Hamb. 1712. p. 293.

um librum unum, & hymnorum alterum. SEC. V.
p) Ern. Sal. CYPRIANVS in notis ad hæc Gennadii monet verba: *ſub aliorum nominibus invitatorium ad martyrium*; omitti in ſuis MSS. & recte quidem. Vulgo inſcribitur *Periſtephanon*, id eſt de coronis. Periſtephanon lib. I. apud Ioh. TRITHEMIVM *q*) incipit: *pius fidelis innocens.* Ubi tamen nota quædam editionis Fabricianæ *r*) obſervat, in editis hoc eſſe initium; *Immolat Deo patri pius fidelis innocens pudicus. De martyribus* alium librum adducit TRITHEMIVS *s*) qui eodem gaudet initio: *ſcripta ſunt cœlo duorum*; quod habet hymnus I. libri de coronis. *t*) Laudes ſancti Laurentii initio *Antiqua fanorum parens*; quas TRITHEMIVS *u*) ſingularis libri loco recenſet eſt pars libri de coronis. Idem dicendum de libro, qui laudes ſancti Vincentii, initio: *Beate martyr proſpera*, exhibet narrante TRITHEMIO. *x*) His addendae Laudes Romani contra gentiles lib. I. *Romane, Chriſti fortis. y*)

IV. *Apotheoſin* id eſt de divinitate. *z*) Eſt enim opus de rebus divinis. *aa*) Libro praefigitur praefatio hexametra initio: *Eſt tria ſumma deus, trinum ſpecimen, vigor unus.* Eam velut librum integrum de divi-

p) v. GENNADIVS de vir. illuſtr. Cap. XIII. *q*) de S. E. n. XC. *r*) p. 27. *s*) l. c. *t*) ed. Antverp. 1536. p. 214. *u*) l. c. *x*) l. c. *y*) v. Jo. TRITHEMIVS l. c. *z*) v. GENNADIVS de S. E. c. XIII. *aa*) v. ALDI vita Prudentii l. c.

SEC. V. nitate allegat Ioh. TRITHEMIVS. *ab*) Praemittitur etiam hymnus in fideles initio: *Eſt vera ſecta te magiſter conſulo.* Liber ipſe in diverſas ſectiones dividitur, quarum prima inſcribitur: Contra haereſem, quae patrem paſſum affirmat; incipiens: *Plurima ſunt ſed pauca loquar, ne dira relatu.* TRITHEMIO haec ſectio ſingularis eſt *ac*) Contra Patripaſſianos liber. Secunda inſcribitur: Contra Unionitas, id eſt Sabellianos haereticos, initio: *Cede profanator Chriſti iam cede Sabelli.* Haec apud TRITHEMIVM *ad*) liber eſt contra Sabelliones. Tertia inſcribitur: Adverſus Iudaeos, initio: *Haec ſi Judaicos ſic intellecta rigaſſent.* Et hic librum ſingularem contra Iudaeos comminiſcitur TRITHEMIVS. *ae*) Quarta contra Homuntionitas incipit: *Sunt qui Judaico cognatum dogma furori.* TRITHEMIVS *af*) librum contra Homuncionitas memorat. Quinta de natura animae inſcribitur, incipitque: *Occurrit dubitans hic diſſertator & illud.* Hic eſt liber quem de animae natura ſeorſim nominat TRITHEMIVS. *ag*) Sexta adverſus Phantaſmaticos, qui Chriſtum negant verum hominis corpus habuiſſe, initio: *Eſt operae pretium nebuloſi dogmatis umbram.* Et huic ſectioni ſingularem vindicat librum TRITHEMIVS. *ah*) Septima de reſurrectione carnis humanae inſcri-

ab) de S. E. n. XC. *ac*) l. c. *ad*) l. c. *ae*) l. c. *af*) l. c. *ag*) l. c. *ah*) de S. E. n. XC.

ſcribitur, incipitque: *Noſco meum in Chriſto corpus conſurgere quid me.* Singularem hic quoque librum habet TRITHEMIVS *ai*) minus tamen recte initium *Poſio* effert, unde forte factum ut in editis librum Trithemium non repererit Jo. Alb. FABRICIVS. *ak*) SEC. V.

V. *Hamartigeniam* id eſt de origine peccatorum. *al*) Praefatio libri eſt iambico ſenaria initio: *Fratres ephebi foſſor & paſtor duo.* Quam nomine libri ſingularis Amartigenian inſcripti citat Joh. TRITHEMIVS. *am*) Ipſum opus eſt hexametrum. Sectio eius prima adverſus Marcionitas qui duos deos eſſe affirmant, incipit: *Quo te praecipitat rabies tua perfide Cain.* Liber Contra Marcionitas apud TRITHEMIVM *an*) cum ea convenit. Secunda de integritate viſionis animae incipit: *Errat quisque animas noſtrorum fine oculorum.* Congruit haec cum libro de ſtatu animae quem habet TRITHEMIVS. *ao*) Tertia peroratio eſt poetae initio: *O dee cunctipatrens animae dator, o dee Chriſte.* De ſpe veniae oratio ſive liber inſcribitur a TRITHEMIO. *ap*)

VI. Adverſus *Symmachum* idololatriam defendentem. *aq*) Praefatio operis incipit: *Paulus praeco Dei, qui fera gentium.* Operis carmine hexametro ſcripti Liber prior inci-

ai) l. c. *ak*) not. ad Trithemii l. c. *al*) v. GENNADIVS de vir. illuſtr. c. XIII. *am*) l. c. *an*) l. c. *ao*) l. c. *ap*) l. c. *aq*) v. GENNADIVS de vir. illuſtr. c. XIII.

Digitized by Google

SEC. V. pit: *Credebam vitiis aegram gentilibus urbem.* Posterioris praefatio incipit: *Simon quem vocitant Petrum;* liber ipse: *Haetenus & veterum cunabula prima deorum.* In hos libros commentaria Isaaci GRANGAEI Gymnasiarchae Vindocinensis adspexere lucem Paris. 1614. 8. *ar*)

VII. *Dittocheum* de toto veteri & novo testamento personis exceptis. *as*) Diptychum legendum esse ex Gisanii emendatione non admitto cum auctore notae. *at*) Accedo potius ad ALDI Romani sententiam, *au*) qui Dittocheum explicat duplicem cibum. Esse enim titulos historiarum veteris & novi testamenti, atque hinc putat Dittocheum appellatum hunc librum. Observat is ipse in antiquissimo quodam Codice legi Dirrocheum cum explicatione quasi sit duplex refectio, quod scriptorum culpa erratum coniicit. Nollem etiam cum MIRAEO legere excerptis pro exceptis. Agere enim librum de personis utroque testamento exceptis textus docet. Quoniam non sic excultus est & elaboratus hic liber, ut caeteri a Poeta compositi, sunt qui non esse Prudentii dicunt. ALDVS vero Romanus *aw*) ipsum a caeteris separare non audet, tum quia GENNADIVS Dittocheum a Prudentio composi-

tum

ar) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 697. not. (c) *as*) v. GENNADIVS l. c. *at*) ad Gennadii l. c. *au*) in vita Prudentii. *aw*) l. c.

Digitized by Google

tum dicit, tum etiam quia in antiquiſſimo codice caeteris Prudentii operibus, quae imprimenda curavit, inſertus & hic erat libellus. Sub AMOENI nomine editum poema eſt aliquoties, quod forte epitheton Prudentio tribuerunt Librarii ob ſingularem carminum eius ſvavitatem & amœnitatem. *ax*) Enchiridion hoc hiſtoriarum novi & veteris inſtrumenti praefationem habet initio; *Piur fidelis innocens pudicus.* Quod initium Ioh. TRITHEMIVS *ay*) minus recte libro Periſtephanon adſcribit. Enchiridion ipſum carmine hexametro ſcriptum incipit: *Eva columba fuit tum candida, nigra deinde.* Adeoque idem eſt cum Hiſtoriarum libro apud TRITHEMIVM. *az*) SEC. V

VIII. Commentatus eſt in morem Graecorum *Hexaemeron* de mundi fabrica usque ad conditionem primi hominis & praevaricationem eius *ba*) libris VI. *bb*)

IX. Liber de *origine peccatorum bc*) forte non differt ab Hamartigenia.

X. De ſancta *Trinitate* lib. II. *bd*) qui & ipſi forte cum Hamartigenia concurrunt.

Opera Prudentii aut omnia aut aliqua collecta prodierunt in collectione poetarum ve-

ax) v. BARTHIVS Adverſar. L. VIII. c. XI. apud Jo. Alb. FABRICIVM Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 697. *ay*) de S. E. n. XC. *az*) l. c. *ba*) v. GENNADIVS de vir. illuſtr. c. XIII. *bb*) v. Joh. TRITHEMIVS l. c. *bc*) apud TRITHEMIVM l. c. *bd*) v. TRITHEMIVS l. c.

Digitized by Google

SEC. V. veterum Eccleſiaſticorum Aldina 1502. 4. *be*)

Exſtant ſeorſim Aurelii Prudentii Clementis Opera multo quam antea caſtigatiora, praeterea & Aelii Antonii Nebriſſenſis commentariis haud pœnitendis illuſtrata, quibus inſuper adglutinata ſunt Scholia Johannis Sichardi, omnia primum excuſa Antverpiae per Martinum Caeſarem A. 1536. o. Editor SICHARDVS in dedicatione Baſileae 1537. menſe Martio data monet ſe non ingenio fretum ſed ex codicibus vetuſtioribus, quorum unum Argentorato Werinherus Woſſinus miſerat, priſtino nitori Prudentium reſtituiſſe.

Prodierunt eadem in collectione poetarum veterum eccleſiaſticorum Baſileenſi 1541. Hinc cum notis Georgii FABRICII Baſileae in ſimili collectione 1562. 4. *bf*)

Prudentii opera omnia ſtudio Theodori PVLMANNI & Victoris GISELINI ex fide 10. librorum manuſcriptorum emendata Plantinus 1564. ſuis typis publicavit. *bg*)

Edita ſunt eadem in corpore omnium veterum Poetarum Latinorum Genevae 1611. 4. *bh*)

Poſtea ſunt evulgata a Joh. WEITZIO Hanov. 1613. 8. in qua editione praeter commen-

---

be) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latina ed. Hamb. 1712. p. 696. *bf*) v. FABRICIVS l. c. *bg*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Gennadii de Vir. Illuſtr. c. XIII. *bh*) v. FABRICIVS l. c. p. 691.

Digitized by Google

mentarium editoris occurrunt ISONIS Ma- SEC. V.
giſtri gloſſae e MSS excerptae, & quaecunque in Prudentium ſcripſere Ael. ANTONIVS Nebriſſenſis, Jo. SICHARDVS, ERASMVS, Jac. SPIGELIVS, G. FABRICIVS, Adam SIBERVS, Jo. MVRMELIVS, Victor GISELINVS, Georgius RÉMVS, Adam Theodorus SIBERVS & Andreas WILKIVS. Item a Nic. HEINSIO. Amſt. 1667. 12. Steph. CHAMILLARDO in uſum Delphini Pariſ. 1687. 4. a Chriſtophoro CELLARIO Halae Sax. 1703. 8. *bi*)

Prudentii non pauca e veteribus membranis emendat Ob. GIFANIVS collectaneis ad Lucretium, quem illi obſervat admodum familiarem exſtitiſſe. Nec male de Prudentio promeritus Chriſtianus BECMANNVS, qui multa eius loca e Codice Palatino caſtigat in manuductione ad latinam linguam capite VI. *bk*)

Prudentii Codex perantiquus ſeptimo vel octavo ſeculo ſcriptus exſtat Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana, quo nullum alium remotioris antiquitatis vidiſſe ſe teſtatur Bernhardus de Montfaucon Diar. Italici p. 18. Codicem praeclarum Urbinatem Alexander VII. Vaticanae addidit Bibliothecae quem laudat Holſtenius diſſ. de veribus Dianae Epheſiae. *bl*)

II. A-

bi) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 698. *bk*) v. FABRICIVS l. c. *bl*) v. FABRICIVS Supplem. ad Bib. Lat. ed. cit. p. 293.

Digitized by Google

SEC. V.

II.

AMOENVS

Floruiſſe hoc nomine ſcriptorem ſeculo quinto perhibet Chriſtophorus HENDREICH *a*)

Scripſit I. *Enchiridion* ſive tetraſticha in praecipua quaedam capita veteris & novi Teſtamenti. Prodiit illud in poetarum veterum Eccelſiaſticorum collectione recenſita a Georgio FABRICIO Baſileae 1562. 4. *b*) Cum reliquis veterum Poetarum Chriſtianorum operibus a G. FABRITIO collectis & emendatis Baſileae 1564. 4. Item Pariſiis 1589. *c*) Cum Iſonis Magiſtri gloſſis in manuali Biblico ſive Enchiridio S. Scripturæ 1610. 8. *d*) Deinde A. 1624. & in Bibl. Patrum Bignaei, Tom. 8. Col. 587. Nomen Amoeni in vetuſto codice Argentoratenſi fuit praefixum, ut Joan. Sichardus refert in fine ſcholiorum in Prudentium. *e*)

II. Acroſtichidem in *Leontium* Eccleſiae ſuae Burdegalenſi redditum Par. 1567. 4. & in Bibl. Patr. Bigne Tom. 8. 592. 702. 587. *f*)

Conferatur PRVDENTII ſcriptum VII.

III.

CLAVDIVS CLAVDIANVS

Alexandrinus *a*) patria, urbe Aegypti. Autores Graeci, qui Claudiani meminerunt Alexan-

II. *a*) in Pandectis Brandenburgicis p. 154. *b*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 708. *c*) v. HENDREICH l. c. *d*) v. FABRICIVS l. c. *e*) v. HENDREICH l. c. *f*) v. HENDREICH l. c.

III. *a*) v. SVIDAS ed. Baſil. 1544. I. a.

Digitized by Google

xandrinum appellant: cui ſententiæ ipſe Clau- SEC. V.
dianus adſtipulatur, dum Nilum ſuum vocat.
b) POSSIDONIVS qui fuit Claudiani familiaris dicit Peluſiacum genitum Canopi. Sunt tamen autores, qui originem dicunt e Florentia traduxiſſe. Nam & Patrem eius mercaturae gratia Canopum profectum, uxorem ibi duxiſſe, ex qua genuit Claudianum, Calutius PIERIVS epigrammate teſtatur. PETRARCHA expreſſe dicit fuiſſe Florentinum. *c)* LANDINVS etiam & POLITIANVS pro Florentino, Lud. MORERIVS in Lexico & Nic. CHORERIVS pro Gallo perperam venditant Claudianum. *d)* Hiſpanum genere apud Florentiam Italiae habitatorem dicit Claudianum BLONDVS Flavius. *e)*

Tribunum & Notarium fuiſſe Claudianum diſcimus ex tabula marmorea meritis Claudiani ab Arcadio & Honorio Impp. dicata. *f)* Mediolani verſatum & ſub Honorio Aulicum fuiſſe & Militem tradit Leonardus ARETINVS *g)*

Vixit temporibus Arcadii & Honorii, *h)* ex quibus Arcadius A. CCCCIIX. deceſſit. Id quod ex monumento etiam horum Imperatorum memorato colligitur.

A Chri-

b) v. Petri CRINITI vita Claudiani. *c)* v. Raphaelis VOLATERRANI Anthropologia. *d)* v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 624. *e)* Hiſtoriar. lib. I. *f)* v. eam præfixam Claudiano ed. Amſtel. 1665. *g)* Lib. VII. Epiſtolar. *h)* v. SVIDAS l. c.

SEC. V. A Christi nomine alienus fuisse dicitur ab AVGVSTINO, *i*) & paganus pervicaciſſimus ab OROSIO. *k*) Indeque GV. CAVEVS *l*) infert, quod Claudianus ſcriptis editis fidem Chriſtianam oppugnaverit, etiamſi in iis quae ſupersunt nulla veſtigia deprehendantur. Chriſtophorus LANDINVS Claudianum Chriſtianae pietati addictum affirmat fuisse: illum enim ſcribit primo quidem tempore Diis gentium initiatum verum mox mutata in melius ſententia Chriſtianum factum. *m*) Accedit Landino Caſp. BARTHIVS *n*) dum epigramma de laude Chriſti Claudiani esse contendit & ſe de Claudiani Chriſtianismo egiſſe lib. I. Adverſ. cap. VII. monet. Chriſtianum plerique ſuſpicati ſunt ex his quae de Theodoſio ſcripſit:

O utinam dilecte Deo, cui militat aether
Et coniurati veniunt ad claſſica venti.

Ita enim verſus eius afferuntur ab Auguſtino, Oroſio, Paulino Petrocorio, Paulo diacono & iunioribus infinitis, licet Poetae ipſius verba fuerint haec:

O nimium dilecte Deo cui militat alto
Aeolus & rapidi veniunt ad claſſica venti. o)

Sed quanquam de religione Chriſtiana ſancte ſimul & pie aliquando loquatur, tamen, ut

---

i) de Civit. Dei L. V. c. 26. *k* VII. 35. *l*) Hiſt. Lib. Script. Eccleſ. P. 2. *m*) v. Lilii Gregorii GYRALDI de Latinis Poetis Dialog. IV. *n*) Animadv. ad Claudianum ed. Francof. 1650. p. 1070. *o*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. 1712. p. 625.

Digitized by Google

ut Theodosio blandiretur, fecisse creditum est. *p*) Imo tametsi de Christo exstet carmen eius nomini inscriptum, illud tamen ab eo in Honorii gratiam conscriptum, ut fuit assentator maximus, credit Joh. Ludov. VIVES. *q*) SEC. V.

Vitam Claudiani scripsit Janus PARRHASIVS commentariis praepositam. *r*)

Scripta Claudiani sunt I. In Sex. Anicii *Probini* & Sex. Anicii Hermogeniani *Olybrii* fratrum *consulatum* panegyris, versu hexametro initio: *Sol qui flammigeris mundum complexus habenis.* Haec prima est operum latino sermone a Claudiano perscriptorum. *s*) Contigit hic consulatus A. 395. *t*) Panegyris tota in consulatum Probini & Olybrii duriuscula est, & nescio quomodo caeteris Poematis haerentior; sentias minus adsvetum Musarum Latinarum cultorem, etiamsi testimonium auctoris absit: judice Casp. BARTHIO. *u*)

II. In *Rufinum* libri II. Prioris Praefatio est elegiaca initio; *Phoebeo domitus Python cum decidit arca.* Liber ipse hexameter incipit: *Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem.* Posterioris praefatio elegiaca incipit:

p) v. Conr. GESNERI biblioth. Universs. Tiguri 1545. f. 169. a. *q*) Comm. ad Augustin. Lib. V. cap. XXVI. de Civ. D. *r*) v. Conr. GESNERI biblioth. universs. Tiguri 1545. f. 169. a. *s*) v. Casp. BARTHII Animadvers. in Claudianum ed. Hanov. 1612. p. 3. *t*) v. CLAVERIVS not. ad Claudian. ed. Amst. 1665. p. 1. *u*) Animadvers. in Claudianum ed. Francof. 1650. p. 20.

Digitized by Google

SEC. V. *Pandite defensum reduces Helicona sorores.* Haec praefatio bello Gildonico praefixa legebatur, quam secutus auctoritatem Lucens. Gyrald. & aliquot aliorum codicum huic loco inserendam curavit Nic. HEINSIVS. BARTHIVS existimat ad aliquem ex deperditis libris pertinere. *w*) Liber hexametro versu scriptus incipit: *Jam post edomitas Alpes, defensaque regna.*

III. De *tertio consulatu Honorii* Augusti Panegyris. Eius Praefatio elegiaca incipit: *Parvos non aquilis fas est educere fetus.* Ipsa panegyris: *Tertia Romulei sumant exordia fasces.*

IV. De *quarto consulatu Honorii* Augusti panegyris hexametra initio: *Auspiciis iterum sese regalibus annus.* In consulatum quartum Honorii Augusti commentario illustravit Joh. Casp. KÜHNIVS. Argentor. 1707. 4. *x*) Panegyricus hic inter omnia Claudiani opera non quidem dictionis elegantia aut acumine sententiarum praestantissimus, pondere videlicet gnomarum ad institutionem vitae, praesertim viri Principis accommodatissimarum, quarum quidem in tam brevi libello tanta copia, ut parem apud nullum alium scriptorem, non poetam solum, sed quemvis alium,

---

w) *v.* notam HEINSII ed. Amst. 1665. p. 85. *x*) v. Jo. Alb. FABRICII Supplem. Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 264.

Digitized by Google

um, reperiri posse sacramento deneget quin- SEC. V.
quagenario Casp. BARTHIVS. *y*)

V. Epithalamium in *nuptias Honorii* Aug. & *Mariae*. Eius praefatio elegiaca incipit: *Surgeret in thalamum ducto cum Petionarum*. Epithalamium ipsum, quod est hexametrum: *Hauserat insolitos promissae virginis ignes!*

VI. In *naptias Honorii* Aug. & *Mariae* Fescennina vario carminum genere lyrico initio: *Princeps coruſco sidere pulchrior*. Nullum politius lyricum carmen ab Horatii usque aevo ad hoc nostrum pervenit quam Claudiani Fescennina iudice Casp. BARTHIO. *z*)

VII. De *bello Gildonico* liber. Excerpta Pomponii Laeti huic libro praefigunt praefationem, quae in vulgatis exemplaribus libro II. in Rufinum praemittitur, addita hac inscriptione, *belli civilis* liber tertius: pari modo & secundus Vaticanus. Reliqui quoque codices praefationem hoc loco agnoscunt cum primo Gyraldino. Primus Vaticanus aliter. Oiselianus codex Librum de *bello Gildonis* inscribit. *aa*) Liber est hexameter incipiens: *Redditus imperiis Auster, subiectaque rursum*. Duos scriptos fuisse huius generis libros verba ad finem posita: Deest liber secundus; arguunt. *ab*)

y) Animadv. in Claud. ed. Hanov. 1612. p. 92. *z*) l. c. p. 167. *aa*) v. Nic. HEINSII nota ed. Amst. 1665. p. 288. *ab*) v. Claudianum ed. Amstel. 1665. p. 328.

SEC. V. VIII. De *consulatu* Fl. *Mallii* Theodori panegyris. Prologus elegiaco carmine incipit: *Audebisne, precor, doctae subiecta catervae.* Panegyris hexametra incipit; *Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque late.* Perperam consul ille in Membranis Manlius vocatur, qui in veteri marmore apud Onuphrium PANVINVM in Fastis Mallius appellatur. Oiselianus codex; *Incipit Panegyricus dictus Theodoro consuli.* ac)

IX. In *Eutropium* libri II. hexametri. Prior incipit: *Semiferos partus, metuendaque pignora matri.* Posterioris praefatio elegiaca: *Qui modo sublimes rerum flectebat habenas.* Liber II. *Mygdonii cineres, & si quid restat Eoi.* Dictionis elegantia & acumine sententiarum regnant disertissimae in Eutropium invectivae, iudice Casp. BARTHIO. ad)

X. In *primum consulatum Fl. Stilichonis* Libri II. hexametri. Prior incipit: *Continuant superi pleno Romana favore.* Posterior: *Hactenus armatae laudes. Nunc qualibus orbem.* Lucensis aliique nonnulli codices. *De Consulatu Stilichonis* hunc librum inscribunt. Idque rectius. testatur ipse illo versu:

Consule defensae surgunt Stilichone curules.

Optimus tamen Vaticanus cum Oiseliano, *incipit Laus Stilichonis. Liber numero III.* BARTHIVS duos primos libros ad priorem Stilicho-

ac) v. HEINSII nota ad Claudian. ed. Amst. 1665. p. 332.
ad) l. c. p. 92. 255.

chonis Conſulatum refert, tertium ad poſte- SEC. V.
riorem. Cui ſententiae ſubſcribit Nic. HEIN-
SIVS. Sed quod additur his quartus ab illo li-
ber, qui de bello Getico in vulgatis editioni-
bus nominatur, non aſſentitur. *ae*) Eſſe tres
Panegyricos de uno eodemque conſulatu
vult CLAVERIVS. *af*)

XI. De *ſecundo conſulatu* Fl. *Stilichonis* Li-
ber Praefatio elegiaca incipit: *Maior Scipia-
des, Italis qui ſolus ab oris.* Liber ipſe hexame-
ter incipit: *Quem populi plauſu, procerum
quem voce petebas.*

XII. De *bello Getico* liber. Praefatio ele-
giaca incipit: *Poſt reſides annos longo velut
excita ſomno.* Ipſe liber hexameter: *Intacti
cum claustra freti coëuntibus aequor:* Liber
iſte ſine controverſia argumentum habet ge-
nerale Laudes Stilichonis; ſpeciale, Bellum
ſive Victoriam eiusdem Geticam, Alarico
Gothorum Rege ad Pollentiam ſuperato. *ag*)
Huius libri titulus variat in antiquis codici-
bus unus habet, de *bello Pollentiaco*: alter de
victoria Stilichonis contra Alaricam, quod ma-
gis placet CLAVERIO. *ah*) Utrumque inſcri-
ptionem in ſuis quoque codicibus deprehen-
dit Nic. HEINSIVS. Lucenſis inſcriptus erat:
De *bello Gothico*. *ai*) In Vaticano quodam

ae) v. HEINSII notam ed. cit. p. 467. *af*) v. Claudian. ed. cit. l. c. *ag*) v. BARTHII not. ad Claudianum ed. Amſtel. 1665. p. 564. *ah*) v. Claudiani ed. cit. l. c. *ai*) v. HEINSII not. ed. cit. p. 566.

Digitized by Google

SEC. V. Codice inſcriptio legebatur : De *bello Pollentino*, quam genuinam & ab ipſo Claudiano profectam eſſe non dubitat HEINSIVS. *ak*)

XIII. De *ſexto conſulatu Honorii* Auguſti panegyris. Praefatio elegiaca incipit: *Omnia quae ſenſu volvuntur vota diurno.* Panegyris vero hexametra: *Aurea Fortunae reduci ſe templa priores.* Incidit hic conſulatus in A. CCCCIIII. *al*)

XIV. Laus *Serenae* Reginae uxoris Stilichonis, verſu hexametro, initio: *Dii, mea Calliope, tanto cur tempore differs.* In huius carminis fine aliqua deſiderantur.

XV. *Epithalamium* dictum *Palladio* Tribuno & notario & *Celerinae.* Praefatio elegiaca incipit: *Carmina per thalamum, quamvis feſtina, negare.* Epithalamium verſu hexametro ſcriptum eſt initio: *Forte Venus blando quaeſitum frigore ſomnum.* Vulgo pro Celerina falſo legitur ſerena. *am*)

XVI. De Raptu Proſerpinae libri III. Libri primi praefatio elegiaca incipit: *Inventa ſecuit primus qui nave profundum.* Libri omnes hexametri. Primus incipit: *Inferni raptoris equos, afflataque curru.* Secundo praefixa praefatio ad Florentinum elegiaca initio: *Otia ſopitis ageret cum cantibus Orpheus.* Liber II. incipit: *Impulit Jonios praemiſſo lumine*

ak) praef. ed. cit. *al*) v. CLAVERII not. ad Claud. ed. cit. p. 610. *am*) v. notam ad Claudian. ed. Amſt. 1665. p. 679.

Digitized by Google

mine fluctus. III. *Jupiter interea cinctam Thau-* SEC. V.
mantida nimbis. Mutilum hoc poema ad nos pervenit. Raptum Proserpinae auctorem inscripsisse putat Nic. HEINSIVS non *de Raptu*, quod commentum barbarorum habet. *an*) Scripsit de Raptu Proserpinae libros IV. sed quartus aut non absolutus ab illo est, aut iniuria temporum ad nostram non pervenit aetatem. *ao*) Argumentum in primum secundum & tertium librum exhibet Conradus GESNERVS. *ap*) Ad libros de Raptu Proserpinae Commentaria scripsit Janus PARRHASIVS. Erudita ea esse ex illis facile cognovimus excerptis, quae eiusdem auctoris Quaestionibus Epistolis adiecit Henricus Stephanus, ut ait Caspar BARTHIVS. *aq*) Prodierunt haec commentaria Mediolani 1505. 4. Paris. 1517. 4. Basileae 1539. 4. Uberius commentariis illustravit Nic. BIFFIVS, quibus vitam poetae praemisit Mediolani 1684. fol. *ar*)

XVII. *Gigantomachia* versu hexametro initio: *Terra parens quondam coelestibus invida regnis.* Poematium hoc quod mutilum ad nos pervenit, ex Graeco Claudiani Latinitate donatum aut ab ipso Claudiano aut ab alio temporum istorum scriptore existimat

an) not. ad Claudian. ed. cit. p. 694. *ao*) v. Conr. GESNERI Biblioth. Univers. ed. Tigur. 1545. f. 169. a. *ap*) l. c. *aq*) praef. Animadvers. in Claudianum ed. Hanov. 1612. *ar*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 626.

Digitized by Google

SEC. V. Nicolaus HEINSIVS. Idem quoque ſibi perſvadet de Epiſtola ad Hadrianum, deque Idyllíis nonnullis, qualia Phoenix, Hyſtrix, Torpedo, Nilus & Magnes. ut enim aliquid Claudianeum in iis facile agnoſcas, ita langvent numeri plerumque, & raro ad Poetae noſtri hac in parte felicitatem adſurgunt. Nec acceſſerim, pergit HEINSIVS, iis, qui ſeni & effœto iſta excidiſſe opinantur. a D. Hieronymo ex Gigantomachia incerti haec citantur:

Quo fugis Encelade? quaſcunque acceſſeris oras,
Sub Jove ſemper eris

quae huic poematio non vana coniectura accenſeri poſſint. Graece quidem Gigantomachiam ſcripſiſſe Claudianum teſtis omni exceptione Maior Arſenius in Apophthegmatis. Noſter ipſe Praefatione VI. Conſ. Hon.

Enceladus mihi carmen erat vinctusque Typhoeus

Eius Gigantomachiae partem in Sicilia ſuo tempore inventam Petrus Bembus affirmat Epiſtola ad Angelum Politianum, ubi verſuum numerum CXLV. facit, cum Gigantomachia quae ſupereſt tantum CXXVIII. numeret. *as*)

XVIII. *Epiſtolae.* 1. Deprecatio ad Hadrianum, Praefectum Praetorio. Eam ex Graeco Clau-

as) v. Nic. HEINSII not. ad Claudiani edit. Amſtel. 1665. p. 797. 798.

Claudiani Latinitate donatam aut ab ipſo Claudiano aut ab alio temporum iſtorum ſcriptore exiſtimat Nicolaus HEINSIVS. *at*) 2. Ad Serenam. 3. Ad Olybrium. 4. ad Probinum ut ſcribat. 5. ad Gennadium ex proconſule.

XIX. *Eidyllia.* 1. Phœnix. 2. Hyſtrix. 3. Torpedo. 4. Nilus. 5. Magnes. Haec quinque Idyllia ex Graeco Claudiani Latinitate donata aut ab ipſo Claudiano aut ab alio temporum iſtorum ſcriptore exiſtimat Nicolaus HEINSIVS. *au*) 6. Aponus. 7. De piis fratribus & eorum ſtatuis quae ſunt apud Catinam. Sordida ſatis clauſula eſt de Phœnice carminis pro tam luculento poemate. Nec nos arbitramur a Poeta eſſe, quem ſuſpicamur potius ἀτέλεϛον hoc carmen ut alia incepta reliquiſſe, quam fine tam degeneri adeo luculentam texturam deturpaſſe. Ita ſentit Caſpar BARTHIVS. *aw*)

XX *Epigrammata.* 1. de Mulabus Gallicis 2. De ſene Veronenſi qui ſuburbium nunquam egreſſus eſt. 3. De Apro & Leone. 4. Deſcriptio armenti fragmentum. 5. Concha Serenae 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. De Cryſtallo cui aqua inerat. 13. In ſphaeram Archimedis. 14. De Polycaſte & Perdicca. 15. De Zona equi regii miſſa Honorio Aug. a Serena. 16. De Zona ab eadem miſſa Arcadio Aug. 17. De chla-

at) l. c. p. 797. *au*) l. c. *aw*) Animadverſ. in Claudian. ed. Hanov. 1612. p. 471.

Digitized by Google

SEC. V.

myde & frenis. 18. De freno, phaleris & cingulo equi Honorii a Serena missis. 19. Deprecatio ad Alethium quaestorem. 20. 21. In Curetium. 22. In Jacobum magistrum equitum. 23. Rimanti telum ira facit. 24. In Podagrum. 25. De Theodoro & Hadriano. 26. Ad Aeternalem. 27. Ad Maximum qui mel misit. 28. De Locusta fragmentum. 29. De Balneis Quintianis. 30. Descriptio portus Smyrnensis. 31. Est in conspectu longe locus. 32. De Quadriga marmorea. 33. Fragmentum. 34. 35. De paupere amante. 36. In sepulcrum speciosae. 37. De Birro Castoreo. 38. De Hippopotamo. 39 Quae in mensa de Sardonyche lapide. 40. Carmen paschale. 41. Laus Christi. 42. Miracula Christi. 43. In Sirenas. Ex his Epigrammata. 24. 23. 26. 27. 28. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. non videntur esse Claudiani Autori Indicis operum Claudiani. *ax*) Carmen paschale seu de Christo servatore Damasi nomen prae se fert in editione Barthiana Hanovienſi A. 1612. *ay*) Non omnia Epigrammata Claudiani prodita in lucem esse testis est Claudius BINETVS, qui aliquam multa secum servare, quae nullibi hactenus compatuerint, in iis quae ad Petronium adiecit, testatum facit. *az*) Pollicitus est Binetus varia Claudiani epigrammata, quae lucem hactenus non adspexissent, se propediem daturum.

---

ax) ed. Amstel. 1665. *ay*) p. 338. *az*) v. Casp. BARTHII Animadvers. ad Claudian. ed. Hanov. 1612. p. 467.

rum. Eius notae unicum inter catalecta SEC. V.
Petroniana ab illo prolatum, quod Claudiani genuinum esse sanus nemo dixerit, Nicolao HEINSIO iudice. Sed & Stephanus CLAVERIVS nonnulla in Codice illo Cuiaciano praestantissimo ac schedis Gnosianis deprehendisse se testatur post indicem operum Claudiani, quae ipse Claudiano non ausus sit vindicare. Sane Petrus & Jacobus fratres Puteani, qui Binetum aut Bineto coaetaneos noviſſe poterant, non semel asseverarunt Heinsio, nequaquam huic homini fuisse tam exactam de priscis scriptoribus iudicandi facultatem, ut temere illi credendum esset de Claudiani scriptis sententiam ferenti. At vero in Sirenas carmen & laus Herculis, cum laude & miraculis Christi ex Comertis aut Isingrini membranis profecta videntur, cum nec in Heinsianis exemplaribus, nec in Claverianis aut aliis vetustis libris compareant. *ba*) Sunt alia Claudiano adscripta, ut in Marcum Epigramma inter Petronianum fragmenta quod illius minime tamen est iudice Caspare BARTHIO. Duo item in Aquilam & Bacchum ex Schedis veteribus a Claverio prodita, ipso non indigna. Tria haec Animadversionibus suis in Claudianum inseruit Barthius. *bb*) Aliorum trium Epigrammatum de Liberalibus, de Laude Martis & de Junonalibus, Clau-

ba) v. Nic. HEINSII praefat. ad Claudianum ed. Amstel. 1665. *bb*) p. 1071. 1072. ed. Francofurt. 1650.

Digitized by Google

SEC. V. Claudiano adſcriptorum meminit Nicolaus HEINSIVS, quae Claverius etiam in ſuis exemplaribus invenerat. De Junonalibus carmen trium verſuum & quidem mutilorum erat. Duo reliqua inſerta a Nicolaó HEINSIO praefationi operibus Claudiani praemiſſae. *bc*) Legebantur & alia in eodem Vaticano Codice luce nec dum donata. *bd*)

XXI. *Laudes Herculis* carmine hexametro initio: *Pieridum columen, cuius Parnaſſia magno*; in nonnullis editionibus Claudiano tribuuntur: Aliae Anonymo poetae adſcribunt. Poſt carmen Claudiani Mamerti exſtant in editione Barthiana Honovienſi. *be*) Nemo tam fatuus unquam erit, qui Laudes Herculis & carmen ad Colleam digna cenſuerit Claudiani genio. Etſi illud ad Colleam pro aevo ſuo non negem eruditum & venuſtum eſſe. Ita ſentit Caſpar BARTHIVS. *bf*)

XXII. Ad Claudiana refert Nic. HEINSIVS carmen in *Aetnam* quod in Catalectis poetarum veterum adſcribitur Cornelio Severo, & cuius partem potiſſimam, vulgatis exemplaribus longe caſtigatiorem illic ſe obtuliſſe, tam Gyraldus ipſe, quam ſchedae Medicae fidem indubitatam faciunt. *bg*)

XXIII. In Codice quodam Vaticano Clau-

bc) ed. Amſt. 1665. *bd*) v. HEINSII praefat. l. c. *be*) p. 346. *bf*) Animadverſ. ad Claudian. ed. Hanov. 1612. p. 492. *bg*) v. HEINSII praefat. ad Claudianum ed. Amſt. 1665.

Digitized by Google

Claudiani nomen prae se ferebat *Epithala-* SEC. V.
mium Laurentii, quod ex versibus XXCVII. constabat, satis frigidis ac ieiunis, quosque nihil facere ad Poeticum Claudiani nitorem vel puer facile agnoscceret. *bo*)

Prostant Claudiani poemata collecta.

Venetiis 1472. quae editio passim laudatur a Thoma DEMSTERO commentariis in Corippum Africanum. *bi*)

Editio Vicetina 1482. princeps habita olim a Nic. HEINSIO, *bk*) qui tamen postea sententiam correxit. *bl*)

Prodiit & Parmae opera Angeli VCOLETI 1493. 4. quam primam dicit Joh. Alb. FABRICIVS. *bm*)

Hinc Vicentiae 1498. fol. Deinde cum commentario Jo. CAMERTIS Viennae 1510. *bn*)

Prioris & posterioris editionis Aldinae meminit Nic. HEINSIVS. *bo*) Sine commentariis excusus Claudianus ap. Aldum 1518. 8. o. *bp*)

Paris. 1530. 8. *bq*)

Hoc rubro: Cl. Claudiani omnia quae quidem extant opera, ad veterum exemplariorum fidem quam fieri potuit emendatissime excusa: versibus etiam aliquot, eorundem

---

bb) v. HEINSIVS l.c. *bi*) v. HEINSIVS l. c. *bk*) l.c. *bl*) ibid. *bm*) in Bibliotheca Latina ed. Hamb. 1712. p. 629. *bn*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. l. c. *bo*) l. c. *bp*) v. FABRICIVS l. c. *bq*) v. Jo. Alb. FABRICII biblioth. Lat. & Hamb. 1712. p. 629.

Digitized by Google

SEC. V. dem beneficio, ſupra omnes hactenus editiones ſparſim locupletata. Baſileae 1534. o. In titulo eſt inſigne Palmae Bebelianae. Dedicationem praefixit Michael ISINGRINIVS datam Calendis Septembr. 1534. Hinc vulgo Iſingriniana editio audit. Teſtatur Iſingrinius ſibi Claudiani emaculationem animam agentem teſtamento ea lege mandaſſe, ut ſtudioſis quibusque ſuis typis communicaret, Michaelem BENTINVM. Fac collationem, pergit Iſingrinius, & videbis quid paſſim lucis ex huius reſtitutione Claudiano acceſſerit: quot ubivis locorum verba natali ſenſui reſtituta: quot verſibus ſparſim auctus. Uſus fuit exemplaribus veneranda vetuſtate commendabilibus, quorum alterum ſuppeditavit Capito. Contulit vero ita ne ambiguis in locis lectori naſuto fraus fieret: tolerabilem enim utcunque lectionem marginibus aſſignatam lectoris ſuperciliosi arbitrio reliquit integram. Cui caſtigationi ſucceſſit alia. Poſtremam ſiquidem manum adiecit Jo. HONTERVS Coronenſis. Huius editionis fidem immerito ſuſpectam olim habebat Barthius. *br*)

Exſtant: Cl. Claudiani opera. Apud Seb. Gryphium. Lugduni 1535. o.

Item: Cl. Claudiani opera apud Seb. Gryphium. Lugduni 1548. d.

Flo-

br) v. Nic. HEINSIVS praefat. ad Claudianum ed. Amſt. 1665.

Digitized by Google

Florentiae 1549. 8. Lugduni 1551. 8. Por- SEC. V.
ro ex Theodori PVLMANNI recenſione cum M. Antonii DELRIONIS notis Antwerp. ap. Plantin. 1572. 1585. & deinde ſaepius 12. *bs*)

Panegyricos Claudiani Plinii Epiſtolis & XII. Panegyricis ſubiecit H. Stephanus 1591. 12. *bt*)

Prodiit & DELRIONIS Claudianus Antwerp. ap. Plantin. 1596. 12. *bu*)

Raphelengianam quandam editionem omnium quotquot vidit optimam habet Nic. HEINSIVS, *bw*) quam Scaligerum recenſuiſſe volunt.

Cum Stephani CLAVERII, PARRHASII & DELRIONIS notis, & Jo. TORNORVPAEI commentario ad carmen de tertio & quarto conſulatu Honorii Pariſ. 1602. 4. *bx*)

Exſtat & Cl. Claudianus, Theod. PVLMANNI Craneburgii diligentia & fide ſumma, e vetuſtis codicibus reſtitutus, & Martini Antonii Del Rio notis illuſtratus. Aureliae Allobrogum Excudebat Petrus de la Roviere. Anno 1606. d. In Dedicatione data Antverpiae VI. Idus April. 1604. docet editor, ſe ſummam fidem in vetuſtis codicibus conferendis praeſtitiſſe, quos ſic ſemper ſit ſecutus, ut nihil ſuis coniecturis tributum velit

bs) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Latin. & Hamb. 1712. p. 629. *bt*) v. FABRICII Supplem. ed. cit. p. 64. *bu*) v. FABRICIVS l. c. p. 265. *bw*) l. c. *bx*) v. FABRICII Bibl. Lat. p. 629.

Digitized by Google

SEC. V. velit. Usus est libris aliquot calamo exaratis. 1. Theod. Pulmanni in quo de Probini & Olybrii consulatu panegyris, laus Serenae, laus Herculis, epithalamium Palladii & Serenae, Gigantomachia, epistolae, & epigrammata desiderabantur. 2. Christ. Plantini, in quo opera omnia, sed quae supra enumeravimus, recentiori manu adscripta erant, praeterquam laus Herculis, laus Christi, miracula Christi, quae heic quoque deerant. 3. Jacobi Pamelii, qui tres libros de raptu Proserpinae, laudem Serenae, laudem Herculis, epithalamium Palladii & Serenae, Gigantomachiam, epistolas, & epigrammata non habebat. 4. Gulielmi Gentii de raptu Proserpinae. 5. Leodiensis collegii S. Jacobi de raptu Proserpinae. Adhibuit & Michaelis Isingrinii editionem Basileae editam. 1534. Codice secundo adeo oscitanter usus fuit Pulmannus; ut praestantiores plerumque lectiones annotare neglexerit; observante Nic. HEINSIO. *by*)

Pulmanni editionem Moretus & alii complures Typographi expressere. *bz*)

Insertus est Claudianus Corpori poetarum Latinorum ed. Genevae 1611. 4. *ca*)

Prodiit postea hoc titulo: Claudii Claudiani quae exstant Caspar BARTHIVS recensuit

&

by) praefat. in Claudian. ed. Amstel. 1665. *bz*) v. HEINSII praef. l. c. *ca*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 694.

Digitized by Google

& animadverſionum librum adiecit. Ha- SEC. V.
noviae in Bibliopolio Willieriano. 1612. 0.
Editionem Raphelengianam a capite ad calcem emaculavit BARTHIVS, quamvis initio animatus non erat. Nam ſolam Pulmanni editionem A. 1596. recuſam ſecutus in emendando auctore eſt, quam & cum omnibus vitiis & virtutibus in textu exprimendam iuſſit, ut conſtaret lectori potius ex Animadverſionibus quam cum periculo ſcriptoris quid corrigendum & mutandum cenſeret: interpunctiones praecipue non ſunt ſatis emaculatae, quas non omnes niſi & in recentiori eiusdem Pulmanni editione corruptae manſiſſent, correxit. Diligentiſſimi huius, ait BARTHIVS, Pulmanni fidem in MSS. librorum lectionibus proponendis ſecuti ſumus. Eius Notas in margine libri non admiſimus, cum omnis varietas Lectionum penſiculate in Animadverſionibus noſtris examinetur. Manuſcriptos alios conferre non lubuit. Nam ſi tot illi nihil potuerunt melioris notae afferre, unde Claudiani inſignes naevi emacularentur, ſupervacaneum arbitratus ſum, bonas horas in unius alicuius Manuſcripti collatione corrumpere. Longe enim ab iis diſſentimus, qui quicquid in librariorum ſtupidiſſimorum deliriis inveniunt, illico pro anſa egregiae alicuius & inauditae obſervationis habent. Adeoque cenſeo paucisſimos libros exſtare, ſi non pla-

SEC. V. ne nullos, quibus dignum aliquid luce poſt Pulmannum in hunc auctorem extricari valeat; cum in omnibus fere eius aetatis auctoribus admodum raro operae pretium faciant libri ſcripti. Qui niſi prorſus antiquiſſimi, rariſſime emendati ſunt. Et ſaepe non tam iuvent ſcripturae integritatem quam conturbent & impediant. Inſpeximus unum, qui characterum elegantia & puritate membranae facile probabat quod diximus. In aliis inquirendis operae pepercimus. *cb*) Ita eo tempore BARTHIVS, qui rectius penuriam codicum manuſcriptorum fuiſſet faſſus. In repetita enim editione ſententiam mutavit, & XVII codices ſe contuliſſe gloriatur.

Prodiit & Claudianus cum Nic. HEINSII notis Lugd. Bat. 1641. 12. quam editionem praeſtantiſſimis annumerat Jo. Alb. FABRICIVS, *cc*) qua tamen praeſtantior longe eſt repetita Heinſiana. In Heinſium iniquior, FABRICIO ſentiente, *cd*) Jacobus Gronovius in Exercitationibus de Juda p. 173. teſtatur ſe ex auctione Heinſiana redemiſſe quinque exemplaria Claudiani quibus omnes collationes MStorum codicum vir ille doctus commiſerat. Loquetur pro ſe ipſo poſtea Heinſius ubi de repetita editione agendum eſt, & calumnias Gronovii retundet ſatis.

cb. v. Cuip. BARTHII praefat. in Animadverſ. ed. Hanov. 1612. *cc*) in Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 630. *cd*) l. c. not. [h]

tis. De altera se editione Claudiani cogi- SEC. V.
tasse Nic. HEINSIVS testatur in litteris ad Sirmondum datis Holmiae 1650. T. IV. Operum Sirmondi p. 726. quod & negligentiorem se praestitit typographus me absente, ut ait Heinsius, & ego quoque dum libris destituor nimis praecipitarim has curas. ee) Perfeciſſe Heinsium quod meditatus fuit mox patebit.

Prodierunt: Cl. Claudiani quae exstant: Ex emendatione virorum doctorum Amstelodami typis Ludovici Elzevirii. 1650. Sumptibus Societatis. Sed.

Item: Cl. Claudiani quae exstant. Caspar BARTHIVS ope septemdecim manuscriptorum exemplarium restituit: commentario multo locupletiore, Grammatico, Critico, Philologo, Historico, Philosophico, Politicoque, ita illustravit: ut auctor pretiosissimus omni aetati, Scholasticae Academicae, Aulicae, Politicaeque, esse debeat ex commendato commendatissimus. Francofurti apud Joannem Naumannum Bibliopol. Hamburgensem Anno MDCL. q. Quinam fuerint septemdecim illi Codices non memorat Barthius, Belgicorum solum passim mentionem facit in Commentario. Ut adeo fidem facile praebeam Nic. HEINSIO, qui ita: Libuit ista proferre, ut agnoscas lector, quibus

ee) v. FABRICII Bibl. Lat. Suppl. ed. cit. p. 165.

Digitized by Google

SEC. V. auxiliis instructus Barthius lucubrationes in Claudianum suas tanto opere venditarit. Nam praeterquam quod in ipso curae posterioris commentario membranis compluribus, iisque optimis se fretum Claudiano manus admovisse testatur, Isingriniano cuidam codici a Pulmanno variis manuscriptis collato, & a Raphelengiis redemto manu sua adscripserat, Edituro Claudianum hic liber incomparabilis thesaurus est. Hoc enim exemplar longe post editionem toties a Plantinianis repetitam multis MSSis libris collatum est, quorum variae nondum lucem viderunt. At ego adfirmo praeter unum Plantinianum codicem, quo Pulmannum negligentissime usum fuisse indicavi, nihil fere in tota hac farragine apparere, quod curiosos oculos morari ulla ex parte debeat. *cf*) Idem HEINSIVS observat, *cg*) codicem aliquem Palatinum a Barthio excussum esse Juni Gruteri beneficio. etsi suum codicem, non Palatinum appellet Barthius plerumque, contra quam fieri debuit. His circumstantiis motus nollem editionem Barthianam cum Jo. Alb. FABRICIO, *ch*) inter praestantissimas locare, cum Heinsiana non iisdem solum sed & pluribus longe subsidiis instructa sit.

Re-

cf) v. Nic. HEINSII praefat. ad Claudian. ed. Amst. 1665. *cg*) l. c. *ch*) Bibl. Lat. ed. Hamb. 1718. p. 630.

Digitized by

Repetita eſt editio Barthiana 1654. 4. Cygneae. *ci*) SEC. V.

Exſtat editio Claudiani Schreveliana cum notis variorum. Amſtel. 1659. 8. quae exprae ſtantiſſimis eſt indice Jo. Alb. FABRICIO. *ck*)

Alia editio adornata hoc rubro comparet: Cl. Claudiani quae exſtant. Nic. HEINSIVS Dan. Fil. recenſuit ac notas addidit, poſt primam editionem altera fere parte nunc auctiores. Accedunt ſelecta variorum commentaria accurante C. S. M. D. Amſtelodami ex officina Elzeviriana. 1665. 0. In Praefatione HEINSIVS teſtatur, ſe ſcriptorum codicum potiſſimam ubique rationem habuiſſe, coniecturis rarius indulſiſſe. Hinc confidit infinita propemodum a ſe reſtituta eſſe, quae Barthii diligentiam effugerint, cum & plures quam ille & meliores membranas evolverit. Indicem ſubſidiorum quae adhibuit Heinſius dabo: 1. 2. Exemplaria duo ex Leidenſi deprompta bibliotheca, quorum prius inter optima cenſendum. 3. 4. duo ex Oxonienſi Bodleiana. 5. Patricii Junii, quod Gulielmi Cambdeni olim fuerat. 6. 7. Balthaſaris Moreti, quorum altero, ſane perquam inſigni ac probo, C, litera in Plantiniana editione notato Pulmannus uſus fuerat,

ci) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandectae Brandenburgicae ed. Berolin. 1699. p. 431. b. *ck*) l. c.

SEC. V. ſed adeo oſcitanter ut praeſtantiores plerumque lectiones annotare neglexerit. 8. Patrum Societatis Jeſu Lovanienſium. 9. ex Buslidiano in eadem urbe collegio, ſed quo ob temporis anguſtias minus exacte licuit uti, paucis tantummodo locis perpenſo. 10. 11. 12. Tres Alexandri Petavii. 13. ex Regia Pariſienſi. 14. ex Thuana. 15. ex bibliotheca fratrum Puteanorum. 16. ex Mazariniana. 17. Caroli Monſchalli Tholoſanae ſedis Archiepiſcopi. 18. 19. 20. 21. 22. Quinque ex Medicea Florentina. 23. Ex monaſterio S. Marci Florentiae. 24. 25. 26. Tres ex Ambroſiana Mediolanenſi 27. ex bibliotheca S. Salvatoris Bononiae. 28. Cathedralis Eccleſiae Patavinae. 29. quod Celtis Protacii & Antonii poſtea Quaeringi fuit a Johanne Rhodio oblatum. Caeterum in tanta copia pauci reperti, qui Claudiani omnia exhiberent, nulli magnopere a vetuſtate commendandi, quive quingentorum annorum aetatem aut attingerent aut excederent. Editiones vulgatas diligenter etiam excuſit Heinſius. 30. Florentiae in Medicea Vicetinam anni MCCCC LXXXII. videri contigit, cuius ad marginem Vir doctus diverſas lectiones ex optimo veterrimoque codice, quem Lucenſem ipſe nuncupabat, adnotarat, poematiaque ac epigrammata, quae in illa editione deſiderabantur, manu ſua deſcripta addiderat. 31. A Puteanis fratribus Parmenſem

fem accepit, cum scriptis itidem libris a viro erudito commissam. 32. Aldinam posteriorem a Patribus Societatis Jesu Antverpianis, quam Lilius Gregorius Gyraldus ad vetustissimum, cuius in vita Claudiani ipse meminit, exemplar manu propria castigarat, quodque praecipuo Heinsio usui fuit. adscriptae erant etiam margini eiusdem codicis ex praestantissimo Vaticanae bibliothecae libro diversae lectiones manu Johannis Livinei. Sed Gyraldi annotata ex veterrimis membranis depromta, quas ille in vita Claudiani fuisse Francisci Petrarchae opinatur, adeo in plerisque cum Lucensibus excerptis Mediceae bibliothecae consentiunt, ut ex uno eodemque codice collecta esse omnino credat Heinsius. 33. Rhemensis libri excerpta communicavit Dionysius Petavius. 34. Voticani alterius Albertus Rubenius. 35. Pricaeani Isaacus Vossius. 36. Alterius incerti Gevartius ac Gronovius. 37. Basileensem Isingrini editionem ex antiquissimo libro castigatam saepe adhibuit Heinsius. 38. Aldina prior. 39. Claveriana. 40. Lugdunenses non unae. 41. Raphelengiana. Haec in prima editione adhibita fuerunt ab Heinsio subsidia. Postea addita: 41. Codex Vaticanus a Livineo consultus, ante annos sexcentos, quantum apparebat exaratus, omniumque, quotquot ad manum fuere Heinsio, praestantissimus ac veterrimus, si Lucensis

SEC. V.

SEC. V. ille Gyraldinus excipitur, cuius nihil praeter excerpta, atque illa satis oscitanter descripta vidit Heinsius, quamquam volumen ipsum, cum Lucae esset, irrito successu sit investigatum, quod in eo exstitisse nonnulla compertum haberet, multo usui futura, quae ab aliis membranis mutuari haud possis, quale carmen istud in Aetnam. Evoluto hoc Vaticano codice mox deprehendit Heinsius, longe plurima, nec contemnenda ea, illic exstare, quae Livinei diligentiam fugissent. Sed codex foedissime lacer suspicionem reliquit, lecta in eo aliquando plura Claudiani, quam nunc circumferantur. Ipse praeter haec ordo poematum turbatus. Initio quippe voluminis Fescennina & libri in Rufinum prioris carmina usque ad versum CCXVI. manu recenti exhibentur illic adscripta. Tertius etiam & quartus Honorii Augusti Consulatus, & Raptus Proserpinae, & de bello Getico panegyricus. cuius solum inscriptionem manus vetusta prodebat. Post libros in Eutropium sequebatur haec inscriptio, Incipit Epithalamium Laurentii. Hinc Epigramma in sphaeram Archimedis. Postea Epigrammata de Liberalibus, Laus Martis, de Junonalibus. Legebantur & alia in eodem codice, luce quod sciam necdum donata. 42. ex bibliotheca Vaticana, qui Fulvii Ursini fuerat. 43. 44. Duo bibliothecae Vaticanae. 45. chartaceus bibliothecae Vatica-

ticanae. Horum nullus Claudiani omnia complectebatur. 46. Codex bibliothecae Vaticanae in membranis quidem exaratus, ſed recens admodum, quod cum primo in omnibus conveniret, non viſus ſibi eſt Heinſius operae pretium facturus, ſi percurreret totum. 47. Alius bibliothecae Vaticanae Codex nihilo vetuſtior, quem tamen a capite ad calcem percenſuit. Fuerat pars olim Palatinae Bibliothecae, iam ante a Gaſpere Barthio excuſſus quoque. 48. Farneſianae membranae. 49. Johannis Pricaei exemplar. 50. Bernardi Rottendorphii codex. 51. Emerici Bigotii codex inter optimos numerandus, qui ex Antonii Oiſelii bibliotheca ad Jolyum eccleſiae cathedralis apud Pariſios canonicum, ab avunculo ad nepotem haereditatis iure tranſiverat. 52. Pomponii Laeti excerpta, quorum copiam ac facultatem Vaticana ſcrinia fecerunt. Vir ille editionis Vicetinae codicem non indiligenter commiſerat cum duobus aut tribus exemplaribus manu exaratis. Nam ex diſcrepantibus ſcripturis minio nonnullae, nonnullae & atramento deſignabantur, unde manifeſtum fieret plus unico libro ad partes ab illo hic vocatum fuiſſe. Locis praeter haec difficilioribus uberrimas explicationes atque interpretamenta copioſa ſubiecerat. Sed quae ob temporum anguſtiam ab Heinſio ad examen

SEC. V. revocari non dabatur. 53. Suppeditavit in ſuper Jacobus Mentelius Iſingrinianae editionis exemplum, cujus margini alleverat nonnulla, ſed pauca admodum & aliunde iampridem Heinſio deprehenſa. 54. Petrus Pithoeus aliqua dedit ex membranis incertis. 55. Marquardus Gudius Iſingrinianae editioni lectiones varias a collectore inconno adſcriptas communicavit, quod exemplar Jacobi Cuiacii olim fuiſſe dicebatur. Sed excerpta haec & ſerius paullo ad Heinſium perlata ſunt, cum ſub prelo iam ferveret Claudianus, ut accurate ea excuti vix potuerint, & ſupra codices plebeios nihil ſapere aut oſtentare videbantur. Cum de iis plurimum ſibi promiſiſſet Heinſius, probe recordatus, quam exquiſita, quamque praeclara horum pleraque eſſent exiſtimanda, quae ex ſchedis Cuiacianis Claverius in animadverſiones ſuas contuliſſet. Quodſi, addit Heinſius, paulo liberalius frequentiusque id ab illo factum foret, noſtrae diligentiae ſpicilegium minus luculentum profecto reliquiſſet. 56. Excerpta Viennenſis in Auſtria libri, qui in Caeſaris bibliotheca aſſervatur. 57. Excerpta Helmneſtadiani ex academia Julia codicis. Hos Lucas Langermannus cum vulgatis exemplaribus ſedulo commiſit. 58. Baſileenſe Iſingrini volumen cum variis membranis a Theodoro Pulmanno poſt miſſam ab illo in publicum edi-

Digitized by Google

editionem Plantinianam, collatum. Quorum in numero praeter Pamelianum, Gentianum, Leodicensem & Pulmannianum codices, literis C. J. G. L. & P. in ea quam diximus editione denotatos, adhibiti, V. Susii liber oblongus. A. liber antiquus Jocobi Susii in folio, quod plicatur in octo, in quo aliquot opuscula habebantur, in asseribus compactus. S. liber Susii columnis distinctus, qui de raptu Proserpinae libros non habebat. S. liber eadem forma cum superiori sine columnis, in quo erant de Raptu Proserpinae libri. M. exemplar Plantini de Raptu Proserpinae scriptum in Papyro. P. Pulmanni liber de Raptu Proserpinae cum commentariis Gaufridi Viteracensis. His auxiliis instructus Barthius lucubrationes in Claudianum suas tanto opere venditavit. Barthius huic codici adscripserat: Hoc exemplar longe post editionem toties a Plantinianis repetitam multis MSSis libris collatum est, quarum variae nondum lucem viderunt. At Heinsius affirmat, praeter unum Plantinianum codicem, quo Pulmannus negligentissime usus fuit, nihil fere in tota hac farragine apparere, quod curiosos oculos morari ulla ex parte debeat. Quicquid tamen inde frugis corradi potuit, id annotatis suis inseruit HEINSIVS. 59. Prior Barthii editio, quam Barthius cum Codice Palatino membranaceo quidem illo sed recen- SEC. V.

centis notae commiserat, quo & Heinius Romam translato postea est usus. *cl*) Ex dictis patet editionem hanc iure praestantissimis annumerari a Joh. Alb. FABRICIO. *cm*)

Prodiit & Claudianus Parisiis cum interpretatione & notis Gvilelmi PYRRHONIS in usum Delphini 1677. 4. quam editionem praestantissimis accenset J. A. FABRICIVS. *cn*) Claudiani opera olim divisas fuisse in duas partes colligio ex Jacobi Philippi BERGOMENSIS verbis: *co*) Duos libros Claudianum scilicet maiorem & minorem edidit. Hinc etiam forte Angelus DECEMBRIVS *cp*) de Raptu Proserpinae scriptum dicit Claudiani minus opus.

De Commentatoribus quidem in Operum recensione dictum fuit. Pauca tamen addemus. Pontici VIRVNII Tarvisini in Claudianum commentaria memorat Jo. TRITHEMIVS. *cq*) M. Antonius Delrius notis bona fruge plenis hunc poetam illustravit. Si quid conferre potuerunt sub nomine auctoris sui in Commentariis prioribus Barthianis examen subierunt. *cr*)

Ca-

cl) v. Nicolai HEINSII praefat. edit. Amstel. 1665. *cm*) Biblioth. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 630. *cn*) l. c. *co*) Lib. nono Chronicorum. *cp*) de Politica Litterarum Lib. I. *cq*) v. Jo. Alb. FABRICII Supplem. Biblioth. Latin. ed. cit. p. 265. *cr*) v. Casp. BARTHIVS praefat. Animadvers. in Claudian. ed. Hanov. 1612.

Digitized by Google

Caſpar BARTHIVS Claudianum cum aetatis XVIII. annum ageret illuſtrare coepit. *cs*) De Animadverſionibus ſuis prioribus ipſe dicit BARTHIVS, omnes ad unam puero fere excidiſſe. Cum, inquit, annum aetatis agerem XX. eas ad Meliorem Goldaſtum miſi, qui Editionem in ſe receperat. Poſt id tempus quaſi duobus annis ex Belgio ad Wechelianum Typographeo praefectum ſcripſi, ut editio inhiberetur. Quod factum magnopere gaviſus ſum. Annus enim iam agitur tertius, ex quo in ſuperiorem Germaniam redii, quo cum otium mihi nonnunquam a ſeverioribus foret, hunc Commentarium multis in locis mutavi. Adeoque cum in Haſſiam, ubi eo tempore vivebam, lues Peſtilentiae incidiſſet, nec fugere vellem, ſine ope & auxilio omnium librorum has lucubrationes relegi. Et cum eas recenſerem ipſa Claudiani Poemata ad manus mihi non erant. Itaque ex ſola memoria non pauca meliora facienda erant. *ct*) SEC. V.

Adnecto potiora de Claudiano eiusque vena poetica iudicia, eaque inprimis, quae ſolo verborum ſplendore non fulgent.

Inſtar omnium eſſe poteſt teſtimonium antiquiſſimum, tabulaque marmorea expreſſum, quod in Foro Traiano ante annos pro-

pe-

cs) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. P. 431. b. *ct*) v. Caſp. BARTHII praefat. ad Animadverſ. in Claudianum ed. Hanov. 1612.

Digitized by Google

SEC. V. pemodum ducentos erutum in Farneſianis aedibus etiamnum exhibetur his verbis: CL. CLAVDIANI. V. C. CL. CLAVDIANO. V. C. TRIBVNO. ET. NOTARIO. INTER. CETERAS. VIGENTES. ARTES. PRAEGLORIOSISSIMO. POETARVM. LICET. AD. MEMORIAM. SEMPITERNAM. CARMINA. AB. EODEM. SCRIPTA. SVFFICIANT. ADTAMEN. TESTIMONII. GRATIA. OB. IVDICII. SVI. FIDEM. DD. NN. ARCADIVS. ET. HONORIVS. FELICISSIMI. AC. DOCTISSIMI. IMPERATORES. SENATV. PETENTE. STATVAM. IN. FORO. DIVI. TRAIANI. ERIGI. COLLOCARIQ. IVSSERVNT.

ΕΙΣ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ ΚΑΙ
ΜΟΥCΑΝ ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡΩΜΗ ΚΑΙ
ΒΑCΙΛΕΙC ΕΘΕCΑΝ.

Comparet haec inſcriptio rudi atque impolito literarum ductu tabula marmorea oblonga, nullis admotis diſtinctionibus, nullo ornatu adhibito expreſſa, mutila adhaec nonnihil adeo quidem, ut duas aut tres priores literas verſuum trium priorum liqueret intercidiſſe, neo manifeſtum ſatis eſſet, quid pro VIGENTES, aut quod alii praetulere INGENTES ARTES legi oporteret. Perſvaſum habet Heinſius, DECENTES ARTES exaratum fuiſſe. Pro DOCTISSIMI IMPE-

RA-

RATORES a manu prima illic GLORIOSISSIMI SEC. V.
vocabulum exſtiterat, ſed eraſum poſtea, ſic ut primam eius ſyllabam GLO non penitus aboleviſſet ſculptor. *cu*) Sepulchro Claudiani hoc elogium inſcriptum fuiſſe perhibet Raphael VOLATERRANVS. *cw*) Perperam meo iudicio. In foro enim Traiani poſitum fuit.

Addo aliorum iudicia. Michaelis ſcilicet ISINGRINII: *cx*) Claudianus eſt poeta caſtus, terſus, elegans, & omni denique virtute poetica commendabilis. Petri CRINITI: *cy*) Ingenio excellenti fuit maximeque apto ad carmen componendum: nam & aſſurgit feliciter, variisque figuris ac ſententiis mirifice delectat, ut videatur a natura ipſa inſtructus ad poeticam facultatem. Julii Caeſaris SCALIGERI: *cz*) Maximus Poeta Claudianus ſolo argumento ignobiliori oppreſſus, addit de ingenio, quantum deeſt materiae, felix in eo calor, cultus non inviſus, temperatum iudicium, dictio candida, numeri non adfectati, acute dicta multa ſine ambitione. Hadriani JVNII; *da*) Recondito & minime vulgari uſu verborum gaudet Claudianus. Franciſci ASVLANI: *db*) Ea fuit Clau-

---

cv) v. Nic. HEINSII Praefat. ad Claudian. ed. Amſtel. 1665. *cw*) in Anthropologia. *cx*) in Dedicatione praefixa editioni Baſileenſi 1534. *cy*) in vita Claudiani. *cz*) Lib. VI. Poet. *da*) Animadv. lib. I. c. VI. *db*) praef. Edit. Aldinae.

Digitized by Google

SEC. V. Claudiani virtus, is ſpiritus, ut in quamcunque partem ſe verteret, ſummus & excellens exſiſteret Poeta: Ita eſt aliquando feſtivus, ita concinnus, ita elegans, nihil ut fieri poſſit argutius; ita vero aliquando inſurgit, & artificioſa verborum concluſione carmen explicat, nihil ut ſit magnificentius. Julii Caeſaris SCALIGERI: *cc*) Quam palmam ſicut de Homero tulit Virgilius: ita de eo Claudianus. Cuius verba cum perpenderimus inveniemus noſtros nullis numeris, nullis apparatibus cedere Graecorum inventioni. Johannis CAMERTIS: Exornant hunc poetam inter caetera facunda & exquiſita elegantia, variae locorum ac rerum deſcriptiones, artificioſae orationes, aptiſſimae comparationes, Hiſtoriarum nobilium frequens commemoratio, multiplices ex intimo philoſophiae ſumtae ſententiae. Huius igitur poema ab omnibus his convenit legi, qui quid ſit pulcrum, quid turpe, quid non, plenius & melius Chryſippo & Crantore dicit. Joachimi VADIANI *dd*) Claudianum adeo diverſa a Manilio ſententia tenuit, ut nulli prope rei in phraſi ſua maiorem impendiſſe operam fateatur quam compoſitioni, & ipſi, ut ſic dicam, carminis filo. Totas ſiquidem paginas legenti vix prom-

cc) Poet. Lib. V. cap. VI. *dd*) Libro ad fratrem de Poetica cap. XXIX.

Digitized by Google

promtum eſt unum aut alterum verſum re- SEC. V.
perire, quem aut Elleipſis aut Synalefa a nativo ſuo ſplendore deiiceret. Et illa tamen omnibus Poetis conceſſa non vitia dico ſed quaſi ornamenta ſunt; compacta in eo omnia & ſolida, nec lubrica quidem, ſed ita placide manantia, ut numerus numerum & ſyllabam ſyllaba ſuavi lapſu excipiat. Mira in eo ingenii felicitas, & Naturalis in artem promtitudo nec trivialis eruditio. Eſt ſuavis, luculentus, & inoffenſiſtili, ſententiis acutus, in narrando ſubtilis & enucleatus, rerum quoque prope omnium peritia, nullius quod quidem praeclarum ſolidumque poetam abſolvat inſcius. Caſparis BARTHII: *de*) Venantii Fortunati Lib. VI. Carm. II. fere fruſtillatim de variis Claudiani locis contextum eſt: Unde videre habemus pene ſolum imitatione dignum eo aevo aeſtimatum: ut neque Sidonio & Ennodio ulla pagina fere ſine ſublectione noſtri.

In contrariam ab his ſententiam ivit Lilius Gregorius GYRALDVS qui ita; *df*) Cum minime numeros & liniamenta variet Claudianus, idemque ſit ubique, ab aliquibus eo nomine in ordinem redigitur. At ſi cui forte illius numeri ſatis placent placeant: eius certe flaceſſit inventio. Nam cum

de) Commentar. ad Claudian. ed. Francofurt. 1650. p. 3.
df) de Latinis Poetis Dialogo IV.

Digitized by Google

SEC. V. primo animi impetu, ut videmus; pulcre materiam apparet, & animosius feratur, mox tanquam ventus hominem deficit, nec principiis satis postrema respondent. Omnino tamen est poeta canorus volubilis & valde dulcis: sed certe parum idoneus dignusque, ut tantopere illum imitari studeatis. Respondet ad haec Caspar BARTHIVS: *dg*) Quid faciamus de tam alogo iudicio Gyraldi. Re ipsa in omnibus libellis nostri contra testimonium perhibente praeteribimus tam absurdum iudicum. Si librorum de Proserpinae Raptu personam eximas, qui, utpote manci, testimonium hoc loci perhibere non possunt, iurare possis, nullum in toto isto auctore Poematium exstare quod non redimat luculentum exordium speciosissimo colofone. Gildonicum bellum si pro integro habebis, magnam compositissimo scriptori iniuriam facies, quod idem de libris in Eutropium clarum est, nec minus tertio Laudum Stiliconiarum, & Laude Serenae. Quid autem fingi possit omnibus singulisque sententiis & versibus a proprietate sermonis exactius, a phrasi Poeta luculento dignius, ab ingenio felicius, a iudicio subactius, a structura elegantius, a concinnitate amabilius, a gratia nitidius, a perspicuitate facilius, ab numeris sonorum magis dicere non

dg) Animadverf. in Claudian. ed. Hanov. 1612. p. 368. 369.

Digitized by Google

non poterit, cui paullum saltim aceti Poe- SEC. V.
tici indulserit favor Apollinis.

Huc referri potest Mart. Antonii DELRII censura: *db*) Quae cuncta fere Claudianus ex Marone decerpsit, ut vel eo solo pervincat quis, magnam Claudianum imitationis curam habuisse, non omnia illum sua afferre.

IV.

SYLVIVS BONVS.

Brito seu Britannus. Claruit Gratiani Imp. aetate A. C. 410. Scripsit *Poemata* diversi generis lib. I. *a*)

V.

VICTORINVS.

Ita appellatur a GENNADIO *a*) & Joh. TRITHEMIO; *b*) VICTORIVS in manuscripto Gennadii Corbeiensi; *c*) vulgo CLAVDIVS MARIVS VICTOR. Rhetor Massiliensis. *d*) Claruit A. CCCCXXX. *e*) Moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus. *f*)

Scripsit ad Filii sui Etherii personam in Genesin, id est a principio libri usque ad obitum Patriarchae Abrahae tres diversos libros, Christiano quidem & pio sensu, sed utpote saeculari litteratura occupatus ho-

db] Adversar. ad Senecae Agamemnonem pag. 275.

IV. *a*] v. Christophori HENDREICH Pandectae Brandenburgicae p. 655.

V. *a*] de vir. illustr. Cap. LX. *b*] de Scriptor. Eccles. n. 143. *c*] v. not. ad Gennadii l. c. ed. Hamb. 1718. p. 28. *d*] v. GENNADIVS l. c. *e*] v. Joh. TRITHEMIVS l. c. *f*] v. GENNADIVS l. c.

Digitized by Google

SEC. V. mo, & nullius magisterio in divinis scripturis exercitatus, levioris ponderis sententiam figuravit. Ita GENNADIVS, *g*) cuius tamen codex Corbeiensis legit: quattuor versu edidit libros. *h*) Quatuor librorum meminit etiam TRITHEMIVS. *i*) Claudii Marii Victoris, Massiliensis Oratoris de *Genesi* libros III. epico carminis genere e Joh. GAGNEI editione mire interpolata recudi curavit G. FABRICIVS inter poetas Christianos. Gvil. MORELLVS libros de Genesi sinceriores, etsi admodum mendosos ediderat Parisiis 1560. 4. *k*) Claudii Marii Victoris carmina ex interpolata Gagnei editione recudi curarunt etiam Bibliothecae Patrum Conditores. Confer Christiani DAVMII notas ad Paulinum Petrocorium p. 320. *l*)

CCCCXXX

VI.

AVGVSTINVS.

Afer. *a*) Tagastae in Numidia natus, *b*) A. 355. *c*) Hipponensis oppidi episcopus. *d*) Decessit V. Kalendas Septembris aetatis 76. episcopatus 36. conversionis 43. anno *e*) Anno Christi CCCCXXX. *f*)

Scri-

---

g] l. c. *h*] v. not. [k] ad Gennadii ed. cit. l. c. *i*] de Scriptor. Eccles. n. CXLIII. *k*] v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 699. *l*] v. FABRICII Bibl. Lat. ed. cit. Suppl. p. 293.

VI. *a*] v. GENNADIVS de vir. illustr. Cap. XXXVIII. *b*] v. Christoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 335. a. *c*] v. Aub. MIRAEI Schol. ad Gennadii l. c. *d*] v. GENNADIVS l. c. *e*] v. MIRAEVS l. c. *f*] v. HENDREICH l. c.

Digitized by Google

Scripſit *Hymnos* eccleſiaſticos qui inter- SEC. V.
ti G. FABRICII poetis Chriſtianis, & poſtea editi ſunt Francof. 1578. ab Elia EHINGERO. *g*)

VII.

CCCXXXI

PAVLINVS.

MEROPIVS PONTIVS ANICIVS PAVLINVS fuit tota eius appellatio. Natus eſt in Aquitanis, ſeu Burdigalae, ut VRANIVS Presbyter apud Sur. T. 3. tradit, qui eius vitae ſummam, aut potius mortem in litteras miſit, ſeu Ebromagi, quam ipſe Paulinus patriam adpellat. Paternum id oppidum erat, haud procul a Burdigala, ad ripam Garumnae fluminis: quo loco vicus eſt hodie Embrau nomine infra Burgum & infra Blaviam: ut Elias VINETVS ſcribit. Ortus eſt autem ſub annum Chriſti CCCLIII. Adultior factus, ſub Decio Magno Auſonio, ſuo Burdigalae magiſtro; ita profecit ut in Oratoria ac Poetica facultate docentis gloriam vel adaequarit vel etiam ſuperarit. Burdigalae a S. Delphino Epiſcopo baptizatus, biennio poſt Barcinone Sacerdos a Lampio Epiſcopo creatus inde Nolam demum migravit. *a*) Presbyter & diſcipulus S. Auguſtini Hipponenſis ſalutatur a Joh. TRITHE-

g] v. FABRICII Bibl. Lat. ed. 1712. p. 711.

VII. *a*] v. Auberti MIRAEI Schol. ad Gennadii de vir. illuſtr. Cap. XLVIII.

Digitized by Google

SEC. V. MIO. *b*) Postea Nolae Campaniae Episcopus. Claruit temporibus Honorii & Valentiniani. *c*) A. CCCCXX. *d*) Obiit A. CCCCXXXI. *e*)

Scripsit I. Ad *Celsum* quendam *Epitaphii* vice, consolatorium libellum super mortem Christiani & baptizati infantis, spe Christiana munitum; referente GENNADIO. *f*) Aptius dixisset Gennadius observante Auberto MIRAEO: Epitaphium de Celso puero composuit. Exstat illud, numero XV. inter Paulini poemata, hoc titulo: de obitu Celsi pueri Panegyricus, ad Pneumatium & Fidelem parentes. *g*)

II. *Hymnarium. h*) sive Hymnorum diverso carmine lib. I. *i*)

III. Vitam Felicis Nolani versifice. *k*)

Ex carminibus Paulini non nisi decem prodierant, donec Lutetiae A. 1608. seorsim & postea 1610. in Bibliotheca Patrum vulgatum est DVNGATI opusculum: in quo is quindecim numerat, & fragmenta ex iis, quae non exstant, non exigua promit. Natalem XI. XII. XIII. primus e Mediolanensi edidit & notis eruditis illustravit MVRA-

b] de Scriptor. Eccles. n. CXVII. *c*] v. GENNADIVS de vir. illustr. c. XLVIII. *d*] v. TRITHEMIVS l. c. *e*] v. MIRAEVS l. c. *f*] l. c. *g*] v. MIRAEVS l. c. *h*] v. GENNADIVS l. c. *i*] v. TRITHEMIVS l. c. *k*) v. SIGEBERTVS Gemblac. de Scriptor. Eccles. Cap. 14.

Digitized by Google

RATORIVS T. I. Anecdotor. Latinor: Opera omnia Paulini Antverpiae typis Plantinianis 1622. 8. cum notis Frontonis DVCAEI & Heriberti ROSWEIDI ſunt publicata. Recentior pleniorque editio Jo. Baptiſtae le BRVN Pariſ. 1685. 4. Vide & Petri Franciſci CHIFLETII Paulinum illuſtratum Divione 1622. 4. *l*) Paulini ad Deum omnipotentem precatio & carmen pro ſalute Auguſtorum exhibetur a G. FABRICIO inter poetas Chriſtianos p. 769. & p. 817. *m*) Paulini carmen de Joh. Baptiſta & III. Epiſtolae exſtant in corpore Poetarum Latinorum ed. Genev. 1611. *n*) SEC. V.

VIII.

HILARIVS CCCCXLVI

Monachus Lirinenſis. *a*) Deinde Epiſcopus Arelatenſis. *b*) Concilio Regenſi ſeu Regienſi anno 439. & Arauſicano I. an. 441. interfuit. Poſt annos aliquos in Epiſcopatu tranſactos Lirinum rediit: ut ipſe HILARIVS teſtatur homilia de S. Honorato, & SIDONIVS in Euchariſtico ad Fauſtum Reienſem Epiſcopum. *c*) Claruit ſub Theodoſio

l) v. Aub. MIRAEI & Jo. Alb. FABRICII Schol. ad Gennadii de vir. illuſtr. c. 48. *m*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed Hamb. 1712. p. 708. *n*) v. FABRICIVS l. c. p. 995.

VIII. *a*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Gennadii de vir. illuſtr. c. LXIX. *b*) v. GENNADIVS de vir. illuſtr. c. 69. ISIDORVS Hiſpal. de Scriptor. Eccleſ. cap. XVI. *c*) v. MIRAEVS l. c.

A. C. CCCCXLVI principe iuniore A. CCCCXL. *d*) Moritur Valentiniano & Martiano regnantibus, *e*) anno decimo Leonis I. Papae, hoc eſt, Chriſti CCCCXLVI. *f*)

Scripſit I. Ad Leonem I. Papam verſu heroico Hiſtoriam *Geneſeos* usque ad ſeptimum caput. *g*) Hilarii Pictavienſis Epiſcopi Geneſis ſive Hexaëmeron ad Leonem Papam carmine Epico conſtat hodie rectius tribui Hilario Arelatenſi, etſi Pictavienſis operibus addidit Lud. MIRAEVS. Pariſ. 1544. Benedictini in Hilarii Pictav. editione Pariſ. 1693. fol. curante Petro COVTANT potiſſimum vulgata, inter ſuppoſita illius Epiſcopi iterum ediderunt. Cum Joh. WEITZII notis prodiit Francof. 1625. 8. Exſtat & inter G. FABRICII Poetas Chriſtianos. *h*)

II. Fabii Marii Victorini Afri de fratribus Maccabaeis interfectis ab Antonio Epiphane carmen BARTHIVS III. 23. Adverſar. Hilario Arelatenſi attribuit. *i*)

SEC. V.

VIIII.

DRACONTIVS

Ignotum eſſe, qua gente aut patria fuerit Dracontius, dicit G. FABRITIVS. *a*) Hiſpanum

d) v. Jo. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccleſ. n. 149. *e*) v. GENNADIVS de vir. illuſtr. c. LXIX. *f*) v. MIRAEI Schol. ad Gennadii l. c. *g*) v. MIRAEVS l. c. *h*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 699. *i*) v. FABRICIVS l. c. p. 702.

VIIII. *a*) Comment. in Poet. Chriſtianos p. 45.

Digitized by Google

num fuiſſe docent, non obſcure ISIDORVS, SEC. V. *b*) diſertius Johan. VASAEVS. *c*)

Vixiſſe Dracontium ſeculo V. probare videtur Inſcriptio libri II. Dracontii, quae eſt ad Theodoſium iuniorem Auguſtum ab A. C. CCCCVIII. ad A. CCCCL. Imperatorem. E contrario ISIDORVS *d*) ordine chronologico procedens inter Avitum Viennenſem Epiſcopum & Victorem Tunnunenſem collocat Dracontium, atque adeo ad ſeculi ſexti initia aetatem Dracontii referre videtur. Imo floruiſſe Dracontium temporibus Juſtiniani, Imperatoris ab A. 527. ad A. 565. & Athanagildi Regis Gothorum perhibet Johan. VASAEVS, *e*) cui contrarius non eſt Melchior GOLDASTVS, *f*) qui Dracontium Juſtiniano imperante A. 540. viguiſſe vult. Retulit eundem ad ſeculum ſextum Bibliotheca maxima patrum. *g*)

Scripſit I. *Hexaëmeron* de opere ſex dierum & creatione mundi, verſu hexametro, initio: *Prima dies lux eſt terris mors una tenebris.* Hoc opus, quale a Dracontio ſcriptum fuit, non amplius ſuper eſt, ſed correctum ab EVGENIO iuſſu Chindaſvinti Regis. Cum enim multis erroribus eſſet involutum, Eugenius ſuperflua demſit, manca ſupplevit, & crebro repetita reiecit. Verſiculi

b) Libro Originum. *c*) in Chronico Hiſpaniae A. D. 651. in Eugenio. *d*) de Scriptor. Eccleſ. cap. XXIV. *e*) l. c. *f*) in epiſtola ad Weizium. *g*) T. IX. p. 724.

Digitized by Google

SEC. V. enim, quos huic operi detrahendos esse putavit Eugenius, & sensu tepidi & verbis illepidi erant, & nulla probabantur ratione subnixi: nec in eis aliquid reperiebatur, quo lectoris animus animaretur aut mulceretur doctus, aut doceretur indoctus. *b*)

Hexaëmeron Dracontii, quod hodie supereſt, esse illud ipsum, quod Eugenius correxit, BARTHIVS ex stylo colligit, *i*) dicens: *Stilus universi huius libelli facile duos auctores refert. Nam non assentior doctis qui hoc ipsum αὐχέτυπον Dracontii censent, potius id quod ab Eugenio Toletano interpolatum esse traditur. Certe ταυτόλογον hoc opusculum & minime narrationibus detexendis sibi constans, extendit iam fini proximas, & abruptis aliis alias non suis locis intexit.* Mallet BARTHIVS *k*) supereſſe Dracontii libros primae editionis. *Utinam*, inquit, *publicasset integros etiam ipsos Eugenius, ut posteritati constaret modo Ratio mutationum eius; quae enim ille tepida & illepida & nulla ratione subnixa convitiatur, forte nunc nobis pulcra & amoena & docta viderentur.* Videtur Barthius aliqua ratione compos voti fieri potuisse. Vidit enim in pervetusto MSto codice Petri Ruizii Aza-

grae

b) Ita iudicat ipse EVGENIVS in epistola ad Chindasvintum Regem praefixa Dracontii libellis *ed. Lipsi. Rivin. A. 2. a.* *i*) Adversar. LVII. c. XX. col. 954. *k*) Adversar. L. LV. c XI. col. 2614.

Digitized by Google

grae emendationem & operam, quam S. Eu- SEC. V.
genius in reſtituendo & illuſtrando Dracon-
tio adhibuit, ſcholiaſtes Hildephonſi. *l*) E-
undem auctum ab Eugenio III. librum, Go-
thicis characteribus ſcriptum, in Bibliotheca
Martini Roderici Azagræ ſuo tempore ſer-
vatum fuiſſe, teſtatur Joh. GRIALIVS. *m*)

Prodiit Dracontii Hexaëmeron ab Euge-
nio correctum A. MDLX. cum Cl. MARII
VICTORIS Commentationum in Geneſin li-
bris III, *n*) A. MDLXIV. in Georgii FABRI-
CII Poetis Eccleſiaſticis; *o*) A. MDCX. ſe-
orſim cum Joh. WEITZII indice, gloſſario &
notis. *p*) Hi non niſi 575. verſiculos Dracon-
tianos exhibuerunt. *q*) Ante Jacobum Sir-
mondum Dracontium, ab Eugenio contra-
ctum & interpolatum, edidit in Hiſpania Mi-
chael Ruiſius ASRAGRIVS. *r*) Prodiit poſtea
A. MDCXIX. per Jac. SIRMONDVM. *s*) LIX.
verſibus auctior eſt haec editio tribus ſupe-
rioribus editionibus. Exſtat & excuſum A.
MDCXLIV. in Bibliotheca magna Patrum;
t) A.

---

l) v. Editor Bibliothecae Patrum tom. 6. p. 501. apud Andr. RIVINVM in *not. ad Eugenii & Dracontii opuſcula D. 8. a.* *m*) not. ad libr. XII. Iſidor. Orig. cap. 2, apud Andr. RIVINVM *l. c. a. b.* *n*) Pariſiis pag. 38. *o*) Baſileae col. 351. *p*) Frfti o. *q*) Vid. Andr. RIVINVS not. ad Dracontii & Eugenii opuſcula E, 1, 2. *r*) v. Caſp. BARTHII Adverſ. lib. LV. cap. XI. col. 2615. *s*) Pariſiis. vid. Aubertus MIRAEVS Schol. ad Iſid. Hiſp. de Scr. Eccl. cap. XXIV, Andr. RIVINVS l. c. a. b.

SEC. V. v) A. MDCLI. per Andr. RIVINVM in Dracontii libellorum biga, *u*) ad Sirmondi editionem; A. MDCLXXVII. in Bibliotheca maxima Patrum, *x*1.) ex editione Sirmondi; T. 2. Opp. Sirmondi p. 890. x 2.)

Mendis adhuc pluribus ſcatet Hexaëmeron, quæ niſi tollantur, fruſtra notha pro legitimis, ſuppoſita pro genuinis interpretari labores. Ita ſentit Caſpar BARTHIVS, *y*) qua in re ipſi adſtipulatur Andr. RIVINVS. *z*) Caſtigationes textus in Hexaëmero dederunt Georgius FABRICIVS, tribus quatuorve emendatis erroribus, quos typographus admiſerat; *aa*) Wolfgangus SEBERVS, cui duas caſtigationes debet editio Weitziana; *bb*) Simon TOELMANNVS, cui unam emendationem debet editio Weitziana; *cc*) Joh. WEITZIVS, qui ſe puſillas aliquot papulas in Hexaëmero, in aprico poſitas, diutius reſtare non fuiſſe paſſum fatetur. *dd*) Non ultra decem a Weitzio datas eſſe caſtigationes monet Andr. RIVINVS; *ee*) Caſpar. BARTHIVS, qui plurima loca correxit; *ff*) Andr. RIVINVS in notis ad

---

t) Pariſiis Tom. VIII. col. 837. *u*) Lipſiae A, 3, 2. x. 1.) Lugd. Tom. IX. pag. 724. *x*. 2.) v. Jo. Alb. FABRICII Supplem. Biblioth. Latin. & 1712. p. 293. *y*) Adverſ. Lib. VII. cap. XX, col. 352. *z*) not. ad Dracontii & Eugenii opuſcula E, N, 2. *aa*) vid. FABRICII Comment. in Poet. Chriſtianos pag. 45. *bb*) vid. Andr. RIVINVS l. c. *cc*) v. RIVINVS not. cit. *dd*) in praefatione ad Lectorem Dracontii ed. Francof. 1610. *ee*) l. c. *ff*) Inprimis Adverſar. Lib. VII. cap. XX. tot. Lib. IX, cap. VII,

Digitized by Google

ad Dracontii & Eugenii opuſcula multis in SEC. V.
locis. Monet Rivinus Barthium multa adhuc ſuae & aliorum diligentiae, & coniiciendi ſolertiae dereliquiſſe. *Quae ipſa*, inquit, *hic pateſcet ad oculum, qui modo praelaudatas editiones cum hac ipſa noſtra conferre voluerit, in qua, praeſertim quoad caſtigationes, neminem ſua promerita laude voluimus quidem defraudatum, neque nobis tamen iudicii libertatem derogatam.* gg)

Notas in Hexaëmeron ſcripſerunt Georgius FABRICIVS; Johannes WEITZIVS; Andreas RIVINVS; & ex parte Caſpar BARTHIVS. *hh*)

Luculenter ſcriptum eſſe Hexaëmeron iudicat ISIDORVS Hiſpalenſis. *ii*) Eruditum, atque inſigne opus, habet Georg. FABRICIVS.

II. Librum *ad Theodoſium* iuniorem Auguſtum. Verſu elegiaco. Initium:

Rex aeterne Deus, auctor, rectorque ſerenus.

Contenta addit editio Riviniana: *Hoc ſequenti libello auctoris ſatisfactio continetur, qua ab omnipotente Deo veniam petit, ne praecedenti carmine aliquid incautus erraſſet. Deum Theodoſio iuniori Auguſto precem defert, cur de triumphis illius eodem opere tacuiſſet.* An potius hunc librum debeat Eugenio, qui pentametris plane ſimilibus alias gaviſus, ad-

col. 426. Libr. XXIII, cap. XIX, col. 1148. lib. XXXIV, cap. X, col. 1563. gg) vid. Rivinus not. cit. E, N, b. *hh*) in adductis editionibus. *ii*) de Script. Eccl. cap. XXIV.

SEC. V. adſcribere dubitat Caſpar BARTHIVS. *kk*) Correctus eſt ab Eugenio. *ll*) Confer, quae de correctione Hexaëmeri dicta ſuperius. Prodiit ante Sirmondum per Michaelem Ruiſium ASSAGRIVM; *mm*) A. MDCXIX. per Jacobum SIRMONDVM; *nn*) A. MDCLI. per Andream RIVINVM, in Dracontii libellorum biga, *oo*) ex Sirmondo; A. MDCLXXVII. in Bibliotheca maxima patrum *pp*) ad editionem Sirmondianam. Caſtigationes textus dedit Andreas RIVINVS, in notis ad Dracontii & Eugenii opuſcula. Notas ſuppeditavit Andr. RIVINVS annexas Dracontii Libellorum bigae. *qq*)

Hos binos Dracontii libros iunctos ediderunt Mich. Ruiſius ASRAGRIVS, Jacobus SIRMONDVS, de quibus in Hexaëmero vide; Andreas RIVINVS. En titulum Riviniani operis integrum:

Dracontii Hiſpani libellorum biga: quorum prior de opere ſex dierum & Creatione mundi, Hexaëmeri titulo pridem, ſed XCI. verſibus mutilus, editus, fuit, ſcriptus Heroico metro; alter vero poſterior Elegiaco, poſtfatio quaſi quaedam eſt, & praecedanei illius pariter

kk) ad Claudian. p. 507. *ll*) Vid. eius Epiſtola ad Chindaſvintum, praefixa Dracontii Libellis. *mm*) vid. BARTHII Adverſ. lib. LV, cap. XI, col. 2615. *nn*) Pariſiis. Vid. Aub. MIRAEVS Schol. ad Iſidorum Hiſpalenſem de Script. Eccl. cap. XXIV. *oo*) Lipſiae B, 8, a. *pp*) Lugd. Tom. IX, p. 729. *qq*) J, 4, b, ſs.

Digitized by Google

ter atque sui ipsius ad Deum & Regem Theo- SEC. V.
dosium iun. Augustum excusatio, primum vige-
simo abhinc anno Parisiis prodiit, nusquam ali-
bi excusus. Nunc vero utrumque & inprimis
Hexaëmeron illud, sive de machina mundi post
Eugenium Toletanum Episcopum, [cujus simul
hic apposita est Septidui Recapitulatio, ut & E-
pigrammata reliqua, aliaque poematia ejusdem
subjuncta reperies: Item post Georgium Fabri-
cium, Joh. Weitzium, Jacobum Sirmondum,
Casparem Barthium, Simonem Toelmannum,
Wolfg. Seberum &c. restitutum integre emen-
davit, inque eo confusa distinxit, & commodio-
rem atque faciliorem ad sensum obscura rede-
git, notisque prioribus aliorum selectis, novis
quoque auxit & illustravit Andr. Rivinus D.
& P. P. Lipsiae Aera Dionysiana ∞ ICC LI.
8. pl. 10.

Falsa videntur esse quae de XCI. versibus, novae editioni accedentibus, titulus refert. Neque admitti potest, vicesimo ab A. 1651. anno primum Parisiis prodiisse posteriorem libellum. Quamvis enim non satis definire valeam, an Assagriana editio illum libellum exhibeat, tamen jam A. 1619. a Sirmondo illum vulgatum esse constat.

III. Nonnulla carmina, nisi forte mentitur inscriptio, inedita edere constituit Philippus LABBE. rr)

LAV-

rr) vid. eius Biblioth. nov. MSS. p. 58.

Digitized by Google

SEC. V. LAVDES cum censura de Dracontii Poesi sequentes a me observatae: *Plurimum ingenii fuit in Christianis veteribus vatibus, & quidem saepe adeo excellentis, ut dum illustrare volunt quaedam, omnia confundant. Sane Dracontius adeo acute & nervose de plerisque incidentibus loquitur, ut vix se ipsum satis intellexisse videatur, tantum abest, ut ab iis potuerit sententia eius percipi, qui nostra aetate in ea re studuerunt.* Ita sentit Caspar BARTHIVS. *ss*) Intricatiorem, sed mire eruditum poetam habet BARTHIVS. *tt*) Poetam sensu & eruditione, quam eloquentia, longe meliorem & instructiorem dicit Dracontium idem BARTHIVS. *uu*) Dracontium probum autorem, concinnum & ipsa brevitate commendabilem, sed ab aevo sequiori; in quo tamen elegantiarum flosculi, ceu purpureae quaedam institae, interluceant ac scintillent: esse iudicat Melchior GOLDASTVS. *xx*)

En aliquos Dracontii ex Hexaëmero *yy*) versus:

Clarus ubique Deus, nunquam mutabilis, auctor
Quem non obscurant quacunque ex parte tenebrae,
Nec celantur ei quaecunque obscura geruntur;
Principium factis lucem dat lucis origo;

Quae

ss) Adverss. L. VII. cap. XX. col. 352. *tt*) Adversar. lib. XXIII. cap. XIX. col. 1148. *uu*) Adverss. Lib. LIV. cap IX. col. 2539. *xx*) in Epistola ad Weitzium. *yy*) v. 13. sqq.

Digitized by Google

Quae mundo vitae praemissa est principe luce, SEC. V.
Quae totum praecessit opus, quod continet orbis,
Quae solis praevenit iter, lunamque coruscam,
Cuius iussit ope clarescere cuncta creata.

Addo memoratu dignam observationem, versus scilicet; quibus constat, Dracontium Paradisum in India quaesiviſſe, iis opponendos, qui hanc sententiam nimis habent paradoxam: zz)

India tunc primum generans pigmenta per herbas
Eduxit sub sole novo rudibusque racemis.

X.

CCCCLIII

PROSPER.

Quatuor huius aevi Prosperi fuerunt. Primus Aurelianensis episcopus Aniani successor Sidonio Apollinari familiaris fuit; ut ex huius epistola 15. lib. 8. constat. Secundus Regii Lepidi in Aemilia Episcopus, si Ecclesiae isti, quae festum & officium de eo celebrat, ac proprium etiam hymnum cantat, & Romano Martyrologio ad Junii 25. diem fides est. Tertius Aquitanus. Et hunc quidem Trithemius, Flaminius aliique cum Regiensi in Aemilia episcopo confundunt, & unum faciunt. Sed nunquam Episcopum fuisse contendit Sirmondus in Notis ad Sidonium: quamquam nominis aequivocatio fecerit, ut quae Chronographo & Gallo

zz) v. Hexaem. v. 61. 62.

Digitized by Google

SEC. V. contra Pelagianos ſcripta ac ſimilia conveniunt, Regienſi pariter adſcribantur. Vetus Eccleſiae Regienſis hymnus, a Joanne Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiae productus, qui Proſperum ſuum canit a S. Leone I. Papa miſſum Epiſcopum; tum Martyrologium Romanum, quod hunc Regienſem contra Pelagianos quoque ſcripſiſſe teſtatur: ea omnia eumdem cum Chronographo faciunt. Eſt & PROSPER TYRO, quem Beda in fine libelli de re metrica memorat & coniugatum fuiſſe dicit; cum exhortatorium illius carmen ad uxorem refert, *Age iam precor mearum comes irremota rerum.* *a*) Quicquid huius ſit homo Aquitanicae regionis vocatur noſter a GENNADIO, *b*) & in huius MSto Corbeienſi ſalutatur conſiliarius Papae Leonis. HONORIVS Auguſtoduneniſis, qui preſſo alioqui pede veſtigia Gennadii legit, Proſperum dicit Epiſcopum Aquitanicae regionis. *c*) Epiſcopum Reginenſem poſt Faventium habet Joh. TRITHEMIVS. *d*) Presbyterum fuiſſe non epiſcopum contendit Aub. MIRAEVS. *e*) Neque Reienſem in Gallia, neque

X. *a*] v. Aegidius BVCHERIVS in commentario ad Victorii Aquitani Canonem Paſchalem cap. 6. apud Aubertum Miraeum in Auctario de Scriptor. Eccleſ. n. XCIX. *b*] de vir. illuſtr. cap. 84. *c*] de Scriptor. Eccleſiaſt. Lib. II. Cap. 83. *d*] de Scriptorib. Eccleſiaſt. n. 164. *e*] Schol. ad Gennadii l. c.

que Regiensem in Italia episcopum fuisse SEC. V.
vult & probat SIRMONDVS. *f*)

Claruit temporibus Leonis Imperatoris magni Anno CCCCLX. *g*)

Vitam ad annum CCCCLXIII. extendit. *h*)

Carmine excellens fuit & prosa, iudice Joh. TRITHEMIO. *i*)

Scripsit I. Ex sententiis B. Augustini Episcopi versibus hexametris & pentametris, mixtum prosa, opus pulcherrimum quod praenotare voluit *Epigrammata* lib. 1. *Dum sacris mentem placet.* *k*) Exstat nomine Tironis Prosperi Aquitanici Episcopi Regio Lepidi, Sacrorum Epigrammatum super Augustini sententias liber primus, Epigrammata seu minuta poemata CXII. complexus, quorum duobus postremis Prosper orat Deum; in G. FABRICII Poetis Christianis. *l*)

II. De libero arbitrio contra ingratos aut Pelagianos liber primus. Poema Epicum vivente adhuc Augustino scriptum, ut ad Mercatorem observat Jo. Gamerius. Exstat in FABRICII Poetarum Christianorum corpore. *m*)

f] innotis ad Sidonii epistolam 15. lib. 8. apud MIRAEVM Auctar. l. c. *g*] v. TRITHEMIVS l. c. *h*] v. MARCELLINI Comitis Chronicon apud MIRAEVM l. c. *i*] l. c. *k*) v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 164. *l*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 706. *m*) v. FABRICIVS l. c.

Digitized by Google

SEC. V. III. Versus quidam anacreontici ex adhortatione Prosperi ad coniugem, de quibus superius iam dictum est. Eos etiam affert Lilius Gyraldus dialogo quinto Historiae Poetarum, & Georgius Cassander inter hymnos ecclesiasticos. *n*)

Paulini & Prosperi poemata a se recensita edidit Pulmannus Antwerp. 1560. 12. His vulgo accensetur Carmen Heroicum de providentia divina a G. Fabricio omissum, quod non Prosperum sed scriptorem Pelagianum habet auctorem. *o*)

XI.

CLAVDIANVS MAMERTVS

CLAVDIANVS vocatur in editione vulgata GENNADII. *a*) Eius tamen Codex Gemblacensis hunc scriptorem vocat CLAVDIVM. Supra etiam in Salviano Gennadii c. 67. consensu codicum omnium Claudius dicitur. *b*) Joh. TRITHEMIVS *c*) Claudium appellat, monetque eundem dici MAMERTVM. Ab aliis pleno nomine dicitur CLAVDIANVS ECDICIVS MAMERTVS. *d*) Fuit frater Mamerti Viennensis Episcopi. Noster vero Viennensis Ecclesiae Presbyter exstitit, *e*) non Epi-

n) v. FABRICIVS l.c. *o*) v. FABRICIVS l.c. p. 706. 707.

XI. *a*) de vir. illustr. cap. LXXXIII. *b*) v. not. [g] ad Gennadii l. c. ed. Hamb. 1718 p. 36. *c*) de Scriptor. Eccles. n. CLXXVIII. *d*) v. nota [g] ad Gennadii c. 83. edit. 1718. p. 36. *e*) v. Gennadius de vir. illustr. cap. XXCIII.

Digitized by Google

Epiſcopus, ut habet Joh. TRITHEMIVS. *f*) Claruiſſe ſub Zenone Imperatore A. CCCC. LXXX. dicitur TRITHEMIO, *g*) rectius A. CCCCXLIII. Auberto MIRAEO, *b*) cum ipſi defuncto Sidonius verſu epitaphium ſcripſerit quod lib. 4. epiſtolarum numero II. ipſe recitat. SEC. V.

Scripſit I. Hymnum de *paſſione Domini* cuius principium eſt: *Pange lingua gloriosi.* *i*) Hymnum iſtum Venantio Fortunato tribuunt antiqui etiam ſcriptores & codices: ſed ſtilum is redolet cultiorem, quam Fortunati eſſe ſoleat. Sirmondus cenſet ipſum eſſe ſcriptum a Claudiano Mamerto, & Sidonio lib. 4. ep. 3. ad Claudianum laudari. In eum, inquit, ſcite cadunt omnia, quae laudantur a Sidonio. Scriptus eſt verſibus trochaicis, quibus inſerti aliquando Pyrrichii numeri; commaticus eſt, crebris aptisque commatiis inciſus, ſententiis non interruptis, ſed molliter cum verſu cadentibus. Denique Claudiano carmen hoc vindicat non ſolum vetus Scholiaſtes, verum etiam Gennadius, non quidem ut editus eſt, ſed prout in codice coenobii S. Michaelis de Tumba, vulgatis auctior, in Claudiani mentione legitur. *k*)

II. Carmen *contra varios errores*, ſeu va-

f) de S. E. n. 178. *g*) l. c. *h*) Schol. ad Gennadii l. c.
i) v. GENNADIVS l. c. *k*) v. Aub. MIRAEI l. c.

SEC. V. *vnos Poetas* exſtat inter opera Poetarum Chriſtianorum & in Bibliotheca Patrum. *l*) Eſt carmen hexametrum incipiens. *Fama mihi polliceor ſacris tua carmina libris.* Prodiit inter G. FABRICII poetas Chriſtianos. *m*)

III. Sunt qui ea quae de *Chriſto* carmina leguntur non Cl. Claudiani, ſed Claudiani Mamerci eſſe affirment, ea in primis ratione perſvaſi, quod & varius ſit ſtilus & quod ille a Chriſtiana pietate fuerit alienus. *n*)

XII.

CCCCXCI.

PATRICIVS

Epiſcopus & Hibernorum Apoſtolus. Obiit ſub A. CCCCXCI. aetatis XXCII. ſi Mariano scoto Chronographo credimus. *a*) Verſus S. Patricii Epiſcopi de *rebus Hiberniae admirandis* habentur manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Titus D. XXIV. 3. *b*)

XIII.

A. C. D.

TVRCIVS RVFFVS ASTERIVS

RVFIVM appellat Codex quidam MS. apud Phil. LABBEVM; *a*) TVRCIVM RVSSIVM ASTERIVM QVINTVM, alius a Caſp. BARTHIO *b*) viſus.

Vir

---

l) v. MIRAEVS l. c. *m*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 711. *n*) v. Lilii Gregorii GYRALDI de Poetis. dial. IV.

XII. *a*) v. Auberti MIRAEI Auctarium de Scriptor. Eccleſ. n. CXII. *b*) v. Thomae SMITHI catalogum p. 130.

XIII. *a*) in nov. biblioth. Libr MSS. p 23. *b*) Adverſar. L. XII. c. XIX col. 705.

Vir Conſularis fuit. *c*) Exconſul ordinarius atque patricius ſalutatur in inſcriptione tractatui cuidam praefixa, quod ex ſcheda vetuſtiſſima quadam notavit BARTHIVS, *d*) & ex alio Codice MSto Phil. LABBEVS. *e*) A. C. D.

A. C. CCCCXLIX. dicitur cum Protogene Collega ſuo Conſulatum geſſiſſe. *f*) Sed confunditur Verus Aſterius cum Flavio Aſturio, nofterque A. CCCCXCIV. una cum Fl. Praeſidio conſulatum adminiſtravit imperante Anaſtaſio. *g*)

Scripſit I. *Collationem Veteris & Novi Teſtamenti* Carmine elegiaco, cuius initium: *Cantemus ſocii domino cantemus honorem.* Carmen iſtud ab Aſterio editum eſſe, quanquam inſcriptum ſit Sedulio, annotavit Cn. Spinianus atque Aldus. Panninius vero Turcio inſcriptum & miſſum vult. *b*) Prodiit nomine Aſterii Pariſiis Anno MDCXLIV. in Bibliotheca magna Patrum; *i*) Lugduni A. MDCLXXVII. in Bibliotheca maxima Patrum. *k*) SEDVLIO *Collationem* tribuunt aliqui, in quibus Geo. FABRICIVS, qui illam Baſileae A. MDLXIV.

c) v. Inſcriptio *Collationis.* *d*) l. c. *e*) l. c. *f*) v. Aub. MIRAEVS in Auctar. de ſcriptor. Eccleſ. n. LXXXVII. *g*] v. nota praefixa Collationi in *Bibliotheca Max. Patr. T IX. p. 464. F.* & Gv. CAVEVS hiſt. liter. ſcript. eccleſ. ed. Londin. p. 376. *b*] v. nota praefix. Coll. l. c. *i*] T. VIII. col. 701. *k*] T. IX. p. 464.

A. C. Poetis suis Ecclesiasticis *l)* interuit; & Gv.
D. CAVEVS. *m*) MAMERTO etiam CLAVDIANO adscribi opus illud observat Aub. MIRAEVS, *n*) suntque manuscripti codices, qui collationem Claudiani Mamerti esse dicunt, ut monet nota praefixa Collationi. *o*)

II. *Epigramma* in SEDVLIVM elegiacum, initio: *Sume sacer meritis veracis dicta Poetae.* Editum est a Jac. SIRMONDO in notis ad epistolas Ennodii, ex Codice Rhemensi; *p*) A. MDCXXIV. a Caspare BARTHIO in Adversariis. *q*) ex scheda vetustissima; A. MDCXXXVIII. ab Auberto MIRAEO in scholio ad Isidori Hispalensis librum descriptoribus Ecclesiasticis Antverpiae Cap. VII. recusum Hamburgi A. MDCCXVIII. *r*) ex Sirmondo; Parisiis A. MDCLIII. a Philppo LABBEO in nova bibliotheca manuscriptorum *s*) ex codice MSto.

III. Huc referri potest, quod *Sedulii versus* post eius mortem ex ejusdem scriniis collectos recensuit. *t*) Ascribo speciminis gratia versus aliquos Asterianae Collationis:

Virgo Maria nitet, nullo temerante pudorem,
Post partum pueri, virgo Maria nitet

Ipse

l] col. 565. *m*] l. c. *n*] l. c. *o*] l. c. *p*] v. BARTHII Adversar. l. c. & Aub. MIRAEI Scholion ad librum Isidori Hispal. de Scriptor. Eccles. cap. VII. *q*] L. XII. c. XIX. col. 705 *r*] p. 52. *s*] p. 23. *t*] v. Epigramma Asterii in Sedulium.

by Google

Ipſe tulit Dominus, pro poenis munera, ſervis, A. C.
Pro ſervis poenas ipſe tulit Dominus.
Lumen adeſſe Dei perſenſit tartarus ingens,
Nec cernunt homines lumen adeſſe Dei.

XIV.

D.

GODELBERTVS.

Presbyter, *a*) claruit temporibus Anaſtaſii Auguſti, anno Domini D, teſte TRITHEMIO. *b*) Poeta inſignis ſalutatur a Joh. Trithemio. *c*)

Scripſit *Hiſtoriam a mundo condito ad usque natalia Salvatoris* metro. *d*) *Allegoriae ſcripturarum* lib. IV. inſcribitur apud Joh. TRITHEMIVM. *e*) Imitatus eſt Aviti ſtudium. *f*) Scripſit Heroico metro. *g*)

XV.

D.

RVSTICVS. HELPIDIVS.

ELPIDIVS ſcribendum eſſe Græca Spei indoles iubet, obſervante Caſpare BARTHIO. *a*) Alios legere HELFRIDIVS, obſervat ſeries authorum, praefixa Bibliothecae Max. Patrum *b*) Medicus fuit Theodorici Gothorum regis & Exquaeſtor. *c*] Exilluſtris Ex-

XIV. *a*] Vid. SIGEBERTVS Gemblacenſis de Scr. Eccl. cap. 23. *b*] de Script. Eccl. n. CXCVIII. *c*] loc. cit. *d*] Vid. SIG. Gemb. de S. E. cap. 23. *e*] de Scr. Eccl. n. CXCVIII. *f*] v. SIGEBERTVS l. c. *g*] Sigeb. l. c.

XV. *a*] Adverſ. Libr. XXVI, cap. IX, col. 1266. *b*] Tom. IX. *c*] vid. Mantiſſa ad Auberti MIRAEI Auctarium de Script. Eccleſ. ed. Hamb. 1718. pag. 107.

tized by Google

A. C. D. quaestor dicitur in Inscriptione Historiarii Testamenti V. & N. *d*) Vixit temporibus Symmachi & Boethii, Anastasio imperante, ad A. C. D. vid. Autor notae, praefixae Helpidii Historiario. *e*]

Eius sunt

I. *Historiae Testamenti veteris & novi*, carmine hexametro scriptae. Hujus libelli in libris scriptis hic fuit titulus: *R. Elpidii Historiarum novi Testamenti.* Nemo intellexit titulum. Scribendum esse *Historiarium* monet BARTHIVS. *f*] Initium:

Evae, vipereu, vetitum decerpere pomum.

Prodierunt in Georgii FABRICII Poetis Ecclesiasticis, ed. Basileae MDLXIV; *g*] M. H. GOLDASTI Manuali biblico, S. Enchiridio. SS. Scripturae a catholicae Apostolicae veteris Ecclesiae patribus compendiato. Frfti MDCX; *h*] Bibliotheca magna Patrum ed. Paris. MDCXLIV; *i*] & Bibliotheca maxima Patrum ed. Lugdun. MDCLXXVII. *k*) Emaculat locum quendam hujus scripti Barthius. *l*] Rustici Helpidii Tristicha de historiis quibusdam utriusque Testamenti & carmen de Christi Jesu beneficiis Andreae RIVINI notis illustrata cum Lactantii Merobaudis & aliorum carminibus prodiere.

Li-

---

d] in Bibl. Max. Patr. Tom. IX, p. 462. E,. *e*] in Bibl. max. Patr. *f*] loc. cit. *g*] col. 753 *h*] pag. 17. *i*] Tom. VIII, col. 706. *k*] Tom. X, pag. 462. *l*] loc. cit.

Digitized by Google

Lipſiae 1652. 8. Laudat BARTHIVS III. 16. Adverſar. & LABBEVS p. 64. Bibl. nov. MSS. emendatiorem illorum promiſit editionem. v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 709. A. C. D.

II. Carmen hexametrum de *Chriſti Jeſu beneficiis*:

Conditor omnipotens rerum, mens unica ſummi.

Exſtat apud FABRICIVM; *m*) in Bibl. Magna PP. *n*) in Bibl. max. PP. *o*) Emaculantur & illuſtrantur varia hujus carminis loca a BARTHIO. *p*)

III. Carmen in conſolationem doloris ſui, cujus ipſe mentionem facit. *q*) Verum id interiit. *r*)

Non fuiſſe ineruditum, fatetur BARTHIVS, *s*) & nos ſequenti ſpecimine *t*) probamus:

Tu divina ſalus ſtrepitus, miſeratus amaros
Ac morbos furiasque dolens, & crimina laeſi
Sanguinis, in noſtros paſſus deſcendere viſus,
Atq; hominem miſcere Deo, mox conſcia veri
Exhibuis documenta fides, praedictaq; priſcis
Temporibus, ſtupuit miracula ſubditus orbis.
Et cui terra jacet, pelagus ſilet, atque coruſcis
Ob-

m) l. c. col. 756. *n*) l. c. col. 707. *o*) l. c. pag. 463. *p*) Adverſar. libr. XXVI, cap. IX, col. 1266. lib. XLIV, cap. IX, col. 2003. *q*) Vid. Gvil. CAVE de Script. Eccleſ. pag. 301. ed. Genev. *r*) Cave l. c. *s*) Adverſ. lib. XXVI, c. IX, col. 1266. *t*) Extat in Carmine de Jeſu Chriſti Beneficiis v. 54.

A. C. *Obſequiis ſervire minor vix ſufficit aether,*
Calcatisque celer famulatur nubibus axis:
Hunc gravidante Deo mortalis neſcia fœtus,
Virginitas fœcunda tulit, partuque pudico
Expletum eſt pietatis opus, nec enim ederet ortum
Vulgaris natura novum, coramque pateret
Maieſtatis apex, ſi nil mirabile terris,
Ignotumque daret, nec tanti pignora fœtus
Emituere ſimul, nam claro ſidere mundus
Irradians rutilae lucis cognovit honorem
Autorem peperiſſe ſuum, qui nobilis aevi
Inchoamenta gerens, fragiles proceſſit in artus.

In penultimo verſu Maxima Bibliotheca Patrum legit *periſſe*, cui lectioni & metri & nexus ratio obſtat.

SECVLVM SEXTVM

I

DXVII. ### GILDAS

ALbanius, Patricii diſcipulus. Obiit IV. Kal. Febr. An. DXII. *a*)

Scripſit I. Verſus *vaticiniorum*. Lib. I. Init. *Orabiem Britonum quos copia divit* *b*) II. de *Sexto cognoſcendo*. Lib. I. Initio: *Ter tria luſtra tenent quum*. *c*) Rectius inſcribitur: Verſus de *Sexto Rege Hiberniae*.

Ex-

I. *a*) v. Joh. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. I. n. L. *b*) v. BALEVS l. c. *c*) v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

Extant hi manuscripti in Bibliotheca Bodleiana n. 2086. 14. & n. 2157. 31. *d*) A. C.

III. Super eodem *Sexto*. 1. initio: *Cambria Carvernam Anglis*. *e*)

IV. *Historiam Britonum* ad tempora B. Augustini Anglorum apostoli, versu heroico, quae exstat manuscripta in bibliotheca Cottoniana Julius D. XI. 1. *f*)

II.

ORIENTIVS DXVII.

Vel ORENTIVS, vel ORONTIVS. Episcopus Illiberitanus. Ex subscriptionibus concilii Tarraconensis & Gerundensis patet, Orientium A. DXVI. & DXVII. Illiberitanum episcopum fuisse.

Scripsit I. *Commonitorium fidelibus*, quod & *Memoriale* vulgo dicitur, & in antiquis Glossariis Graeco nomine ὑπομνηστικὸν appellatur. *a*) Caspar BARTHIVS, Sigeberti verbis, *heroo* metro scriptum Commonitorium dicentibus, insistens, putavit non verum germanumque esse Orientii opus, vel minimum ex aliqua parte suppositum. Deinde pro sententia sua affert particulam, *ne*, pro *non* ab Orientio usurpatam, quod praeter & contra aevi illius consvetudinem esse docet. Hos scru-

d) v. Catalogos manuscriptorum Angliae & Hiberniae p. 110. 113. *e*) BALEVS l. c. *f*) v. Thomae SMITHI Catalogum p. 10.

II. *a*) Vid. Henr. Leonh. SCHVRTZFLEISCHII praef. ad Orientium p. 1. &c.

Digitized by Google

A. C. DXVII. ſcrupulos eximit Henr. Leonh. SCHVRTZFLEISCHIVS, *b*) regerendo veteres ſcriptores eccleſiaſticos ſaepius elegos appellaviſſe hexametros, ut Bedam, *c*) quod & monet DELRIVS. *d*] Quod ad alterum dubium, Schurtzfleiſchius pro *ne* legit *nec*, autoritate codicis Turonenſis motus. Metro heroico ſcriptum eſt, imo, ſi hexametrum heroicum dicendum, elegiaco. *e*] Initium:

Quisquis ad aeternae feſtinus praemia vitae

Aut ſi hoc praefationis initium dixeris, ipſum opus ita inchoatur:

Principio geminam debes cognoſcere vitam.

Liber II. incipit:

Si monitis gradiare meis, fidiſſime Lector.

Edidit illud primus Martinus DELRIVS A. MDC. *f*) ex MSto Aquicinctenſis Monaſterii. Orientium a RAMIRESIO publicatum vidit Caſpar Barthius apud Marquardum Freherum. *g*) prodiit Salmanticae MDCIV. *h*) Editoris nomen eſt Laurentius Ramirefius de PRADO. *i*) Deinde editum

b) in praef. ad Orient. p. 6. 7. *c*) in Hiſt. Eccleſ. lib. V. c. 8. *d*) Praef. ad Orient. Cf. Chriſtiani DAVMII epiſt. ad Thom. Reinefium, Reinefianis Epiſtolis inſerta n. 870. *e*) Vid. SIGEB. Gemblacenſis de Script. Eccleſ. cap. 54, & CAVE. *f*) Antwerpiae. *g*) Vid. BARTHII Adverſ. Lib. LV, c. XI, col. 2615. *h*) in qu. vid. SCHVRTZFLEISCHIVS l. c. pag. 45. *i*) Vid. H. L. SCHVRTZFLEISCHII Praefatio ad Orientium Supplemento auctum, A, 3, a.

Digitized by Google

tum eſt Tom. V. Bibliothecae Patrum edi- A. C.
tionis poſtremae Colonienſis. *k*) Rurſus DXVII.
hoc rubro: S. ORIENTII *Illiberitani Epiſcopi verſus Commonitorii floridiſſimi, diu quidem antea deſiderati, ſed non ita pridem ex MSto membranaceo Abbatiae Aquicinctinae in lucem poſtliminio reducti, & nunc oriente pacis liberioris tempore, quam ille praecipue hoc opuſculo Chriſtianis inculcatam voluit, priſtinae ſuae dignitati & integritati, quod licuit, reſtituti, ac poſt Heriberſum* ROSWEIDVM, *Martinum* DELRIVM, *Iuſtum* LIPSIVM, *Aegidium* SCHONDONCHIVM, *D.* FABRICIVM, *Caſp.* BARTHIVM *&c. emendati, & ſcholiis paucis enarrati ab Andrea* RIVINO *D. & PP. Lipſiae, Anno Chriſti* cIↃ IↃc LI. o. pl. 4. Porro in Bibliotheca magna patrum ed. Pariſiis MDCLIV; *l*) poſtea in Bibliotheca maxima Patrum ed. Lugdun. MDCLXXVII. *m*) ex editione Mart. Delrii. Edmundus MARTENE edidit Orientii Commonitorium integro libro II. auctius Rothomagi Anno MDCC, inſertum Veterum Scriptorum & Monumentorum collectioni novae, ex MSto Turmenſi S. Martini. *n*) Prodiit ſeorſim: *Heinrici Leonhardi* SCHVRTZFLEISCHII ORIENTIVS, *cujus libellus, qui inſcribitur Commo-*

k) Col. 1618. Vid. MIRAEVS in Scholio ad cap. IX. Gennadii de Scriptor. Eccleſ. *l*) Tom. XV. *m*) Tom. VIII. p. 176. *n*) Vid. H. L. SCHVRTZFLEISHII Praef. ad Orient. pag. 47.

A. C. DXVII.

monitorium Fidelium, denuo collatis duobus MSCtis codicibus, Aquicinctino & Turonenſi, ex lectione Martini Delrii & Edmundi Martene editus, recognitus, atque integro libro ſecundo qui & in maxima patrum Bibliotheca deſideratur, auctus, ejusque & variorum notis illuſtratus. Vitembergae Saxonum A. clɔ lɔcc VI. qu. pl. 22½. Textus ex Martenicana editione deſumtus eſt. Huic editioni appendix acceſſit: *Henr. Leonh.* SCHVRTZFLEISCHII *S.* ORIENTIVS *ſupplemento auctus, ſive nova e codice MSto Bibliothecae Oxonienſis Anglicano recenſio, itemque curae poſteriores ad Libr. II. Orientii Vinariae 1716.* qu. pl. 3. Exhibet autem haec edititio praeter editoris dedicationem & Praefationem p. 55. Martini DELRII Praefationem p. 58. Andr. RIVINI Praefatiunculam, p. 62. Eiusdem notas in titulum, p. 65. Excerpta ex Edmundi MARTENE praefatione. Libro I. ſubjunxit ſeorſim p. 41. notas & animadverſiones Caſparis BARTHII, pag. 47. Andrae RIVINI emendationes & Scholia, p. 68 Henr. Leonh. SCHVRTZFLEISCHII additamenta variarum lectionum. Emendationum textus conjecturas in margine editionis ſuae dedit Martinus DELRIVS, & eum ſecuti. Notas dedit idem, juvantibus Juſto LIPSIO & Aegedio SCHONDONCHO. *o*)

Ori-

o) Vid. SCHVRTZFLEISCHII praef. ad Orient. p. 44.

Orientium hoc scripto *mulcere legentem suavi breviloquio*, judicat SIGEBERTVS Gemblacensis. p) *Carmen lucidum & salsum* esse *sermone dulci, facili, nec tamen diffluente, aut langvido; sed acri & nervosa brevitate* [*eloqventia Latinitatis limi trahit nonnihil, sed de aevo*] *duriusculum, sed locis pauculis, & forte culpa malae manus alienae, vel electione, & quadam ornatum respuente pietate*; judicat Martinus DELRIVS. q) *Elegantissimos & prudentissimos versus* habet Casp. BARTHIVS. r) *Stylus Orientii pressus est atque nervosus, & quamvis seculi, quo vixit, latinitatem redoleat, tamen non est langvidus neque barbarus*; sentiente DUPINIO. s) A. C. CCCCXVIII.

II. De *Nativitate Domini*. Hexametr. Initium:

Splendidior Lux luce micat, majorque diei

Exstat annexum Orientii Commonitorio ed. Vitemb. 1706. t)

III. De *Epithetis Salvatoris* nostri. Elegiac. Initium

Janua, virgo, Leo, virtus, sapientia verbum.

Exstat annexum Commonitorio ed. Vitemb. u)

p) de Scr. Eccl. cap. 34. q) in praefamine ad Lectorem de Scriptore Orientio *in Bibl. max. Patrum pag.* 875. G. r) Adv. lib. XLIII, cap. IX. s) in Bibliotheca Autorum Ecclesiasticorum T. V. t) pag. 89. u) pag. 89.

Digitized by Google

A. C. DXVIII.

IV. De *Trinitate*. Hexam. Initium

Quod fuit a ſeclis, quodque eſt in ſecla ſeclorum.

Exſtat annexum Commonitorio edit. Vitemb. *x*]

V. *Explanationem nominum Domini*. Hexametr. Init.

Ianua conſiderat coelo, ſecretaque pandat

Extat annexa Commonitorio ed. Vitemb. *y*)

VI. Orationes XXIV. Jamb. Senar. Init.

Tibique Domine celſum Cherubim dicatum eſt.

Reperiuntur annexae Commonitorio ed. Vitemb. *z*)

Specimen Poſſeos Orientii dabunt Verſus *aa*] Commonitorii;

Affectu toto Dominum, totisque medullis,
Atque tuum toto dilige corde Deum.
Et recte, quid enim poteris tu juſtius unquam
Obſtrictus tantis ſolvere muneribus?
Qui tibi cum limus terrena in fece jaceres
Donſit perpetui temporis eſſe ſuum:
Qui tibi, quod membris conſtas, quod mente moveris,
Quod lingua loqueris, quod ratione ſapis,
Quod manibus tangis graderis pede, lumine cernis,
Aure audis, ſentis naribus, ore probas,

Ante

x) pag. 30. y) pag. 96. z) p. 102. *aa*] n. 48. ſqq.

Ante aliquod meritum, propria pietate ministrat, A. C. DXXI.

Corporis ac animae sic pater ut Dominus:

In orientium castigationes & animadversiones Jo. COMMIRII occurrunt in memoriis literariis Trivultinis 1710. p. 112. & p. 332. Johannis vero Georgii ECCARTI in Monathl. Auszug. 1701. Octobr. p. 27. *ab*]

III.

MAGNVS FELIX ENNODIVS

EVODIVS dicitur a Joh. TRITHEMIO. *a*) Episcopus Ticinensis. Claruit sub Anastasio Imperatore A. DX. *b*) Mortuus A. DXXI. d. XVI. Kal. Augusti, teste Epitaphio. *c*)

Scripsit I. *Carminum* librum.

II. *Epigrammata* CLI.

Collecta carmina Ennodii prostant in Operibus Ennodii per Andream SCHOTTVM Tornaci 1610; a Jacobo SIRMONDO recensita & notis illustrata Parisiis 1611. 8; *d*) in Sirmondi Operum Tomo I; *e*) in Bibliotheca Maxima Patrum edita Lugduni 1677. *f*) ex editione Sirmondiana.

Locus quidam Ennodii explicatus a Ca-

ab] v. Joh. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. Supplem. ed. Hamb. 1712. p. 298.

III. *a*] de Scriptor. Eccles. n. CCIII. *b*] v. TRITHEMIVS l. c. *c*] apud SIRMONDVM in prolegom. ad opera Ennodii. *d*] v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 715. *e*] v. FABR. l. Bib. Lat. Suppl. ed. cit. p. 298. *f*] T. IX. p. 416.

Digitized by Google

A. C. DXXI. ſpare BARTHIO, *g*) Alius locus ex Ennodii Epithalamio Maximi illuſtratus a BARTHIO *b*)

Ex carmine ad Olybrium aliqua ſpecimenis loco decerpo:

Fama refert, veterum quae neſcit perdere geſta,
Quae loquitur ſemper quicquid in orbe fuit.
Germina dum lucis Titan diſpergit in axem,
Et ditat mundum nobilibus radiis.
Vda vaporiferas conibent dum lora quadrigas,
Et nitidum gurges mittit ubique diem.
Undantes doctis manibus ſol flexit habenas,
Artificem dominum lux bene nota tulit.
Sed Phaetontaeo poſtquam dare regna precatu
Non exploratis viribus inſtituit.
Degenerem primis rectorem motibus aſtrum
Senſit, & excuſſis currere cœpit equis.
Tunc totam ſonipes lucem de naribus efflans
Non tenuit legis tempora certa ſuae.
In flammam ceſſit ſplendor, quod luminat, uſſit,
Quodque animat terras, exitium peperit.

IV.

LVXVRIVS

A. C. DXXII.

Vel LVXORIVS. Floruit Carthagine ſub Thraſimundo Vandalorum rege mortuo A. DXXII. *a*)

Scripſit I. Epigramma de *aquis calidis Cer-*
nen-

g] Animadverſ. ad Papinii Statii I. Thebaid. pag. 114.
b] Animadverſ. ad Papin. Statii I. Achilleid. p. 1682.
IV. *a*] v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Lat. ed. Hamb. 1712. pag. 688.

Digitized by Goo

nenſibus elegiacum initio: *Ardua montanos inter ſplendentia lucos.* Quod edidit Nicolaus HEINSIVS notisque in Claudianum inſeruit. *b*) A. C. DXXII.

II. Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam profert huius Luxurii epigramma hactenus inedituum: *Quo feſtinus abis gula impellente ſacerdos. c)*

III. *Pervigilium Veneris*, ſive carmen trochaicum de *vere* a quibusdam Luxurio tribuitur. *d)*

IV. Plura Luxorii epigrammata inedita vidit apud Petrum Scriverium Nicolaus HEINSIVS. *e*) Nonnulla huius poetae cum Joh. Alb. Fabritio communicavit Chriſtophorus Woltereck. Vide itidem quae Almeloveenius Poematis veteribus inſeruit p. 10. ſqq. & autor Ephemeridum Lipſienſium editarum Germanice A. 1710. (*Ausführl. Berichte von neuen Büchern*) p. 1010. ſeq. *f*)

V. DXXIII.

ALCIMVS ECDICIVS AVITVS.

AVITVS ſimpliciter nominatur ab ENNODIO, *a*) GREGORIO Turonenſi, *b*) AGOBARDO,

b) ed. Amſtel. 1665 p. 852. *c*) v. FABRICIVS l. c. not. [y] *d*) v. FABRICII Bibl. Lat. p. 688. *e*) v. Comment. ad Claudian. l. c. *f*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. 1712. Supplem. p. 292.

V. *a*) in vita Epiphanii. *b*) lib. II. Hiſt. Francorum cap. XXIV.

Digitized by Google

A. C. DXXIII. DO, c) FLORO diacono eccleſiae Lugdunenſis, ADONE, d) SIGEBERTO Gemblacenſi, e) ISIDORO Hiſpalenſi. f) ALCIMVS ſimpliciter dicitur a FORTVNATO. g) ALCVINVS ECDICIVS AVITVS ſalutatur ab Auberto MIRAEO. h) ALCIMVS AVITVS apellatur ab AGOBARDO, i) & Aub. MIRAEO. k) ECDICII nomen deprehendit Jacobus SIRMONDVS in titulo epiſtolae, quam de poematum ſuorum editione ſcripſit ad Apollinarem fratrem. l)

Fuit Epiſcopus Viennenſis, m) in Gallia. n)

Claruit tempore Zenonis Imperatoris ſub rege Gundebaldo: o) ſub Zenone & Anaſtaſio principibus Anno Domini D. indicante Joh. TRITHEMIO; p) temporibus Papae Hormisdae a quo Vicarius in Galliis conſtitutus eſt, vt conſtat ex epiſtola Hormisdae ad ipſum. q) Obiit Anno DXXIII. d. V. Febr. r) Epitaphium, quod Alcimo Avito Viennae quondam poſitum fuit

---

c) adverſus legem Gundobadi, in libro & adverſus dogma Felicis. d) in Chronico aetate ſexta. e) de Scriptor. Eccleſ. c. XXII. f) de Scriptor. Eccleſ. cap. XXIII. g) Lib. I. de vita S. Martini. h) Schol. ad Sigeberti l. c. i) de Judaicis ſuperſtitionibus. k) Schol. ad Iſidori l. c. l) v. SIRMONDI notas ad Avitum in Bibl. Max. Patr. T. IX. p. 625. H. m) v. SIGEBERTVS, ENNODIVS, GREGORIVS, ISIDORVS II. cc. n) v. MIRAEVS ad Sigeberti l. c. o) v. SIGEBERTVS l. c. & AGOBARDVS adverſus legem Gundobadi. p) de S. E. c. 197. q) v. BELLARMINVS de Scriptor. Eccleſ. r) v. Gy. CAVE de Script. Eccleſ. ed. Genev. p. 297.

Digitized by Google

fuit legitur praefixum AVITI opuſculis. *s*) A. C.
Scripſit multa verſu. *t*) Scilicet. DXXIII.

I. De *Mundi Principio & aliis diverſis conditionibus* libros ſex, ut titulum effert SIGEBERTVS Gemblacenſis, *u*) & GREGORIVS Turonenſis. *w*) Ab AVITO inſcribuntur de *ſpiritalis Hiſtoriae geſtis*. *x*) Quo tamen titulo non ſolos hos ſed & reliquos in Exodum, Numeros &c. complexus eſt. Ex his priores quinque vulgo inſcribuntur de Moſaicae hiſtoriae geſtis libri V. Quorum I. de *origine mundi*, incipit; *Quod varii eveniant humana ingenio labores.* II. de *peccato originali* incipit: *Vtitur interea venturi neſcia caſus.* III. de *ſententia Dei* incipit: *Tempus erat quo ſol medium tranſcenderat axem.* IV. de *Diluvio mundi* incipit: *Infectum quondam vitiis concordibus orbem.* V. de *tranſitu maris rubri*, incipit; *Hactenus in terris undas patuiſſe canenti.* Omnes ſunt hexametri. Prima & antiquiſſima huius operis editio eſt anni 1507. per Joannem Adelphum MVLINGVM, *y*) qui ea carmina e praeceptoris

s) ed. Zehnerianae Lipſ. 1661. p. 5. *t*) v. GREGORIVS Turonenſis lib. II. cap. 34. ADO Viennenſis in Chronico apud Aub. MIRAEVM Schol. ad Iſidori l. c. *u*) de S. E. c. 22. *w*] l. c. *x*] in Epiſtola ad Apollinarem Sidonii filium n. 45. in Bibl. Max. Patr. T. IX. p. 581. D. *y*] v. AVITI opuſcula per Joach. Zehnerum ed. cit. p. 7.

A. C. DXXII. sui phil. Bertoldi codice vulgavit Argentinae apud Cruningerum. z)

Hinc vulgavit poemata haec Martinus de WERDENA Colon. 1508. *aa*) Editionis Coloniensis anni 1509. meminit Jacobus SIRMONDVS. *ab*) Prodiit & Parisiis per Ascensium 1509. 8. *ac*)

Editum esse Alcimum Parisiis 1510. testatur SIRMONDVS. *ad*)

Quarta editio lucem adspexit Lugduni 1536. 12. *ae*) cum Cl. Marii Victoris poematis, *af*) per Joh. GAGNEIVM. Ea editio innumeris locis depravata est, & quingentis prope versibus, inaudito, ac nisi autor ipse proderet, in credibili facinore interpolata. Quae & in caeteras passim editiones recepta eas infecit. *ag*)

Cum notis suis Alcimum edidit Menradus MOLTERVS Basileae 1546. apud Oporinum. *ah*)

Prodiit quoque in Georgii FABRICII poetis Ecclesiasticis Basileae 1564. *ai*)

In corpore poetarum Latinorum Lugduni 1603. *ak*)

Ex

---

z] v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 701. *aa*] v. J. A. FABRICIVS l. c. *ab*] not. ad Avitum in Biblioth. Max. Patr. Tom. IX. p. 639. D. *ac*] v. FABRICIVS l. c. *ad*] l. c. *ae*] v. FABRICIVS l. c. *af*] v. Christophori HENDREICH Pandectae Brandenburgicae p. 351. b. *ag*] v. SIRMONDVS l. c. *ah*] v. FABRICIVS l. c. *ai*] col. 367. *ak*] Lib. IV. p. 469.

Digitized by Google

Ex recenſione Jacobi (rectius Joachimi) ZEHNERI. Lipſiae 1604. 8. *al*) Ad Alcimi editionem MSto Fuldenſi uſus eſt Joach. Zehnerus. *am*) A. C. DXXIII.

In Corpore poetarum Latinorum Genevae 1611. *an*)

In Aviti operibus ſtudio Jacobi SIRMONDI Pariſiis 1643. *ao*) ex MS.

In Bibliotheca magna patrum Pariſiis 1644. *ap*)

In Bibliotheca patrum 2. edit. Pariſ. Tom. VIII. fol. 359. *aq*)

Exſtant & titulo: Divi Alcimi AVITI Archiepiſcopi Viennenſis, opuſcula, In compluribus Germaniae Bibliothecis hactenus deſiderata, & ad probatiſſimorum exemplarium, cumprimis vero ad vetuſtiſſimi codicis manuſcripti fidem, correctius edita e recenſione Joachimi ZEHNERI. Lipſiae impenſis haeredum Thomae Schüreri, & Matthiae Götzii Bibliop. Anno MDCLXI. o. annexa compendio Theologiae eiusdem Zehneri ed. Schleuſingae 1661.

In Bibliotheca maxima patrum Lugduni 1677. *ar*) ad Sirmondianam editionem.

al] v. HENDREICH l. c. *am*] v. FABRICII Bibl. Lat. ed. cit. Supplem. p. 293. *an*] v. FABRICII Bibl. Lat. ed. cit. p. 694. *ao*] p. 213. *ap*] Tom. VIII. col. 596. *aq*] v. HENDREICH l. c. *ar*] Tom. IX. pag. 603.

Digitized by Google

A. C. DXXIII. In Sirmondi operibus T. II. *as*)
Integrum Alcimum reſtituturum ſe promiſit Daumius. *at*)
Locum quendam ex Alcimi Aviti lib. I. emendat Caſpar BARTHIVS. *au*) Alia duo loca ex libro IV. Idem. *av*) Alium ex Avito locum emendat BARTHIVS. *ax*)
Egregium carmen habet hos quinque Aviti libros FORTVNATVS. *ay*)
Quam corruptus ſit & ingenioſus doctusque hic auctor dici non poteſt, niſi collatione veterum librorum inſtituta; iudicante Caſp. BARTHIO. *az*)
II. Liber de Conſolatoria *laude caſtitatis* ad Fuſcinam ſororem, virginem Deo ſacratam, vulgo ſextus dicitur praecedentium reſpectu. Inſcribitur & de *laude virginitatis* apud ISIDORVM Hiſpalenſem. *ba*) Liber hexametro verſu ſcriptus incipit: *Suſcipe complectens Chriſto dignissima virgo.* Ediderunt eum Georg. FABRICIVS; *bb*) Corpus Poetarum; *bc*) Opera AVITI; *bd*) Joach. ZEHNERVS; *be*) Bibliotheca magna Patrum; *bf* & Bibliotheca maxima Patrum. *bg*)

Hunc

---

as] v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 701. *at*] v. FABRICII Bibl. ed. cit. Supplem. p. 293. *au*] Animadverſ. ad Papin. Statii III. Thebaid. p. 748. *av*] Animadv. ad Statii IV. Theb. p. 1290. *ax*] l. c. p. 1291. *ay*] Lib. I. de vita S. Martini. *az*] l. c. *ba*] de Script. Eccl. c. 33. *bb*] in Poetis Chriſtianis col. 425. *bc*] l. c. p. 492. *bd*] l. c. p. 296. *be*] p. 172. *bf*] l. c. col. 618. *bg*] l. c. p. 621.

Hunc librum pulcherrimo compoſitum carmine, & eleganti epigrammate cooptatum eſſe fatetur ISIDORVS Hiſpalenſis. *bb*) A. C. DXXIII.

In manuſcriptis codicibus Gabrielis Naudaei reperiuntur Aviti poematum libri VI. tribus verſibus, quos nulli codices editi repraeſentant, auctiores, quos exhibet Philippus LABBEVS. *bi*)

Hos libros plane graviſſimos & venuſtiſſimos nuncupat BELARMINVS. *bk*)

III. Exſtant & eius opera poetica nondum edita in *Leviticum Numeros, Deuteronomium* & libros *Joſuae* & *Judicum*. *bl*)

Adde Exodum. Hos omnes ineditos libros rudes paſim & impolitos ac mendis ſcatentes in tribus, quae vidit, exemplaribus animadvertit SIRMONDVS, adeo ut evulgare religioni duxerit. Haec non obſtant quo minus aliquam de iis notitiam dare congruum nobis videatur In *Exodum* metrum Aviti verſus continet 1328. initio: *Interea varios agitant dum tempora curſus*. In *Leviticum* verſus habet 308. initio: *Poſtquam conſpicuo longinqua in devia templo*. In *Numeros* verſus continet 689. initio: *Verterat interea ſolitis ſe curſibus annus*. In *Deuteronomium* verſibus gaudet 287. initio: *Hactenus informis eremi vexatus arenis*. In librum *Jeſu Nave*, ver-

bb) de S. E. c. 23. *bi*) in Bibliotheca nova MSS. ed. Pariſ. 1653 p. 226. *bk*) in Catalogo. *bl*) v. LABBEVS l. c. p. 57.

A. C. DXXIII. versus habet 452. initio: *Haec inter dominus Jesum dignatus adire.* In librum Judicum, versus continet 695. initio: *Postquam conspicuo Jesus decesserat actu. bm)*

Specimen venae Aviti praebeant versus quibus singularem prorsus lieni vindicat usum: *bn)*

Lienis laevam sortitur regula partem,
Qua crines perhibent ungues; recrescere sectos.
Nec concisa dolent: hinc nunc augmenta resumunt,
Quae vivunt sensuque carent in corporis usu.

Addo verba ex lib. II. quibus Eva Adamo vetitum persvadet sumere pomum: *bo)*

Sume cibum dulcis vitali ex germine conjunx,
Quod similem summo faciet te forte tonanti,
Numinibusq; parem. Non hoc tibi nescia donum
Sed jam docta fero. Primus mea viscera gustus
Attigit, audaci dissolvens pacta periclo.
Crede libens, mentem scelus est dubitasse virilem
Quod mulier potui. Praecedere forte timebas,
Saltem consequere, atq; animos attolle jacentes.
Lumina cur flectis? cur prospera vota moraris?
Venturoque diu tempus furaris honori?

DXXIV.

VI.

BOETHIVS.

Boetivs dicitur ab Honorio Augustaduno,

a) Si-

---

bm) notae Jac. SIRMONDI ad Avitum in Biblioth. max. patr. T. IX. p. 639. F. *bn)* Lib. I. v. 110. ss. *bo)* v. 242. ss.

A. C. DXXIV.

a) SIGEBERTO Gemblacenſi, *b*) & in Codicibus MSC. *c*) In veteribus lapidibus & monumentis iam BOETHIVS iam BOETIVS ſcriptum invenitur, ut notavit SIRMONDVS ad Ennodium p. 31. *d*) ANNITIVS MANLIVS SEVERINVS BOETIVS vocatur ab ANONYMO Mellicenſi. *e*) MANLIVS SEVERINVS BOETIVS a Joh. TRITHEMIO. *f*) BOETHIVM rectius ſcribi ex origine vocis Graecae arguit Aubertus MIRAEVS. *g*)

Romanus. Natus eſt non ita multis poſt annis, quam ab Alarico Roma caperetur. *h*)

Patricius vel Conſul ſalutatur ab HONORIO; *i*) Vir conſularis a SIGEBERTO. *k*) Romae Conſul fuit teſte ANONYMO. *l*) Conſul ordinarius audit Joh. TRITHEMIO. *m*) Conſulem ordinariam ſine collega fuiſſe A. DX, monet A. MIRAEVS. *n*)

Cum Theodorici Gothorum Regis Tyrannidem impedire conatus eſſet, Ticinum in exilium miſſus eſt, cuius rei THEODVLFVS Aurelianenſis meminit Lib. 4. carminum p. 221.

VI. *a*) Lib. III. de Scriptor. Eccleſ. cap. XXII. *b*) de Scriptor. Eccleſ. cap. XXVII. *c*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenburg. p. 621. b. *d*) v. Joh. Alb. FABRICII Bibl. Latin. ed. Hamb. 1712. Supplem. p. 268. *e*) de Scriptor. Eccleſ. cap. XV. *f*) de Script. Eccl. n. CCI. [g] *g*) Schol. ad Honor. de Scr. Eccl. l. c. *h*) v. Jul. Martiani ROTAE vita Boethii praefixa libris Boethii de conſol. philoſoph. ed. Antverp. 1607. *i*) l. c. *k*) l. c. *l*) l. c. *m*) l. c. *n*) l. c.

Digitized by Google

A. C. DXXIV. 221. edit. Sirmondi. Ticini cum Socero in carcerem detruſus poſtquam paulo ſupra ſemeſtris ſpatium in eo vitam produxiſſet iuſſu Theodorici eſt interfectus. *o*)

Occiſus eſt A. DXXIV. ut diſerte teſtatur in Chronico MARIVS epiſcopus Aventicenſis. *p*) Moritur eodem anno, quo Symmachus Patricius, & Johannes Papa, ſub Anaſtaſio Imperatore, iuſſu Theodorici Regis ad Ravennam poſt diuturnum exilium in carcere iugulatus Anno Domini DXXIV. Indict. II. teſte Joh. TRITHEMIO. *q*) non A. DXXI. ut BELLARMINVS vult, *r*) aut A. DXXVI. quo interfectum Ticini dicit Aub. MIRAEVS. *s*)

Scripſit de *conſolatione philoſophiae* Libros V. Scilicet ubi Theodoricus Rex Gothorum tyrannidem in Romanos exercuit, Boetius conſul Graecis clam litteras miſit, volens ſcilicet per illorum patrocinium ſubdere [ſubducere] & a Regis tyrannide civitatem, & cives, ſeque quoque addito, liberare. Quod ubi rex comperit, quaſi reum maieſtatis Ravennam in exilium miſſum, in carcerem includi iuſſit; in quo quinque libros per ſatyram edidit. Opus ſuum librum Conſolationis inſcripſit. Ita occaſionem ſcriptinar-

rat

---

o) v. FABRICII Bib. Lat. ed. cit. p. 642. 643. *p*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect Brandenb. p. 621. b. *q*) de S. E. n. CCb. *r*) v. HENDREICH l. c. *s*) Schol. ad Honorii de S. E. L. III. c. 22.

Digitized by G

rat ANONYMVS Mellicenſis. *s*) Boethii de Conſolatione HINCMARVS quoque Librum memorat non libros T. I. p. 211. de praedeſtinat. contra Godeſchalcum & T. II. p. 62. *t*) H. GLAREANVS in praefat. ad Fuggerum praemiſſa Boethii operibus ſuſpicatur conſolationem non ipſius Boethii eſſe. Atqui ſi quaeras, inquit, quem auctorem eius operis putem, haud facile dixerim, coniectura tamen haud exigua colligimus fuiſſe aliquem non indoctum aut aliquot potius doctos, qui in gratiam optimi viri, huiusmodi lamentationem inſtiterint velut funebre ſolatium iniuſte caeſo. Nam Boethium haud quaquam tam ſtupidum fuiſſe putandum eſt, cum in carcere detineretur, ut tyrannicae iniuriae meminiſſe tam importune voluerit. *u*) A. C. DXXIV.

Soluta partim oratione partim verſibus ſcripti ſunt hi libri. Argumentum horum librorum eleganter & ſuccincte complexus eſt Jo. CLERICVS T. XVI. Bibl. ſelectae p. 239. ſeq. *x*)

Prodierunt libri de Conſolatione Boethii Sec. XV. ſine inſcriptione f. In fine legitur: *Hic mea de prora in littus iactetur apertum Anchora. parvercadent ducentia vela faſelum.* Fi-

---

s) de S. E. c. 15. *t*) v. Joh. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb 1712. Suppl. p 270. *u*) v. FABRICII Bibl. Lat. ed. cit. p 645. not. [p] *x*) v. FABRICIVS Bib. L. ed. cit. Suppl. p. 271.

Digitized by Google

A. C. DXXIV. *Finit liber Boecii de consolatione philosophiae.* Literae maiores initiales manu adscriptae sunt.

Item sine singulari titulo eodem seculo. f. Textus ipse inscribitur Anicii Manlii Torquati Severini Boetii Ordinarii Patricii viri exconsulis de consolatione philosophiae liber primus incipit.

In fine: Boetii philosophicae consolationis liber quintus explicit. Inseritur versio germanica.

1473. Norimb. in Fol. cum expositione Thom. Aquinatis. *y*)

1482. Coloniae cum notis in 4. *z*)

1484. Lovanii cum Comment. Thomae Aquinatis. *aa*)

1487. Gaudavi Lat. & Belgice. Cum Comment. Belgicis. *ab*)

1486. cum Comment. Thomae Aquinatis. *ac*)

Hoc titulo: Boëtius de consolatione philosophiae nec non de disciplina scholarium cum commento S. Thomae. Lugduni per Johannem de Prato. A. MCCCCLXXXVII. die VIII. Februarii. f.

1587. cum Thomae Aquinat. Commentario Lovanii fol. *ad*)

Cum

y) v. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 622. b. *z*) v. HENDREICH l. c. *aa*) v. HENDREICH l. c. *ab*) v. HENDREICH l. c. *ac*) v. HENDREICH *ad*) v. HENDREICH Pand. Brand. p. 622, a.

Digitized by Google

Cum Commentario Thomae Aquinatis Lugd. 1490. 4. *ae*) A. C. DXXIV.

Cum commento Thomae in aliis Boethii operibus Venetiis per Johannem de Forlivio & Gregorium fratres. A. 1491. d. 26. Mart. f. Exſtat fol. 160. ſs.

Hoc rubro: Boetius de conſolatione philoſophiae cum commento angelici doctoris Thomae de Aquino. q. in fine: Anthonii Kobergers civis Nurnbergenſium urbis induſtria fabrefactus Anno MCCCCXCV. die VIII. menſis Junii.

1493. cum notis Thomae Aquinatis in 4 *af*)

1495. 4. cum commentario Badii Aſcenſii. *ag*)

1499. Lovanii cum commentario Thomae Aquinatis. *ah*)

Circa finem ſeculi XV. hoc titulo: Boetius de conſolatione philoſophica & de diſcipliha ſcholarium cum commentariis ab infinitis fere erroribus emaculatis. Additum eſt carmen iuvenile Sulpitii de moribus in menſa ſervandis & Quintiliani praeceptum de officio ſcholaſticorum erga praeceptores. Inſigne Joannis Clein. q. Commentarii ſunt S. Thomae de Aquino & Jodoci Badii Aſcenſii. Pagina ultima legitur: Antonius

G

ae) v. Joh. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. Supplem. p. 271. 272. *af*] v. HENDREICH l. c. *ag*] v. HENDREICH l. c. *ah*] v. HENDREICH l. c.

Digitized by Google

A. C. DXXIV. tonius Petrus Duvelandus ſtudioſis ſalutem. Accipite Boetium de conſolatu philoſophico duplici commentario explanatum. Erratulis noſtris facile parcet ſpero quicunque hunc noſtrum Boetium cum illis qui hactenus impreſſi ſunt conferet: ſi tamen aliqua non expiabilia invenerit id exemplari quo uſi ſumus oro aſcribat. Ex calcographia Joannis Clein Alemanni nulli impreſſorum Lugdunen. ſecundi. nono Kalendas Octobris.

1501. Argentor. cum Comment. Thomae Aquinatis & aliorum. *ai*)

1502. Daventriae. *ak*)

Cum Jodoci Badii Aſcenſii notis Pariſ. 1502. 4. *al*)

Hoc titulo: Anitii Manlii Torquati Boecii: alias divi Severini philoſophi; oratoris: & poetae excellentiſimi: Romani quondam Patricii: opusquinque librorum de philoſophica conſolatione ſpectatiſimum: & ad amuſim [uti in proverbio eſt] elaboratum: iamque recentiori lima in Lipſenſi gymnaſio ab innumeris mendis, quibus ante maculatiſimum circumferebatur, purgatum & perquam fideliter caſtigatum. q. In fine legitur: Impreſſum Liptzk per Jacobum Tan-

ai] v. HENDREICH Pand. Brand. p. 622. a. *ak*] v. HENDREICH l. c. *al*] v. J. A. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 645.

Tanner 1505. die 22. Decembris. Praefigitur A. C.
A. F. L. ad lectorem Sapphicon. Et ad Jo- DXXIV.
annem Bitrofium Numburgenſem Epigramma exhortatorium Magiſtri Andreae Fabani Landavienſis.

Florentiae 1513. *am*)

1514. Lugduni in 4. cum Thom. Aquinatis & Aſcenſii notis. *an*)

Inter Doctoris Angelici opera T. 18. Venetae & Antw. editionis. *ao*)

Cum Commentariis Jo. MVRMELII & Rudolphi AGRICOLAE. Daventr. 4. *ap*)

1516. 4. *aq*)

Florentiae per Nicolaum CRESCIVM opera heredum Philippi Juntae. 1521. Theodorus Sitzmannus deprehendit, optimas fere lectiones, quas iam e MSS. eruerat, ingeniive reſtituerat adminiculo, in ea haberi. *ar*)

1522. Baſil. *as*)

Boethius de conſolatione philoſophiae a Joanne CAESARIO recognitus prodiit Coloniae 1535. cum Murmellii & Rod. Agricolae commentariis. *at*)

am] v. FABRICII Bibl. Lat. Suppl. ed. cit. p. 272. *an*) v. HENDREICH l. c. *ao*] v. FABRICII Bibl. Lat. edit. cit. p. 645. *ap*) v. FABRICII Bibl. Latin. ed. 1712. p. 645. *aq*) v. HENDREICH Pand. Brand. p. 622. a. *ar*) v. Th. SITZMANNI notae ad Boetium de Conſ. Philoſ. ed. Hanov. 1607. p. 132. *as*) v. HENDREICH l. c. *at*) v. Valerii ANDREAE Bibliotheca Belgica ed. Lovanii 1643. p. 474.

A. C. DXXIV.

Inter alia Boethii opera Basil. 1536. *au*)

Exstat: D. DIONYSII Carthusiani operum Minorum Tomus tertius, cui insunt haec Commentaria in libros A. Severini Boethii, quos de consolatu philosophico inscripsit ipso textu (quem vocant) Boethiano, summa diligentia ad multorum exemplarium fidem restituto. Coloniae ex officina Melchioris Novesiani. A. 1540. f.

In operibus Boethii Basileae 1546. *av*)

1562. Antverp. in 8. *ax*) e recensione Theodori PVLMANNI. *ay*)

1567. Paris. in 8. cum Comm. Henr. Corn. AGRIPPAE. *az*)

1568. Antverp. in F. *ba*)

Cum aliis Boethii operibus Basileae 1570. ex officina Henric-Petrina in folio. *bb*) cum Commentariis Joannis MVRMELII & Rod. Agricolae enarrationibus in eosdem. *bc*) pag. 889.

1580. Antverp. in 12. *bd*) e recensione Theodori PVLMANNI. *be*)

1581.

au) v. FABRICIVS l. c. *av*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Honorii de S. E. L. III. c. 22. *ax*) v. HENDREICH l. c. *ay*) v. FABRICIVS l. c. *az*) v. HENDREICH l. c. *ba*) v. HENDREICH l. c. *bb*) v. Car. de VISCH Bibl. Script. Ord. Cisterc. ed. Col. 1656. p. 249. a. *bc*) v. Christoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 622. a. *bd*) v. HENDREICH l. c. *be*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. 1712. p. 645.

Digitized by Google

1581. Lugd. in 16. cum emendat. Theod- A. C.
PVLMANNI. *bf*) DXXIV.

1587. Romae ad calcem primi voluminis poematum seu poetarum veterum e quibus sublata est obscoenitas, additusque Theod. Pulmanni libellus de metris Boetianis. *bg*)

Per PVLMANNVM Lugduni Batavorum apud Franciscum Raphelengium anno clɔlɔXC. *bh*)

1590. Antverp. cum emend. Pulmanni. *bi*)

1600. Antverp. & Lugd. B. *bk*)

Post Theod. Pulmanni emendationem denuo recogniti ad vetustissimas membranas Conr. RITTERSHVSII. Lugd. B. apud Raphelengium 1601. forma minore. *bi*)

160ɔ. post emendationem Pulmannicam recognita per Conr. RITTERSCHVSIVM. *bm*)

1604. Antv. cum comment. Joan. BERNARTII. *bn*)

1606. Hannov. 8. & Duaci. *bo*)

Titulo: Anicii Manlii Torquati Severini Boethii de consolatione philosophiae libri V. nunc denuo Variis lectionibus & notis illustrati a Theodoro SITZMANNO, Thu-

 ringo.

bf) v. HENDREICH l. c. *bg*) v. HENDREICH l. c. *bh*) v. Th. SITZMANNI not. ad Boet. de Cons. Philos. ed. Hanov 1607. p. 133. *bi*) v. HENDREICH l. c. *bk*) v. HENDREICH l. c. *bl*) v. FABRICII Bib. Lat. ed. cit. Suppl. p. 272. *bm*) v. HENDREICH l. c. *bn*) v. HENDREICH l. c. *bo*) v. HENDREICH l. c.

Digitized by Google

A. C. DXXIV. ringo. Quibus subiunctus & Theodori PVLMANI de Metris Boethianis libellus. Hanoviae typis Wechelianis, apud Claudium Marnium, & heredes Joan. Aubrii. MDCVII. o. Dedicatio data Lipsiae Kalend. Januar. 1607. Usus est Nic. Crescii editione Florentina anni 1521. Contulit etiam denuo cum Conradi Rittershusii membranis vetustissimis, ipsi olim a Jac. Scheckio donatis & in editione Raphelengiana adhibitis Pulmanni exemplar, quod impressum Lugduni Batavorum 1590. cuius etiam textum in sua editione retinuit. Usus est praeterea fratrum Bussiorum, Casparis & Georgii excerptis, ex MS. Erfurtensi, quae plerumque cum membranis Rittershusianis conveniunt, ut & editio Norimbergensis, omnium quas Sitzmannus vidit antiquissima, neque MSS. deterior. Raro adhibuit Basilienſem. *bp*)

Inscriptione: Anicl Manlī Severini Boetī de consolatione philosophiae libri quinque. Joh. BERNARTIVS recensuit, & Commentario illustravit. Antverpiae ex officina Plantiniana, apud Joannem Moretum. M. DC. VII. o. Nicolaus Oudaert dedicationem praefixit datam Mechliniae VIII. Id. Jun. 1607. In fine Librorum Boethii legitur: Antverpiae ex off. Plantin. ap. Jo. Moretum M. DC. IV. Compositos esse hos libros Boethii

bp) v. Th. SITZMANNI notas ad Boeth. de Cons. Philos. ed. Hanov. 1607. p. 132. 133.

Digitized

thii ſtudioſe cum membranis docet com- A. C.
mentarius editoris. *bq*) DXXIV.

1620. Antv. 24. *br*)

1624. Duaci in 24. *bs*)

1625. Amſtel. in 32. *bt*)

Titulo: Anicii Manlii Torquati Severini Boethii de conſolatione Philoſophiae libri V. Amſtelodami apud Joan. Janſſonium. Anno 1631. ſed.

1633. Lugd. Bat. in 24. edente P. BERTIO cum libro de diſciplina ſcholarium, *bu*) praemiſſa prolixa de Boethio eiusque ſcriptis praefatione. *bw*)

1639. Jenae cura DILHERRI in 12. *bx*)

1640. in 32. Amſtelodam. *by*)

1649. Amſtelodam. in 8. *bz*)

1653. 32. Amſtelodam. *ca*)

1656. Lugd. Bat. 8. Renatus VALLINVS cum quinque libris conſolationis philoſophicae vulgavit Boetii opuſcula ſacra. *cb*)

Notas eruditas adiunxit editor. *cc*)

1665. Lugd. Bat. 8. *cd*)

bq) p. 147. 148. *br*) v. HENDREICH Pand. Brand. p. 622. a. *bs*) v. HENDREICH l. c. *bt*) v. HENDREICH l.c. *bu*) v. HENDREICH Pand. Brand. p. 622. a. *bw*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 645. *bx*) v. HENDREICH l.c. *by*) v. HENDREICH l.c. *bz*) v. HENDREICH l. c *ca*) v. HENDREICH l. c. *cb*) v. HENDREICH l. c. *cc*) v. FABRICIVS l. c. *cd*) v. HENDREICH l. c.

Digitized by Google

A. C. DXXIV.

1668. Lugd. B. in 8. per Renatum VALLINVM *ce*)

1671. in 8. Lugd. Bat. cum Comment. & notis Joan. BERNARTII, Theod. SITZMANNI, Renati VALLINI &c. *cf*) Praefixa & legitur Praefatio P. BERTII de Boethio. *cg*) In hac editione cum notis variorum omiſſae ſunt Sitzmanni & Vallini praefationes, quod merito aegre fert J. CLERICVS T. 16. Bibl. Selectae p. 244. iudice Joh. Alb. FABRICIO. *ch*) Dedicatio Sitzmanni iure omitti poterat, non item initium Commentarii.

1672. Bremae 12. *ci*)

1680. Pariſ. in 4. cum interpretatione & notis illuſtravit Petrus CALLYVS ad uſum Delphini. *ck*)

Novam Boethii de conſolatione Philoſophiae editionem ex vetuſtiſſimo & accuratiſſimo codice manuſcripto edere conſtituit M. MYCKELIVS Conrector ſcholae Arnſtadienſis. *cl*)

Emendationes textus ex manuſcriptis dat Caſpar BARTHIVS. *cm*)

Ex coniecturis. Idem. *cn*)

Dabo carmina Boethii ſingula ex tribus manu-

---

ce] v. HENDREICH l. c. *cf*] v. HENDREICH l. c. *cg*] v. FABRICIVS l. c. *ch*] Bibl. Lat. ed. cit. Suppl. p. 272. *ci*] v. HENDREICH l. c. *ck*] v. HENDREICH l. c. *cl*) v. *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen* anni 1715. ed. Lipſiae o. p. 366. *cm*] Adverſar. L. V. c. XVI. L. XXIV, c. XV. *cn*] Adverſ. L. XVII. c. XIII.

nuſcriptis Codicibus Academiae Juliae Helmſtadienſis, & exemplaribus quatuor prelo excuſis ſcilicet Noribergenſi 1495. Sitzmanniana 1607. Bernartiana 1607. & Amſtelodamenſi 1631. A. C. DXXIV.

Libri I. Metrum I.

CArmina qui quondam ſtudio florente peregi
Flebilis, heu, maeſtos cogor inire modos.
Ecce mihi lacerae dictant ſcribenda Camenae,
Et veris elegi co) *fletibus ora rigant.*
Has ſaltem nullus cp) *potuit* cq) *pervince-*
re terror,
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.
Gloria felicis olim viridisque iuventae
Solantur cr) *maeſti nunc mea fata ſenis.*
Venit enim properata malis inopina ſenectus,
Et dolor aetatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtivi funduntur cs) *vertice cani,*
Et tremit effoeto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix, quae ſe nec ct) *dulcibus*
annis
Inſerit, & maeſtis ſaepe vocata venit.
Eheu cu) *quam ſurda miſeros avertitur aure,*
Et flentes oculos claudere ſaeva negat.

co) MS. l. *eleys.* forte *elegis.* cp) male Amſtelod. edit. *nullius.* cq) MS. ll. *potuit nullus.* cr) ita MSS. mei & Sitzmanni cum editionibus Florentina apud Sitzmannum & Norimbergenſis. *Solatur* editiones Sitzmanni, Bernartii & Amſtelod. cs) MS. l. *fundantur.* ct) MS. l. *nec ſe.* cu) MS. l. & ll. *O heu* N. *Hou heu.*

Digitized by Google

A. C. *Nec ruptis quoties vagus camiris*
DXXIV. *Torquet fumificos Veſevus ignes;*
Aut dm) *celſas ſoliti ferire turres*
Ardentis via fulminis movebit.
Quid tantum miſeri feros dn) *tyrannos*
Mirantur ſine viribus furentes?
Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas:
Exarmaveris impotentis iram.
At quisquis trepidus pavet, vel optat,
Quod non ſit ſtabilis, ſuique iuris:
Avertit clypeum, locoque motus
Nectit, qua valeat trahi, catenam.

L. I. Metr. V.

O ſtelli ſeri conditor orbis,
Qui preperno *nixus* do) *ſolio*
Rapido coelum turbine verſas,
Legemque pati ſidera cogis,
Ut nunc plena lucida cornu
Totis fratris & dp) *obvia flammis*
Condat ſtellas luna minores,
Nunc obſcuro dq) *pallida cornu*
Phoebo propior lumina perdat:
Et qui primo dr) *tempore noctis*
Agit algentes Heſperus ortus,
Solitas iterum mutat habenas
Phoebi pallens Lucifer ortu.
Tu frondiſluae frigore brumae

Strin-

dm) MS. H. & N. *Haut.* MS. III. *ac.* *dn*) N. minus recte *ſævos.* *do*) N. *nexus.* cum MS. II. *dp*) *&* deeſt in MSS. N. & A. *dq*) N. male *obſcura.* *dr*) MS. III. & excuſi *primae.*

Stringis lucem breviore mora: A. C.
Tu, cum fervida ds) *venerit aestas,* DXXIV.
Agiles noctis dividis horas: 15.
Tua vis varium temperat annum,
Ut, quas boreae spiritus aufert,
Revehat mitis Zephyrus, frondes: 20.
Quaeque Arcturus semina vidit,
Sirius altas urat segetes.
Nihil antiqua lege solutum
Linquit propriae stationis opus.
Omnia certo fine gubernans dt) 25.
Hominum solos respuis actus
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica versat
Fortuna vices? Premit insontes
Debita sceleri noxia poena: 30.
At perversi residenr celso
Mores solio, sanctaque calcant
Iniusta vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris, iustusque tulit 35.
Crimen iniqui.
Nil periuria, nil nocet ipsis
Fraus, mendacii du) *comta colore;*
Sed cum libuit viribus uti
Quos innumeri metuunt populi 40.
Summos gaudent subdere reges.
O jam miseras respice terras,
Quisquis rerum foedera nectis.

Ope-

2s) A. male *fervidens.* dt) MS. III. & N. *gubernas.* du) MS. I. *mendaci.*

A. C. DXXIV. tonius Petrus Duvelandus ſtudioſis ſalutem. Accipite Boetium de conſolatu philoſophico duplici commentario explanatum. Erratulis noſtris facile parcet ſpero quicunque hunc noſtrum Boetium cum illis qui hactenus impreſſi ſunt conferet: ſi tamen aliqua non expiabilia invenerit id exemplari quo uſi ſumus oro aſcribat. Ex calcographia Joannis Clein Alemanni nulli impreſſorum Lugdunen. ſecundi. nono Kalendas Octobris.

1501. Argentor. cum Comment. Thomae Aquinatis & aliorum. *ai*)

1502. Daventriae. *ak*)

Cum Jodoci Badii Aſcenſii notis Pariſ. 1502. 4. *al*)

Hoc titulo: Anitii Manlii Torquati Boecii: alias divi Severini philoſophi: oratoris: & poetae excellentisſimi: Romani quondam Patricii: opusquinque librorum de philoſophica conſolatione ſpectatisſimum: & ad amusſim [uti in proverbio eſt] elaboratum: iamque recentiori lima in Lipſenſi gymnaſio ab innumeris mendis, quibus ante maculatisſimum circumferebatur, purgatum & perquam fideliter caſtigatum. q. In fine legitur: Impreſſum Liptzk per Jacobum Tan-

ai] v. HENDREICH Pand. Brand. p. 622. a. *ak*] v. HENDREICH l. c. *al*] v. J. A. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 645.

Digitized by Google

Tanner 1505. die 22. Decembris. Praefigitur A. C.
A. F. L. ad lectorem Sapphicon. Et ad Jo- DXXIV.
annem Bitrofium Numburgenſem Epigramma exhortatorium Magiſtri Andreae Fabani Landavienſis.

Florentiae 1513. *am*)

1514. Lugduni in 4. cum Thom. Aquinatis & Aſcenſii notis. *an*)

Inter Doctoris Angelici opera T. 18. Venetae & Antw. editionis. *ao*)

Cum Commentariis Jo. MVRMELII & Rudolphi AGRICOLAE. Daventr. 4. *ap*)

1516. 4. *aq*)

Florentiae per Nicolaum CRESCIVM opera heredum Philippi Juntae. 1521. Theodorus Sitzmannus deprehendit, optimas fere lectiones, quas iam e MSS. eruerat, ingeniive reſtituerat adminiculo, in ea haberi. *ar*)

1522. Baſil. *as*)

Boethius de conſolatione philoſophiae a Joanne CAESARIO recognitus prodiit Coloniae 1535. cum Murmellii & Rod. Agricolae commentariis. *at*)

am] v. FABRICII Bibl. Lat. Suppl. ed. cit. p. 272. *an*] v. HENDREICH l. c. *ao*] v. FABRICII Bibl. Lat. edit. cit. p. 645. *ap*) v. FABRICII Bibl. Latin. ed. 1712. p. 645. *aq*) v. HENDREICH Pand. Brand. p. 622. a. *ar*) v. Th. SITZMANNI notae ad Boetium de Conſ. Philoſ. ed. Hanov. 1607. p. 132. *as*) v. HENDREICH l. c. *at*) v. Valerii ANDREAE Bibliotheca Belgica ed. Lovanii 1643. p. 474.

Digitized by Google

A. C. DXXIV.

Inter alia Boethii opera Basil. 1536. *au*)

Exstat: D. DIONYSII Carthusiani operum Minorum Tomus tertius, cui insunt haec Commentaria in libros D. Severini Boethii, quos de consolatu philosophico inscripsit ipso textu (quem vocant) Boethiano, summa diligentia ad multorum exemplarium fidem restituto. Coloniae ex officina Melchioris Novesiani. A. 1540. f.

In operibus Boethii Basileae 1546. *av*)

1562. Antverp. in 8. *ax*) e recensione Theodori PVLMANNI. *ay*)

1567. Paris. in 8. cum Comm. Henr. Corn. AGRIPPAE. *az*)

1568. Antverp. in F. *ba*)

Cum aliis Boethii operibus Basileae 1570. ex officina Henric-Petrina in folio. *bb*) cum Commentariis Joannis MVRMELII & Rod. Agricolae enarrationibus in eosdem. *bc*) pag. 889.

1580. Antverp. in 12. *bd*) e recensione Theodori PVLMANNI. *be*)

1581.

---

au) v. FABRICIVS l. c. *av*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Honorii de S. E. L. III. c. 22. *ax*) v. HENDREICH l. c. *ay*) v. FABRICIVS l. c. *az*) v. HENDREICH l. c. *ba*) v. HENDREICH l. c. *bb*) v. Car. de VISCH Bibl. Script. Ord. Cisterc. ed. Col. 1656. p. 249. a. *bc*) v. Christoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 622. a. *bd*) v. HENDREICH l. c. *be*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. 1712. p. 645.

Digitized by Google

1581. Lugd. in 16. cum emendat. Theod- A. C.
PVLMANNI. *bf*) DXXIV.

1587. Romae ad calcem primi voluminis poematum ſeu poetarum veterum e quibus ſublata eſt obſcoenitas, additusque Theod. Pulmanni libellus de metris Boetianis. *bg*)

Per PVLMANNVM Lugduni Batavorum apud Franciſcum Raphelengium anno clɔlɔXC. *bh*)

1590. Antverp. cum emend. Pulmanni. *bi*)

1600. Antverp. & Lugd. B. *bk*)

Poſt Theod. Pulmanni emendationem denuo recogniti ad vetuſtiſſimas membranas Conr. RITTERSHVSII. Lugd. B. apud Raphelengium 1601. forma minore. *bi*)

160ɔ. poſt emendationem Pulmannicam recognita per Conr. RITTERSCHVSIVM. *bm*)

1604. Antv. cum comment. Joan. BERNARTII. *bn*)

1606. Hannov. 8. & Duaci. *bo*)

Titulo: Anicii Manlii Torquati Severini Boethii de conſolatione philoſophiae libri V. nunc denuo Variis lectionibus & notis illuſtrati a Theodoro SITZMANNO, Thu-

 ringo.

bf) v. HENDREICH l. c. *bg*) v. HENDREICH l. c. *bh*) v. Th. SITZMANNI not. ad Boet. de Conſ. Philoſ. ed. Hanov 1607. p. 133. *bi*) v. HENDREICH l. c. *bk*) v. HENDREICH l. c. *bl*) v. FABRICII Bib. Lat. ed. cit. Suppl. p. 272. *bm*) v. HENDREICH l. c. *bn*) v. HENDREICH l. c. *bo*) v. HENDREICH l. c.

Digitized by Google

A. C. DXXIV. ringo. Quibus subiunctus & Theodori PVLMANI de Metris Boethianis libellus. Hanoviae typis Wechelianis, apud Claudium Marnium, & heredes Joan. Aubrii. MDCVII. o. Dedicatio data Lipsiae Kalend. Januar. 1607. Usus est Nic. Crescii editione Florentina anni 1521. Contulit etiam denuo cum Conradi Rittershusii membranis vetustissimis, ipsi olim a Jac. Scheckio donatis & in editione Raphelengiana adhibitis Pulmanni exemplar, quod impressum Lugduni Batavorum 1590. cuius etiam textum in sua editione retinuit. Usus est praeterea fratrum Bussiorum, Casparis & Georgii excerptis, ex MS. Erfurtensi, quae plerumque cum membranis Rittershusianis conveniunt, ut & editio Norimbergensis, omnium quas Sitzmannus vidit antiquissima, neque MSS. deterior. Raro adhibuit Basilienſem. *bp*)

Inscriptione: Anicl Manlt Severini Boetl de consolatione philosophiae libri quinque. Joh. BERNARTIVS recensuit, & Commentario illustravit. Antverpiae ex officina Plantiniana, apud Joannem Moretum. M. DC. VII. o. Nicolaus Oudaert dedicationem praefixit datam Mechliniae VIII. Id. Jun. 1607. In fine Librorum Boethii legitur: Antverpiae ex off. Plantin. ap. Jo. Moretum M. DC. IV. Compositos esse hos libros Boethii

bp) v. Th. SITZMANNI notas ad Boeth. de Cons. Philos. ed. Hanov. 1607. p. 132. 133.

Digitized by Google

thii ſtudioſe cum membranis docet commentarius editoris. *bq*) A. C. DXXIV.

1620. Antv. 24. *br*)

1624. Duaci in 24. *bs*)

1625. Amſtel. in 32. *bt*)

Titulo: Anicii Manlii Torquati Severini Boethii de conſolatione Philoſophiae libri V. Amſtelodami apud Joan. Janſſonium. Anno 1631. ſed.

1633. Lugd. Bat. in 24. edente P. BERTIO cum libro de diſciplina ſcholarium, *bu*) praemiſſa prolixa de Boethio eiusque ſcriptis praefatione. *bw*)

1639. Jenae cura DILHERRI in 12. *bx*)

1640. in 32. Amſtelodam. *by*)

1649. Amſtelodam. in 8. *bz*)

1653. 32. Amſtelodam. *ca*)

1656. Lugd. Bat. 8. Renatus VALLINVS cum quinque libris conſolationis philoſophicae vulgavit Boetii opuſcula ſacra. *cb*)

Notas eruditas adiunxit editor. *cc*)

1665. Lugd. Bat. 8. *cd*)

bq) p. 147. 148. *br*) v. HENDREICH Pand. Brand. p. 622. a. *bs*) v. HENDREICH l. c. *bt*) v. HENDREICH l.c. *bu*) v. HENDREICH Pand. Brand. p. 622. a. *bw*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 645. *bx*) v. HENDREICH l.c. *by*) v. HENDREICH l.c. *bz*) v. HENDREICH l.c *ca*) v. HENDREICH l. c. *cb*) v. HENDREICH l. c. *cc*) v. FABRICIVS l. c. *cd*) v. HENDREICH l. c.

Digitized by Google

A. C. DXXIV.

1668. Lugd. B. in 8. per Renatum VALLINVM *ce*)

1671. in 8. Lugd. Bat. cum Comment. & notis Joan. BERNARTII, Theod. SITZMANNI, Renati VALLINI &c. *cf*) Praefixa & legitur Praefatio P. BERTII de Boethio. *cg*) In hac editione cum notis variorum omiſſae ſunt Sitzmanni & Vallini praefationes, quod merito aegre fert J. CLERICVS T. 16. Bibl. Selectae p. 244. iudice Joh. Alb. FABRICIO. *ch*) Dedicatio Sitzmanni iure omitti poterat, non item initium Commentarii.

1672. Bremae 12. *ci*)

1680. Pariſ. in 4. cum interpretatione & notis illuſtravit Petrus CALLYVS ad uſum Delphini. *ck*)

Novam Boethii de conſolatione Philoſophiae editionem ex vetuſtiſſimo & accuratiſſimo codice manuſcripto edere conſtituit M. MICKELIVS Conrector ſcholae Arnſtadienſis. *cl*)

Emendationes textus ex manuſcriptis dat Caſpar BARTHIVS. *cm*)

Ex coniecturis. Idem. *cn*)

Dabo carmina Boethii ſingula ex tribus manu-

ce] v. HENDREICH l. c. *cf*] v. HENDREICH l. c. *cg*] v. FABRICIVS l. c. *ch*] Bibl. Lat. ed. cit. Suppl. p. 272. *ci*] v. HENDREICH l. c. *ck*] v. HENDREICH l. c. *cl*) v. *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen* anni 1715. ed. Lipſiae o. p. 366. *cm*] Adverſar. L. V. c. XVI. L. XXIV, c. XV. *cn*] Adverſ. L. XVII. c. XIII.

Digitized by Google

nuſcriptis Codicibus Academiae Juliae Helmſtadienſis, & exemplaribus quatuor prelo excuſis ſcilicet Noribergenſi 1495. Sitzmanniana 1607. Bernartiana 1607. & Amſtelodamenſi 1631. A. C. DXXIV.

Libri I. Metrum I.

CArmina qui quondam ſtudio florente peregi
Flebilis, heu, maeſtos cogor inire modos.
Ecce mihi lacerae dictant ſcribenda Camenae,
Et veris elegi co) *fletibus ora rigant.*
Has ſaltem nullus cp) *potuit* cq) *pervince-*
re terror,
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.
Gloria felicis olim viridisque iuventae
Solantur cr) *maeſti nunc mea fata ſenis.*
Venit enim properata malis inopina ſenectus,
Et dolor aetatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtivi funduntur cs) *vertice cani,*
Et tremit effoeto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix, quae ſe nec ct) *dulcibus*
annis
Inſerit, & maeſtis ſaepe vocata venit.
Eheu cu) *quam ſurda miſeros avertitur aure,*
Et flentes oculos claudere ſneva negat.

co) MS. l. *eleys.* forte *elegis.* cp) male Amſtelod. edit. *nullius.* cq) MS. II. *potuit nullus.* cr) ita MSS. mei & Sitzmanni cum editionibus Florentina apud Sitzmannum & Norimbergenſis. *Solatur* editiones Sitzmanni, Bernartii & Amſtelod. cs) MS. l. *fundantur.* ct) MS. l. *nec ſe.* cu) MS. l. & II. *O heu* N. *Heu heu.*

Digitized by Google

A. C. DXXIV.

Dum cw) *levibus malesida bonis fortuna favet,*
Paene caput tristis merserat hora meum.
Nunc quia fallacem mutavit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras.
Quid me felicem toties iactastis amici?
Qui cecidit, stabili non erat cx) *ille gradu.*

L. I. Metr. II.

Heu quam praecipiti mersa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta
Tendit in cy) *extremas* cz) *ire tenebras,*
Terrenis quoties flatibus acta
Crescit da) *in immensum noxia cura.*
Hic quondam coelo liber aperto
Svetus in aethereos ire meatus
Cernebat rosei lumina solis,
Visebat gelidae sidera lunae,
Et quaecunque vagos stella recursus
Exercet, varios flexa per orbes, db)
Comprensam dc) *numeris* dd) *victor habebat.*
Quin etiam causas, unde sonora
Flamina sollicitent aequora ponti;
Quis de) *volvat stabilem spiritus orbem;*
Vel cur Hesperias sidus in undas
Casurum rutilo surgat ab ortu;
Quis df) *veris placidas temperet horas,*

Ut

---

cw) MS. l. *cum* *cx*) MS. l. *fuit.* *cy*) MS. l. *ad.* *cz*) Ita MS. ll. & lll. reliqui *externas.* *da*) B. *Tendit.* *db*) male N. *urbes.* *dc*) ita MS. ll. & lll. N. S. B. & A. minus recte: *comprehensam.* *dd*) MS. lll. *in numeris.* *de*) male V. apud B. *Quid.* *df*) MSS. *quid.*

Ut terram dg) *roseis floribus ornet;* A. C.
Quis dedit, ut pleno fertilis anno DXXIV.
Autumnus gravidis instuat uvis: 20.
Rimari solitus, atque latentis
Naturae varias reddere causas:
Nunc iacet effeto lumine mentis,
Et pressus gravibus colla catenis, 25.
Declivemque dh) *gerens pondere vultum*
Cogitur heu stolidam cernere terram.

L. I. Metr. III.

Tunc mè discussa liquerunt nocte tenebrae,
Luminibusque prior rediit vigor:
Ut, cumpraecipiti glomerantur Sidera coro,
Nimbosisque polus stetit imbribus;
Sol latet, ac nondum coelo venientibus astris 5.
Desuper in terram nox funditur.
Hanc si Thraicio di) *boreas emissus ab antro*
Verberet, & clausum referet diem,
Emicat, & subito vibratus lumine Phoebus
Mirantes oculos radiis ferit. 10.

Lib. I. Metr. IV.

Quisquis composito serenus aevo
Fatum sub pedibus dedit dk) *superbum,*
Fortunamque tuens utramque, rectus
Invictum posuit tenere vultum:
Non illum rabies, minaeque, ponti 5.
Versum funditus excitantis dl) *aestum;*

Nec

dg) N. S. B. A. *terras.* dh) N. *declivumque.* di) MS. I. & II. *Trubicio* MS. III. *Traicio.* Ira & N. Sed S. & B. *Treicio.* dk) N. minus recte *egit.* dl) N. male *agitantis.*

Digitized by Google

A. C. *Nec ruptis quoties vagus camiris*
DXXIV. *Torquet fumificos Veſevus ignes;*
Aut dm) *celſas ſoliti ferire turres*
Ardentis via fulminis movebit.
Quid tantum miſeri feros dn) *tyrannos*
Mirantur ſine viribus furentes?
Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas:
Exarmaveris impotentis iram.
At quisquis trepidus pavet, vel optat,
Quod non ſit ſtabilis, ſuique iuris:
Abiecit clypeum, locoque motas
Nectit, qua valeat trahi, catenam.

L. I. Metr. V.

O ſtelli feri conditor orbis,
Qui prepetuo *nixus* do) *ſolio*
Rapido coelum turbine verſas,
Legemque pati ſidera cogis,
Ut nunc pleno lurida cornu
Totis fratris & dp) *obvia flammis*
Condat ſtellas luna minores,
Nunc obſcuro dq) *pallida cornu*
Phoebo propior lumina perdat:
Et qui primo dr) *tempore noctis*
Agit algentes Heſperus ortus,
Solitas iterum mutat habenas
Phoebi pallens Lucifer ortu.
Tu frondiſluae frigore brumae

Strin-

dm) MS. II. & N. *Haut.* MS. III. *ac.* *dn*) N. minus recte *ſaevos.* *do*) N. *nexus* cum MS. II. *dp*) *&* deeſt in MSS. N. & A. *dq*) N. male *obſcura.* *dr*) MS. III. & excuſi *primae.*

Digitized by Google

Stringis lucem breviore mora: A. C.
Tu, cum fervida ds) *venerit aeſtas,* DXXIV.
Agiles noctis dividis horas: 15.
Tua vis varium temperat annum,
Ut, quas boreae ſpiritus aufert,
Revehat mitis Zephyrus, frondes: 20.
Quaeque Arcturus ſemina vidit,
Sirius altas urat ſegetes.
Nihil antiqua lege ſolutum
Linquit propriae ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernans dt) 25.
Hominum ſolos reſpuis actus
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica verſat
Fortuna vices? Premit inſontes
Debita ſceleri noxia poena: 30.
At perverſi reſident celſo
Mores ſolio, ſanctaque calcant
Iniuſta vice colla nocentes.
Latet obſcuris condita virtus
Clara tenebris, inſtusque tulit 35.
Crimen iniqui.
Nil periuria, nil nocet ipſis
Fraus, mendacii du) *comta colore;*
Sed cum libuit viribus uti
Quos innumeri metuunt populi 40.
Summos gaudent ſubdere reges.
O jam miſeras reſpice terras,
Quisquis rerum foedera nectis.

Ope-

---

zs) A. male *fervidens.* dt) MS. Ll. & N. *gubernas.* du) MS. l. *mendaci.*

A. C. DXXIV. *Operis tanti pars non vilis*
Homines quatimur fortunae ſalo.
Rapidos, rector, comprime fluctus,
Et, quo coelum regis immenſum,
Firma ſtabiles foedere terras.

Lib. I. Metr. VI.

Cum Phoebi radiis grave
Cancri ſidus inaeſtuat:
Tum, dw) *qui larga negantibus*
Sulcis ſemina credidit,
Elaſus dx) *Cereris fide*
Quernas pergit dy) *arbores.*
Nunquam purpureum nemus
Lecturus violas petas,
Cum ſaevis aquilonibus
Stridens campus inhorruit;
Nec quaeras avida mana
Vernos ſtringere palmites,
Uvis ſi libeat frui:
Autumno potius ſua
Bacchus munera contulit.
Signat tempora propriis
Aptans officiis deus;
Nec, quas ipſe coercuit,
Miſceri patitur vices.
Sic quod praecipiti via
Certum deſerit ordinem,
Laetos non habet exitus.

Libr

---

dw) MS. l. *Tunc.* dx) MS. l. *Illuſus.* dy) ita A. reliqui omnes *pergat.* minus recte.

Lib. I. Metr. VII.

A. C. DXXIV.

Nubibus atris
Condita nullum
Fundere poſſunt
Sidera lumen.
Si mare volvens
Turbidus auſter
Miſceat aeſtum,
Vitrea dudum
Parque ſerenis
Unda diebus
Mox reſoluto
Sordida coeno
Viſibus obſtat.
Quique vagatur
Montibus altis
Deſluus amnis,
Saepe reſiſtit
Rupe ſoluti
Obice dz) *ſaxi.*
Tu quoque, ſi vis
Lumine claro
Cernere verum;
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle;
Pelle timorem;
Spemque fugato;
Nec dolor adſit:
Nubila mens eſt,
Vinctaque frenis,
Haec ubi regnant.

Libri II. Metrum I.

Haec cum ſuperba verterit vices dextra
Exaeſtuantis ea) *more fertur Euripi.*
Dudum tremendos ſaeva proterit eb) *reges,*
Humilemque victi ſublevat fallax vultum.
Non illa miſeros audit, aut ec) *curat fletus,*
Utroque gemitus, dura quos fecit, videt:
Sic illa ludit, ſic ſuas probat vires,

Ma-

---

dz) S. B. & A. *Obiice* minus recte. ea) Ita cum meis MSS. MS. Erfurt. & editio Baſileenſ. N. vero S. B. & A. habent. *Et aeſtuantis.* eb] MS. II. *protrahit.* ec] MS. II. *nec* editi: *haud.* MS. tamen apud Bernartium etiam legit: *aut.*

Digitized by Google

A. C. DXXIV.

Magnumque ſuis monſtrat oſtentum, ſi quis ed)
Viſatur una ſtratus ac felix hora.

Lib. II. Metr. II.

Si quantas rapidis flatibus incitus
Pontus verſat arenas;
Aut ee) *quot ſtelliferis edita noctibus*
Coelo ſidera fulgent:
Tantas fundat opes, nec retrahat manum
Pleno copia cornu,
Humanum miſerus haud ideo genus
Ceſſat ef) *flere querelas.*
Quamvis vota libens excipiat eg) *deus*
Multi prodigus auri;
Et claris avidos ornet honoribus,
Nil jam parta videntur:
Sed quaeſita vorans ſaeva rapacitas
Alios eh) *pandit hiatus.*
Quae jam praecipitem frena cupidinem
Certo ſine retentent,
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis arideſcit habendi?
Nunquam dives agit, ei) *quin* ek) *trepidus gemens*
Seſe credidit egentem.

Lib. II. Metr. III.

Cum polo Phoebus roſeis quadrigis
Lucem el) *ſpargere coeperit,*

Pal.

---

ed] *ſi quis* male ad verſ. ſequentem refertur in N. *ee*] MS. II. *Ac.* *ef*] S. B. A. *ceſſet.* *eg*] MS. III. *accipiat.* *eh*] S. B. & A. *altus.* *ei*] MS. II. *ait.* *ek*] ita MS. II. & reliqui *qui.* *el*] MS. II. *Lumen.*

Digitized by Google

Pallet albentes hebetata vultus A. C.
Flammis ſtella prementibus; DXXIV.
Cum nemus flatu Zephyri tepentis 5.
Vernis irrubuit roſis;
Spiret inſanum nebuloſus auſter;
Jam ſpinis abeat decus.
Saepe tranquillo radiat ſereno
Immotis mare fluctibus;
Saepe ferventes aquilo procellas 10.
Verſo concitat aequore.
Rara ſi conſtat ſua forma en) *mundo,*
Si tantas variat vices:
Crede fortunis hominum caducis;
Donis en) *crede fugacibus.* 15.
Conſtat, æterna poſitumque lege eſt:
Ut conſtet genitum nihil.

Lib. II. Met. IV.

Quisquis volet perennam
Cautus ponere ſedem,
Stabilisque; nec ſonori
Sterni flatibus euri;
Et fluctibus minantem
Curat ſpernere pontum: 5.
Montis cacumen alti;
Bibulas vites arenas:
Illud protervus auſter
Totis viribus urget;
Hae pendulum ſolutae 10.
Pondus ferre recuſant.

em] male A. *forma ſua.* *en*] Ita MS. 1. reliqui omnes minus recte *Bonis.*

A. C. *Fugiens periculoſam*
DXXIV. *Sortem ſedis amœnae:*
Humili domum memento
Certus eo) *figere ſaxo;*
Quamvis tonet ep) *ruinis*
Miſcens aequora ventus,
Tu conditus quiete, eq)
Felix robore valli
Duces ſerenus aevum
Ridens aetheris iras.

Lib. II. Metr. V.

Felix nimium er) *prior aetas,*
Contenta fidelibus arvis,
Nec incerti perdita luxu,
Facili quae ſera ſolebat
Jeiunia ſolvere glande.
Nec es) *Bacchica munera norat*
Liquido confundere melle;
Nec lucida vellera ſerum
Tyrio miſcere veneno.
Somnos dabat herba ſalubres;
Potum quoque lubricus amnis;
Umbras altiſſima pinus.
Nondum maris alta ſecabat,
Nec mercibus undique lectis
Nova litora viderat hoſpes.
Tunc claſſica ſaeva tacebant,
Odiis neque fuſus acerbis

Cruor

---

eo] MS. III. *Cautus.* *ep*] MS. III. *tonat.* *eq*] ita MS. II. reliqui *quieti.* *er*] MS. II. *hominum.* *es*] MS. III. *Non.*

Digitized by Google

Cruor horridu tinxerat arma. et)
Quid enim furor hoſticus eu) *ulla*
Vellet prior arma movere,
Cum vulnera ſaeva videret,
Nec praemia ſanguinis illa?
Utinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos.
Sed ſaevior ignibus Aetnae
Fervens amor ardet habendi.
Heu primus quis ew) *fuit ille,*
Auri qui pondera tecti,
Gemmasque latere volentes,
Precioſa pericula, fodit.

A. C. DXXIV.

Lib. II. Metr. VI.

Novimus quantas dederit ruinas
Urbe flammata, patribusque caeſis
Fratre qui quondam ferus interemto,
Matris effuſo maduit cruore,
Corpus & viſu gelidum pererrans
Ora non tinxit lacrymis, ſed eſſe
Cenſor exſtincti potuit decoris:
Hic tamen ſceptro populos regebat,
Quos videt condens radios ſub undas ex)
Phoebus extremo veniens ab ortu;
Quos premunt ſeptem gelidi triones;
Quos nothus ſicco violentus aeſtu
Torret ardentes recoquens arenas.
Celſa num ey) *tandem valuit poteſtas*

et] MSS. mei & Sitzmanni: *arva.* eu] S. B. A. *hoſtilibus.* ew] editi quatuor: *quis primus.* ex] MS. ll. *medis.* ey) N. male: *non.*

A. C. DXXIV. *Vertere pravi* ez) *rabiem Neronis?*
Heu gravem sortem! quoties iniquus
15. *Additur saevo gladius veneno.*

Lib. II. Metr. VII.

Quicunque solam fa) *mente praecipiti petit,*
Summumque credit, gloriam:
Late patentis fb) *aetheris cernat plagas,*
Arctumque terrarum situm:
5. *Brevem replere non valentis ambitum*
Pudebit aucti nominis.
Quid o superbi colla mortali iugo
Frustra levare gestiunt?
Licet remotos fama per populos means
10. *Diffusa linguas explicet,*
Et magna titulis fulgeat claris domus:
Mors spernit altam gloriam,
Involvit humile pariter & celsum caput,
Aequatque summis infima.
15. *Ubi nunc fidelis ossa Fabricii manent?* fc)
Quid Brutus, aut rigidus Cato?
Signat superstes fama tenuis pauculis
Inane nomen litteris.
Sed quid fd) *decora novimus vocabula?*
20. *Num scire consumtos datur?*
Jacetis ergo prorsus ignorabiles,

Nec

---

ez) S. B. A: *insani*, quod forte a doctulo substitutum qui ratione metri ultimam in voce *vertere* syllabam produci posse per sequentis verbi primas literas non animadvertit. *fa*) MS. Rittersh. apud Sitzmannum: *solum*, forte rectius. *fb*) N. S. B. A: *patentes*. *fc*) S. B. A. *iacent*. *fd*) MS. III. S. B. A: *quod*.

Digitized by Google

Nec fama notos efficit. A. C.
Quodſi putatis longius vitam trahi DXX.
Mortalis aura nominis,
Cum ſera vobis rapiet hoc etiam dies, 25.
Jam vos ſecunda mors manet.

Lib. II. Metr. VIII.

Quod mundus ſtabili fide
Concordes variat vices;
Quod pugnantia ſemina
Foedus perpetuum tenent;
Quod Phoebus roſeum diem 5.
Curru provehit aureo,
Ut, quas duxerit fe) *heſperus,*
Phoebe noctibus imperet;
Ut fluctus avidum mare
Certo fine coerceat, 10.
Nec terris liceat vagis
Latos tendere ff) *terminos.*
Hanc rerum ſeriem ligat
Terras ac pelagus regens,
Et coelo imperitans amor. 15.
Hic ſi frena remiſerit,
Quicquid nunc amat invicem
Bellum continuo geret: fg)
Et quam nunc ſocia fide
Pulcris motibus incitant, 20.
Certant fh) *ſolvere machinam.*
Hic ſancto fi) *populos quoque*

fe) MS. III. *duxerat.* ff) S. B. A. *tundere.* fg) N. *gerit.* fh) MS II. III. S. B. A. *Certent.* fi) MS. I, & N. *ſanctos.*

Digitized by Google

A. C. *Junctos foedere continet.*
DXXIV. *Hic & coniugii ſacrum*
Caſtus nectit amoribus.
Hic fidis etiam ſua
Dictat jura ſodalibus.
O felix hominum genus!
Si veſtros animos amor,
Quo coelum regitur, regat.

Lib. III. Metrum. I.

Qui ſerere ingenuum volet agrum,
Liberat fk) *arva prius fruticibus,*
Falce rubos, filicemque, reſecat, fl)
Ut nova fruge gravis Ceres eat.
Dulcior eſt apium mage labor.
Si malus ora prius ſapor edat.
Gratius aſtra nitent, ubi nothus
Deſinit imbriferos dare ſonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit fm)
Pulchra dies roſeos agit equos.
Tu quoque falſa tuens bona, prius
Incipe colla iugo retrahere: fn)
Vera debinc animum ſubierint.

Lib. III. Metrum. II.

Quantas rerum flectat habenas
Natura potens, quibus immenſum
Legibus orbem provida ſervet, fo)
Stringatque ligans irreſoluto
Singula nexu: placet arguto

Fidi-

---

fk) MSS. *Liberet.* fl) MS. I & II. *reſecet.* fm) MS. III. *depulerit.* fn) MS. III. *detrahere.* fo) MS. III. *ſervat.*

Digitized by Google

Fidibus lentis promere cantu. A. C.
Quamvis Poeni pulchra leones DXXIX.
Vincula geſtent, manibusque datas
Capient eſcas, metuantque trucem
Soliti verbera ferre magiſtrum:
Si cruor horrida tinxerit ora,
Reſides olim redeunt animi,
Fremituque gravi meminere ſui.
Laxant nodis colla ſolutis,
Primusque lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.
Quae canit altis garrula ramis
Ales caveae clauditur antro:
Huic licet illita pocula melle
Largasque dapes dulci ſtudio
Ludens hominum cura miniſtret;
Si tamen arcto ſaliens tecto
Nemorum gratas viderit umbras,
Sparſas pedibus proterit eſcas;
Silvas tantum moeſta requirit;
Silvas dulci voce ſuſurrat.
Validis quondam viribus acta
Pronum flectit virga cacumen:
Hanc ſi curvans dextra remiſit
Recto fp) *ſpectat vertice coelum.*
Cadit Heſperias Phoebus in undas,
Sed ſecreto tramite rurſus
Currum ſolitos vertit ad ortus.
Repetunt proprios quaeque recurſus,

fp) N. *retro.*

A. C. DXXIV. *Redituque ſuo ſingula gaudent,*
Nec manet ulli traditus ordo,
Niſi quod ſini iunxerit ortum,
Stabilemque ſui fecerit orbem.

Lib. III. Metr. III.

Quamvis fluente dives auri gurgite
Non expleturas cogat avarus opes,
Oneretque fq) *baccis colla rubri littoris,*
Ruraque centeno ſcindat opima bove.
Nec cura mordax deſerit ſuperſtitem,
Defunctumque leves non comitantur opes.

Lib. III. Metr. IV.

Quamvis ſe Tyrio ſuperbus oſtro
Comeret, & fr) *niveis lapillis:*
Inviſus tamen omnibus vigebat
Luxuriae Nero ſaevientis.
Sed quondam dubat improbus verendis
Patribus indecores curules.
Quis illos igitur putet beatos
Quos miſeri tribuunt honores?

Libri IIII. Metr. V.

Qui ſe volet eſſe potentem
Animos domet ille feroces.
Nec victa libidine colla
Foedis ſubmittat habenis:
Etenim licet Indica longe
Tellus tua iura tremiſcat, fs)
Et ſerviat ultima Thyle; ft)

Ta-

---

fq) S. B. *Ornetque.* fr) *&* deeſt in MS. I. fs) MS. apud S. *timeſcat.* ft) N. *Tyle.* S. B. A. *Thule.*

Tamen atras pellere curas, A. C.
Miserasque fugare querelas DXXIV.
Non posse, potentia non est. 10.

Lib. III. Metr. VI.

Omne hominum fu) *genus in terris*
Simili surgit fw) *ab ortu:*
Unus enim rerum pater est.
Unus qui fx) *cuncta ministrat.*
Ille dedit Phoebo radios, 5.
Dedit & cornua lunae.
Ille homines etiam terris,
Dedit & sidera coelo.
Hic clausit membris animos
Celsa sede petitos. 10.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus & proavos strepitis?
Si primordia vestra,
Auctoremque deum spectes. 15.
Nullus degener exstat,
Ni vitiis pejora fovens
Proprium deserat ortum.

Lib. III. Metr. VII.

Habet omnis hoc voluptas:
Stimulis agit fruentes,
Apiumque par volantum,
Ubi grata mella fudit,
Fugit & nimis tenaci 5.
Ferit icta corda morsu.

fu) N. S. B. *humanum.* fw) MS. III. *processit.* fx) *qui* deest in MS. III. & editt. S. B. A.

Digitized by Google

Lib. III. Metr. VIII.

A. C. DXXIV: *Eheu! quam fy) miseros tramite devio*
Abducit ignorantia.
Non aurum in viridi quaeritis arbore,
Nec vite gemmas carpitis.
Non altis fz) aqueos montibus abditis,
Ut pisce ditetis dapes.
Nec vobis capreas si libeat sequi
Tyrrhena captatis vada.
Ipsos quin etiam fluctibus abditos
Norunt recessus aequoris.
Quae gemmis niveis unda feracior,
Vel quae rubentis purpurae,
Nec non quae tenero pisce, vel asperis
Praestent echinis littora.
Sed quonam lateat, quod cupiunt, bonum,
Nescire coeci sustiment.
Et quod stelliferum transabiit polum
Tellure dimerso petunt.
Quid dignum stolidis mentibus imprecer?
Opes, honores, ambiant.
Et cum falsa gravi mole paraverint
Tum vera cognoscant bona.

Lib. III. Metr. IX.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum coelique sator, qui tempus ab aevo
Ire jubes, stabilisq; manens das cuncta moveri;
Quem non externae pepulerunt fingere causae
Materiae fluitantis opus, verum insita summi
Forma

fy) MS. I. & Sitzmanni *quae*. fz) MS. III. *altos*.

Digitized by Google

Forma boni, livore carens: Tu cuncta superno A. C.
Ducis ab exemplo pulchrum pulcerrimus ipse. DXXIV.
Mundum mente gerens, similique in imagine formans,
Perfectasq; jubens perfectum absolvere partes:
Tu numeris elementa ligas, ut ga) *frigora flammis,* 10.
Arida conveniant liquidis, ne purior ignis
Evolet, aut mersas deducant pondera terras.
Tu triplicis mediam naturae cuncta moventem
Connectens animam per consona membra resolvis,
Quae cum secta duos motum glomeravit in orbes, 15.
In semet reditura meat, mentemq; profundam
Circuit, & simili convertit imagine coelum.
Tu causis paribus animas, vitasque minores
Provehis, & levibus sublimes curribus aptans gb)
In cœlum terramque seris, quas lege benigna 20.
Ad te conversas reduci facis igne reverti.
Da pater augustam menti conscendere sedem.
Da fontem lustrare boni. Da luce reperta
In te conspicuos animi defigere visus.
Dissice terrenae nebulas, & pondera, molis, 25.
Atque tuo splendore mica. Tu namque serenum.
Tu requies tranquilla piis. Te cernere finis,
Principium, vector, gc) *dux, semita, terminus, idem.*

Libr. III. Metr. X.

Huc omnes pariter venite capti,

Quos

---

ga) MS. III. *ne.* gb) MSS. *optus.* gc) MS. III. *rector.*

A. C. *Quos ligat fallax* gd) *improbis catenis*
DXXIV. *Terrenas hebetans* ge) *libido mentes.*
Hic gf) *erit vobis requies laborum.*
Hic portus placida manens quiete.
Hoc patens unum miseris asylum.
Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilante ripa,
Aut Indus calido propinquus orbi,
Candidis miscens gh) *virides lapillos:*
Illustrant aciem, magisque cœcos
In suas condunt animos tenebras.
Hoc quicquid placet excitatque mentes
Infimis tellus aluit cavernis.
Splendor, quo regitur vigetque cœlum
Vitat obscuras animae ruinas.
Hanc quisquis poterit notare lucem
Candidos Phoebi radios negabit. gi)

Lib. III. Metr. XI.

Quisquis profunda mente vestigat verum,
Cupitque nullis ille deviis falli:
In se revolvat intimi lucem visus,
Longosque in orbem cogat inflectens motus,
Animumque doceat, quicquid extra meditur
Suis retrusum gk) *possidere thesauris.*
Dudum quod atra texit erroris nubes
Lucebit ipso perspicacius Phoebo
Non omne namque mente depulit lumen,
Obli-

---

gd) ita MS. III. reliqui *fallax ligat.* ge) MS. I. & II. N. & A. *habitans.* gf) MS. II. *Haec.* gh) S. B. & A. *miscens* recte: *miscent.* gi) MS. III. *negaret.* gk) MS. I. *reclusum.*

Digitized by Google

Oblivioſam corpus invehens molem. A. C.
Haeret profecto ſemen introrſum veri, DXXIV.
Quod excitatur ventilante doctrina. 10.
Nam cur rogati ſponte recta cenſetis,
Ni merſus alto viveret fomes corde?
Quid ſi Platonis muſa perſonat verum: 15.
Quod quisque diſcit immemor recordatur.

Lib. III. Metr. XII.

Felix qui potuit boni
Fontem viſere lucidum.
Felix qui potuit gravis
Terrae ſolvere vincula.
Quondam funera coniugis 5.
Vates Trabicius gl) *gemens,*
Poſtquam flebilibus modis
Silvas currere, mobiles
Amnes ſtare coëgerat,
Junxitque intrepidum latus 10.
Saevis cerva leonibus,
Nec viſum timuit lepus
Jam tantu placidum canem,
Cum flagrantior intima
Fervor pectoris ureret, 15.
Nec, qui cuncta ſubegerant,
Mulcerent dominum modi.
Immites ſuperos querens
Infernas adiit domos.
Illic blanda ſonantibus 20.
Chordis carmina temperans

Quic-

gl) MS. III. *Traicius* N: *Thrajicius.* S. B. A. *Treicius.*

Digitized by Google

A. C. *Quicquid praeceptis deae*
DXXIV. *Matris fontibus hauserat,*
Quod luctus dabat impotens
Quod luctum geminans amor
Deflet, Taenara gm) *commouens,*
Et dulci veniam prece
Umbrarum dominos rogat.
Stupet tergeminus novo
Captus carmine ianitor,
Quae fontes agitant metu
Ultrices scelerum deae
Jam moestae lacrimis madent.
Non Ixionium caput
Velox praecipitat rota,
Et longa sitc perditus
Spernit flumina Tantalus.
Vultur dum fatur est modis
Non traxit Tityi iecur.
Tandem: Vincimur, arbiter
Umbrarum miserans ait,
Donamus gn) *comitem viro*
Emtam carmine coniugem:
Sed lex dona coerceat
Ne, dum tartara liquerit,
Fas sit lumina flectere.
Quis legem dat go) *amantibus?*
Maior lex amor est sibi.
Heu noctis prope terminos!

Orpheus

gm) MS. H. & N: *Trenera.* gn) S. B. A. *Donemus,* go) S. B. A. *det.*

Digitized by Google

Orpheus Eurydicem ſuam A. C.
Vidit, perdidit, occidit. DXXIV.
Vos haec fabula reſpicit, 50.
Quicunque in ſuperum diem
Mentem ducere quaeritis.
Nam qui tartareum in ſpecus 55.
Victus lumina flexerit,
Quicquid praecipuum trahit
Perdit dum videt inferos.

Libri IV. Metrum I.

Sum etenim gp) *pennae volucres mihi,*
Quae celſa conſcendant gq) *poli,*
Quas ſibi cum velox mens induit
Terras perosa deſpicit,
Aeris immenſi ſuperat globum 5.
Nubesque poſt tergum videt:
Quique gr) *agili motu calet aetheris,*
Transcendit ignis verticem,
Donec in aſtriferas ſurgat domos,
Phoeboque coniungat vias. 10.
Aut comitetur iter gelidi ſenis
Miles coruſci ſideris;
Vel quocunque micans nox pingitur
Recurrat aſtri circulum;
Atque ubi iam exhauſti gs) *fuerit ſatis* 15.
Polum relinquat extimum;
Dorſaque velocis premat aetheris
Compos verendi luminis.

Hic

gp) S. B. A. *enim.* gq) MS. II. *conſcendunt.* gr) A. *quisque* forte rectius. gs) MS. II. & N. *exhauſtum.*

A. C. DXXIV. 20.

Hic regum dominus ſceptrum gt) *tenet,*
Orbisque habenas temperat;
Et volucrem currum ſtabilis regit
Rerum coruſcus arbiter.
Huc te ſi reducem referat via,
Quam nunc requiris immemor,
Haec dices, memini, eſt mihi patria. gu)
Hinc ortus. Hic ſiſtam gradum.
Quodſi terrarum placeat tibi
Noctem relictam viſere,
Quos miſeri torvos populi timent
Cernes tyrannos exſules.

Lib. IV. Metr. II.

Quos gw) *vides ſedere celſo*
Solii culmine reges,
Purpura claros nitente,
Septos triſtibus armis,
Ore torvo comminantes,
Rabie cordis anhelos:
Detrahit gx) *ſi quis ſuperbis*
Vani tegmina cultus:
Jam videbit intus arctas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido verſat
Avidis gy) *corda venenis;*
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida rollens;

Mœ-

gt) MS. ita reliqui: *ſceptrum dominus.* gu) *patria eſt mihi* praeter MS. I. omnes ſcripti & editi. gw) A. *Quod.* gx) MS. II. & III. S. & B. *detrahat.* gy) N. & B. minus recte *avidus.*

Digitized by Google

Mœror aut captos fatigat; A. C.
Aut ſpes lubrica torquet. DXXIV.
Ergo cum caput tot unum
Cernas ferre tyrannos:
Non facit quod optat ipſe
Dominis gz) *preſſus iniquis.*

Lib. VI. Metr. III

Vela Neritii ha) *ducis,*
Et vagas pelago rates,
Eurus appulit inſulae,
Pulcra qua reſidens dea
Solis edita ſemine
Miſcet hoſpitibus novis
Tacta carmine pocula.
Quos ut in varios modos
Vertit herbipotens manus:
Hunc apri facies tegit;
Ille Marmaricus leo
Dente creſcit & unguibus;
Hic lupis naper hb) *additus*
Flere dum parat ululat;
Ille tigris ut Indica
Tecta mitis obambulat.
Sed licet variis malis
Numen Arcadis alitis
Obſitum miſerans ducem
Peſte ſolverit hoſpitis:
Jam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant.

gz) S. & A. minus recte: *dominus.* ha) MS. II. III. & N. *Naritii.* hb) S. B. & A. *ſuper.*

Digitized by Google

A. C. *Jam ſues Cerealia*
DXXIV. *Glande pabula verterant.*
Et nihil manet integrum
Voce, corpore, peractis.
Sola mens ſtabilis ſuper
Monſtra, quae patitur, gemit.
O levem nimium manum,
Nec potentia gramina,
Membra quae valeant licet,
Corda vertere non valent.
Intus eſt hominum vigor
Arce conditus abdita.
Haec venena potentius
Detrahunt hominem ſibi
Dira, quae penitus meant,
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere ſaeviunt.

Lib. IV. Metr. IV.

Quid tantos iuvat excitare motus,
Et propria fatum ſollicitare manu?
Si mortem petitis: propinquat ipſa
Sponte ſua, volucres nec remoratur equos.
Quos ſerpens, leo, tigris, urſus, aper,
Dente petunt, iidem ſe tamen enſe petunt.
An diſtant, quia diſſidentque mores?
Iniuſtas acies & fera bella movent;
Alternisque volunt perire telis.
Non eſt iuſta ſatis ſaevitiae ratio.
Vis aptam meritis vicem referre:
Dilige iure bonos, & miſèreſce hc) malis.

Libr.

hc) MS. II. & III. *miſereare.*

Digitized by Google

Libr. IV. Metr. V.

A. C.
DXXIV.

Si quis Arcturi sidera nescit
Propinqua summo cardine labi,
Cur legat tardus claustra Bootes,
Mergatque seras aequore flammas,
Cum nimis celeres explicet ortus:
Legem stupebit aetheris alti.
Palleant plenae cornua lunae
Infecta metis noctis opacae
Quaeque fulgenti texerat ore
Confusa Phoebe detegat astra.
Commovet gentes publicus error,
Lassantque crebris pulsibus aera.
Nemo miratur flamina Cori
Littus frementi tundere fluctu,
Nec nivis duram frigora molem
Ferventi Phœbi solvier aestu.
Hic enim causas cernere promtum est:
Illic latentes pectora turbant
Cuncta, quae rara provehit aetas,
Stupetque subitis mobile vulgus.
Cedat inscitiae nubilus hd) *error*
Cessent profecto mira videri.

Libr. IV. Metr. VI.

Si vis celsi iura tonantis
Pura sollers cernere mente:
Adspice summi culmina cœli.
Illic iusto fœdere rerum
Veterem servant sidera pacem.
Non sol rutilo concitus igne

hd) MS. I. & B. minus recte: *nubibus.*

A. C. *Gelidum Phœbes impedit axem.*
DXXIV. *Nec quae ſummo vertice mundi* he)
Flectit rapidos urſa meatus,
Nunquam occiduo lota profundo
Cetera cernens ſidera mergi,
Cupit oceano tingere flammas.
Semper vicibus temporis aequis
Veſper ſeras nuntiat umbras,
Revehitque diem Lucifer almum.
Sic aeternos reficit curſus
Alternus amor. Sic aſtrigeris hf)
Bellum diſcors exſulat oris.
Haec concordia temperat aequis
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis,
Jungantque fidem frigora flammis,
Pendulus ignis ſurgat in altum,
Terraeque graves pondere ſidant.
Hiſdem cauſis vere tepenti
Spirat florifer annus odores;
Aeſtas Cererem fervida ſiccat;
Remeat pomis gravis autumnus;
Hiemem defluus irrigat imber.
Haec temperies alit, ac profert
Quicquid vitam ſpirat in orbe;
Eadem rapiens condit & aufert
Obitu mergens orta ſupremo.
Sedet interea conditor altus,
Rerumque regens flectit habenas
Rex & dominus, fons & origo,

Lex

be) MS. ll. cæli. hf) MS. ll. aſtriferis

Lex & ſapiens arbiter aequi, A. C.
Et quae motu concitat ire DXXIV.
Siſtit retrahens, ac vaga firmat.
Nam niſi rectos revocans itus
Flexos iterum cogat in orbes,
Quae nunc ſtabilis continet ordo
Diſſepta ſuo fonte fatiſcant.
Hic eſt cunctis communis amor, hg)
Repetuntque boni fine teneri.
Quia non aliter durare queunt, hh)
Niſi converſo rurſus amore
Reſluant cauſae, quae dedit eſſe.

Lib. IV. Metr. VII.

Bella bis quinis operatus annis
Ultor Atrides Phrygiae ruinis
Fratris amiſſos thalamos piavit.
Ille dum Graiae dare vela claſſi
Optat, & ventos redimit cruore,
Exuit patrem, miſerumque triſtis
Fœderat natae iugulum ſacerdos;
Flevit amiſſos Ithacus ſodales,
Quos ferus, vaſto recubans in antro,
Merſit immani Polyphemus alvo.
Sed tamen cæco furibundus ore
Gaudium mœſtis lacrymis rependit.
Herculem duri celebrant labores:
Ille Centauros domuit ſuperbos;
Abſtulit ſaevo ſpolium leoni;
Fixit & certis volucres ſagittis;
Poma cernenti rapuit draconi;

hg) MS. I. ardor. hh) N. S. B. A. queant.

A. C. DXXIV.

Aureo laeva hi) *gravior metallo*
Cerberum traxit triplici catena;
Victor immitem posuisse fertur
Pabulum saevis dominum quadrigis;
Hydra combusto periit veneno;
Fronte turpatus hk) *Achelous amnis*
Ora demersit hl) *pudibunda ripis;*
Stravit Antheum Libycis arenis;
Cacus Evandri satiavit iras,
Quosque pressurus foret altus orbis
Setiger spumis humeros notavit.
Ultimus cœlum labor irreflexo
Sustulit collo, pretiumque rursus
Ultimi cœlum meruit laboris.
Ite nunc fortes, ubi celsa magni
Ducit exempli via. Cur inertes
Terga mudatis? Superata tellus
Sidera donat.

Libri V. Metrum I.

Rupis Acheroeniae scopulis, ubi versa sequentum
Pectoribus figit spicula pugna fugax,
Tigris & Eufrates uno se fonte resolvunt,
Et mox abiunctis dissociantur aquis.
Si coëant, cursumq; iterum revocentur in unum,
Confluat alterni quod trahit unda vadi;
Conveniant puppes, & vulsi flumine trunci,
Mixtaque fortuitos implicet unda modos.
Quos tamen ipsa vagos terrae declivia casus,

Gur-

bi) MS. I. & Sitzmannianum: *laevam.* bk) MS. I. III. Sitzmannianus & B. impressus ita. reliqui N. S. A. & MS. II. *turbatus.* bl) MS. II. & III. *dimersit.*

Digitized by Google

Gurgitis & lapſi defluus ordo regit. A. C.
Sic, quae permiſſis fluitare videtur habenis, DXXIV.
Fors patitur frenos, ipſaque lege meat. 10.

Lib. V. Metr. II.

Puro clarum lumine Phœbum
Melliflui canit oris Homerus:
Qui tamen intima viſcera terrae
Non valet, aut pelagi, radiorum
Infirma perrumpere luce.
Haud ſic magni conditor orbis:
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terrae mole reſiſtunt,
Non nox atris nubibus obſtat.
Quae ſint, quae fuerint, veniantque
Uno mentis cernit in ictu. hm)
Quem, quia reſpicit omnia ſolus,
Verum poſſis dicere ſolem.

Lib. V. Metr. III.

Quaenam diſcors fœdera rerum
Cauſa reſolvit? quis tanta deus
Veris ſtatuit bella duobus?
Ut quae carptim ſingula conſtent
Eadem nolint mixta iugari.
An nulla eſt diſcordia veris,
Semperque ſibi certa cohaerent?
Sed mens, caecis obruta membris,
Nequit oppreſſi luminis igne
Rerum tenues noſcere nexus.

hm) verſus undecimus praecedit decimo in editionibus S. B. & A.

A. C. *Sed cur tanto flagrat amore*
DXXIV. *Veri tectas reperire notas?*
Scitne quid apperit anxia nosse?
Sed quid nota rescire laborat?
Aut, hn) *si nescit, quid coeca petit?*
Quis enim quicquam nescius optet?
Aut quis valeat nescita sequi?
Quove inveniat? quisve repertam
Queat ignarus noscere formam?
An cum mentem cerneret altam,
Pariter summam & singula norat?
Nunc membrorum condita nube
Non in totum est oblita sui,
Summamque tenet singula perdens.
Igitur quisquis vera requirit
Neutro est habitu. Nam neque novit.
Nec penitus tamen omnia nescit.
Sed, quam retinens meminit, summam
Consulit, alte visa retractans
Ut servatis queat oblitas
Addere partes.

Lib. V. Metr. IIII.

Quondam porticus attulit
Obscuros nimium senes,
Qui sensus & imagines
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi:
Ut quondam celeri stylo
Mos est aequore paginae,
Quae nullas habeat notas,

Pres-

hn) MS. I. & III. *Ac.* N. S. B. A. *Et.*

Preſſas figere litteras. A. C.
Sed mens ſi propriis vigens DXXIV.
Nihil motibus explicat,
Sed tantum patiens iacet
Notis ſubdita corporum;
Caſſasque, in ſpeculi vicem,
Rerum reddit imagines.
Unde haec ſic animis viget
Cernens omnia notio?
Quae vis ſingula proſpicit?
Aut quae cognita dividit?
Quae diviſa recolligit?
Alterumque legens iter:
Nunc ſummis caput inſerit;
Nunc decidit ho) in infima;
Tum ſeſe referens ſibi
Veris falſa redarguit.
Haec eſt efficiens magis
Longe cauſa potentior,
Quam quae materiae modo
Impreſſas patitur notas.
Praecedit tamen excitans,
Ac vires animi movens,
Viro in corpore paſſio.
Cum vel lux oculos ferit,
Vel vox auribus inſtrepit:
Tum mentis vigor excitus,
Quas intus ſpecies tenet,
Ad motus ſimiles vocans
Notis applicat exteris,

bo) S. B. A. deſidit.

A. C. *Introrſusque reconditis*
DXXIV. *Formis miſcet imagines.*

Lib. V. Metr. V.

40. *Quam variis terras animalia permeant figuris!*
Namque alia extento ſunt corpore, pulverem-
que verrunt,
Continuumque trahunt vi pectoris incitata
ſulcum.
Sunt, quibus alarum levitas vaga verberet-
que ventos,
Et liquido longi ſpatia aetheris enatet volatu.
Haec preſſiſſe ſolo veſtigia greſſibusque gaudent.
Vel virides campos transmittere, vel ſubire
ſylvas.
Quae variis videas licet omnia diſcrepare formis,
Prona tamen facies hebetes valet ingravare
ſenſus.
Unica gens hominum celſum levat altius ca-
cumen,
Atque levis recto ſtat corpore, deſpicitque terras.
Haec, niſi terrenus male deſipis, admonet figura:
Qui recto coelum vultu petis, exſerisque hp)
frontem,
In ſublime feras animum quoque, ne gra-
vata peſſum
Inferior ſidat mens corpore celſius levato.

Paraphraſis in carmina Boethii exſtat Anonymi cuiusdam manuſcripta, ex qua ſpecimen evulgavit Caſpar BARTHIVS. *bq*)

Com-

bp) MS. III. *erigisque.* *bq*) Adverſ. lib. V, c. XVI. col. 242.

Digitized by Google

Commentatores Boetii occasione editionum maximam partem sunt allati. Addo & haec. Joannes ASSERIVS episcopus Sarisburiensis scripsit commentarium in Boethium de Consolat. Philos. *br*) Commentarios Roberti GROSCHEAD sive Capitonis, & Nic. TRIVETI memorat Lebandus de Script. Britannicis. *bs*) Petri de ALLIACO MSS. commentariorum in hos libros meminit Jo. Launoius Tom. 2. Histor. Academ. Navarr. p. 479. *bt*) Consolationem Boethianam curiose explicare attentavit Thomas AQVINAS, vitio seculi satis incompositis rudibusque commentariis. Quamvis sint nonnulli qui asserere non erubescant, ea falso Thomae adscribi. Quibus opponit auctoritatem Angeli Politiani Theodorus SITZMANNVS. *bu*) Rectius autem THOMAE Anglico tribui hunc commentarium vult Renatus Vallinus in notis pag. 60. *bw*) & Petrus Callyus praefat. ad Boethium. *bx*) Accessit Commentariis Thomae supplementum Ascensii BADII, qui & hunc aliosque optimos auctores quisquiliis merisque affaniis, impudenter dicam A. C. DXXIV.

br) v. Christoph. HENDREICH Pandectae Brandenburg. p. 321. b. *bs*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Latin. ed. Hamb. 1712. Supplem. p. 272. *bt*) v. FABRICII Bibl. Lat. ed. cit. p. 644. 645. *bu*) not. ad Boethium de Cons. Philos. ed. Hanov. 1607. p. 131. *bw*) v. FABRICIVS l. c. p. 645. not. [t] *bx*) v. FABRICIVS l. c. Supplem. p. 272.

Digitized by Google

A. C. DXXIV. dicam an imprudenter, non abſtinuit: judice SITZMANNO. *by*) Nicolaus CRONIVS ſcripſit commentaria in Severinum Boethium de conſolatione philoſophiae, quae exſtant in bibliotheca Septimiana. *bz*) Peculiares notas in Boethium de conſolatione promittit Caſpar BARTHIVS. *ia*)

Poetae inſignis elogio mactatur a Joh. TRITHEMIO. *ib*) Saeculi barbarie eius oratio ſoluta deterior invenitur: atquae libuit ludere in Poeſi, divina ſane ſunt, nihil illis cultius, nihil gravius: neque denſitas ſententiarum Venerem, neque acumen abſtulit candorem: iudicante Jul. Caeſ. SCALIGERO. *ic*)

VII.

HELPIS

Vel ELPIS, vel HELPIDIA. Uxor Boethii quem in exſilium comitata eſt, ut conſtat ex eius epitaphio, quod exſtat Romae in porticu S. Petri, affertque Gyraldus Dial. 5. de Poetis, *a*) & Jo. FABRICIVS *b*) ex praefatione Renati Vallini.

Scripſit I. Hymnum de apoſtolis *Petro & Paulo*, trochaico metro, initio: *Aurea luce*

---

by) l. c. *bz*) v. Carol. de VISCH bibliotheca ſcriptorum ordinis Ciſtercienſis ed. Colon. 1656. p. 250. a. *ia*) Adverſ. Lib. LXVII. cap. XIII. col. 877. *ib*) de Script. Eccl. n. CCI. *ic*) in Hypercritico.

VII. *a*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. Supplem. p. 269. *b*) l. c p. 270.

Digitized by Google

luce & decore roſeo. Qui exſtat in Georgii CASSANDRI Hymnis Eccleſiaſticis. *c*) A. C. DXXIV.

II. *Hymnum*, initio: *Felix per omnes.* *d*)

VIII.

FVLGENTIVS.

FABIVS CLAVDIVS GORDIANVS FVLGENTIVS DXXXIII apellatus ab Aub. MIRAEO. *a*) Afer. *b*) Epiſcopus Ruſpenſis. *c*) Claruit ſub Traſamundo, Rege Wandalorum Anaſtaſio Imp. regnante, teſte ISIDORO. *d*) Sub Anaſtaſio claruiſſe vult HONORIVS. *e*) Romam adiit A. D. Epiſcopus factus Ao. DIV. exſilio reverſus Ao. DXXII. teſte Auberto MIRAEO. *f*) Ao. DXXIX. Kalendis Januariis vivere deſiit, obſervante Auberto MIRAEO, *g*) aut potius DXXXIII. defendente Gvil. CAVEO. *h*)

Poemate Inſectatum eſſe *errores Thraſamundi* regis perhibet Olaus BORRICHIVS. *i*) Sed dubito de rei veritate. Exſtant Fulgentii libri tres ad Thraſimundum in Operi-

---

c) in Caſſandri Operum edit. Pariſ. 1616. p. 264. *d*) v. BABRICH Bib. Lat. ed. cit. p. 647. not. [p]

VIII. *a*) in Auctar. de Script. Eccl. n. CXXXIII. *b*) Vid. ISIDORVS Hiſpalenſ. de Script. Eccleſ. cap. XIV. HONORIVS Auguſtod. de Scriptor. Eccleſ. lib. III. c. 16. *c*) v. ISIDORVS l. c. HONORIVS l. c. SIGEBERTVS Gemblac. de Script. Eccl. cap. XXVIII. *d*) l. c. *e*) l. c. *f*) Scholio ad Sigeb. Gemblac. de Scriptor. Eccleſ. cap. XXVIII, & in Auctario l. c. *g*) Schol. ad Iſidor. l. c. *h*) de Scriptor. Eccleſ. pag. 319. ed. Genev. *i*) in Diſſert. de Poetis pag. 81.

Digitized by Google

A. C. ribus ejusdem, prosa autem, non carini-
DXXXIII. ne scripti.

IX.

FABIVS FVLGENTIVS PLACIADES.

Eum ob nominis affinitatem Ruspensi Episcopo iungo. PLANCIADES nominatur ab Auberto MIRAEO. *a)* Perperam a nonnullis creditur idem cum Fulgentio Ruspensi Episcopo cui errori favet Conradus GESNERVS. *b)* Scripsit ad Catum Presbyterum *Mythologiarum* libros tres, editos & ope MSS. Codicum recensitos ab Hieronymo Commelino A. MDXCIX, cum aliis Mythologicis Latinis. *c)* Carmina aliqua ex Mythologiarum libris coniecturis corrigit BARTHIVS. *d)*

X.

DXL. *TELIESINVS*

Ita nominatur a Johanne BALEO. *a)* Sunt qui THELESINVM vocant. Claruit A. DXL. Memorantur ejus

I.) *Fragmenta Carminum* Libr. I. *b)* vel diversorum carminum liber unus. *c)*

II.) *Carmina plura* Latina scripsisse testatur BALEVS. *d)*

Natus

IX. *a)* In Mantissa ad Auctar. de Script. Eccles. *b)* in Bibliotheca Universali fol. 262, b. *c)* vid. MIRAEVS l. c. *d)* Adversar. libr. LVI, cap XVII.

X. *a)* Script. Britann. Cent. I. n. 54. *b)* vid. BALEVS l. c. *c)* vid. Joh. PITSEVS de illustribus Britann. Scriptor. pag. 95. *d)* loc. cit.

Digitized by Google

Natus Nurſiae, *a*) quae urbs eſt Umbriae, *b*) eodem cum ſorore Scholaſtica partu A. 480. *c*) Poſt vitam eremiticam, quam duxit in loco, cui Sublacus vocabulum eſt, in Monte Caſſino doctrina claruit, & miraculis. *d*) Abbas monaſterii Caſini ſalutatur ab HONORIO Auguſtodunens. *e*) Vixit annos 63. cum habitaſſet Nurſiae annos ſeptem, Romae ſeptem, Sublaci triginta quinque, Caſini quatuordecim. Mortuus anno DXLIII. d. 21. Martii hora tertia matutina. De die & anno obitus S. Benedicti exſtat controverſia, quam affert & diſſolvit Dionyſius Petavius in Rationario temporum part. 2. lib. 4. cap. 14. *f*) Mortuum eſſe A. 539. vult Aub. MIRAEVS. *g*)

A. C. DXLIII.

Hymni aliquot ex Regula eius excerpti cum Scholiis CASSANDRI prodierunt Pariſiis 1616. *b*)

XII.
PRISCIANVS

DL.

Caeſarienſis, Grammaticus. Sub Juſtiniano Conſtantinopoli floruit. *a*) Fallitur ergo TRITHE-

XI. *a*) v. Epitaphium apud Jo. Bapt. MARVM Annotat. ad Petri diac. de vir. illuſtr. Caſin. Cap. I. *b*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 505. b. *c*) v. MARVS l. c. *d*) v. ANONYMVS Mellicenſis de Scriptor. Eccleſiaſt. Cap. XX. *e*) de Scriptor. Eccleſ. Lib. III. Cap. 30. *f*) v. MARVS l. c. *g*) Schol. ad Honorii l. c. *b*) v. HENDREICH l. c.

XII. *a*) vid. Anonymus Mellicenſis de Script. Eccleſ. cap. XIIX.

A. C. DL. HEMIVS, qui eum temporibus Cosdrae regis Persarum, & Heraclii Imperatoris A. DCXX. floruisse scribit. *b)* Imo A. DXX. ut constat e Cassiodoro, & e Codicibus Prisciani MSS. qui exstant ex recensione Flavii Theodori, qui Priscianum doctorem suum vocat, & libros ejus descripsit Olybrio iuniore Consule, h. e. A. C. DXXVI. observante Jon. Alberto FABRICIO. *c)* Bernardus PEZ aetatem Prisciani ponit in annum DL. *d)*

Quod ad scripta

I.) Dionysium periegetem latino carmine reddidit. Exstat: *Cosmographia Dionysii Thessalonicensis* Imaginem terre habitabilis, loca quoque a secularium ac divinarum rerum scriptoribus frequentata in se continens. Habet insuper regiones. aliquando gentium mores. fluvios. montes. nemora. sinus. materia similiter diversa mundi mirabili & naturae occulta commemorat. Et ita ad ambiguas hystoriarum obscuritates faciliorem cognitionem singulis bonorum studiorum amatoribus ars profecto summe necessaria. In fine: Cosmographia *Dionysii* Thessalonicensis *de situ terre habitabilis per Priscianum* e Greco in latinum traducta. Impressa Coloniae prope conventum predicatorum anno domini millesimo quadringentesimo

b) de Script. Eccles. n. CCXVII. *c)* ad Trithemii locum cit. not. [t] ed. Hamb. 1718. p. 60. *d)* vid. notas ad Anonymum Mellicensem l. c.

Digitized by Google

tesimo nonagesimo nono, die ultima mensis Augusti: fol. 28. q. Textus ipse inscribitur: Cosmographia s. de Situ Orbis Dyonisii per Priscianum e greco in latinum metrica traductio. Initium: A. C. DI..

Naturae genitor quae mundum continet omnem.

II) Versus de Astronomia, qui exstant in BEDAE libello de ratione Computi. *e)*

XIII.

HONORIVS.

Scholasticus. Versus ejus ad Jordanem Antistitem medio sæculo VI. Ravennensem, floruisse eodem tempore evincunt.

Scripsit versus *ad Jordanem* Ravennensem Episcopum elegiacos. Exstant in Johannis MABILLONII Analectorum Veterum Tom. I. *a)*

En carminis primas lineas:

Si fontis brevis unda latens demersa tenetur,
Ignotae & viles esse putantur aquae.
Quas cum docta manus produxerit arte magistra,
Pura set exsiliens nympta vocata manu.
Tunc praegnantis humi laxantur viscera partu,
Et subito sterilis flumina terra creat.
Non aliter validum genuino robore lignum
Imbatis digitis dextra domare solet.
Arboris & speciem, humanis non usibus aptam
Cogit in externum crescere factor opus.

e) vid. BEDAE Opera ed. 1563. col. 517.

XIII. a) ed. Paris. 1675. p. 364.

Digitized by Google

A. C. DLII.

XIV.
VERGVNDVS.

Ita apellatur ab Autore appendicis ſive libelli incerti autoris de XII. Scriptoribus eccleſiaſticis, qui Iſidoro & Ildefonſo ſubiici ſolet. *a*) VERECVNDVS dicitur Auberto MIRÆO. *b*) Africanus Epiſcopus; *c*) Junceenſis in Byzacena Africae provincia Epiſcopus. *d*) Exul Chalcedone A. DLII. obiit. *e*) Scripſit duos modicos brevesque Libellos, quorum primus de *Reſurrectione & Judicio* agit, alter vero *de Poenitentia*; in quo lamentabili carmine propria delicta deplorat. Loaiſa vidit libellum Verecundi de Poenitentia, hexametris verſibus ſcriptum, cujus hoc erat initium:

Quis mihi moeſta dabit lacrymoſis imbribus ora. *f*)

DLX.

XV.
ARATOR

Patria Ligur. *a*) In Liguria Cauſidici officio functus. *b*) Legationem pro Dalmatis ad Theodoricum Gothorum Regem obiit. *c*) Vnde Comitiva Domeſticorum ipſi decre-

---

XIV. *a*) cap. VI. *b*) in Schol. ad libellum citatum. *c*) vid. Appendix de XII. Script. Eccl. l. c. *d*) vid. MIRAEVS l. c. *e*) vid. VICTOR Tununenſis *apud Miraeum l. c.* *f*) vid. MIRAEVS in Schol. ad Append.

XV. *a*) vid. Aubertus MIRAEVS Schol. ad Sigeb. Gemblac. de Script. Eccl. cap. XXXVIII. *b*) vid. MIRAEVM l. c. *c*) Vid. CASSIODORVS lib. 8. Var. Epiſtol. XII. apud *Miraeum l. c.*

Digitized by Google

creta: *d*) postea Comitiva rerum privatarum; *e*) inde Subdiaconus S. R. E. Sedis Apostolicae. *f*) Vixit Vigilii papae (mortui DLIV) tempore, quippe cui Actus Apostolorum, carmine redditos, obtulit. *g*) Vixit A. DLX. teste PAVLO Diacono. *h*) Carmine valens & prosa, ingenio subtilis, eloquio clarus & nitidus salutatur a Johanne TRITHEMIO. *i*) A. C. DLX.

Scripsit

I) *Historiae Apostolicae* libros II. carmine epico. Libri I. Initium:

Vt sceleris Judaea sui polluta cruore.

libri II. init.

Spiritus accensam verba radiante lucernam.

Editi sunt in Georg. FABRICII Poetis Ecclesiasticis Basileae MDLXIV; cum Juvenco & Sedulio Lugduni MDLXXXVIII; *k*) in Bibliotheca magna Patrum Paris. MDCXLIV; *l*) in Bibliotheca Maxima Patrum Lugduni MDCLXXVII. *m*) Lectiones emendatiores suppeditat Caspar BARTHIVS Adversar. lib.

d) CASSIODORVS l. c. apud *Miraeum*. Cf. Exordium codicis Rhemensis monachorum S. Remigii, praemissum Apostolorum Actibus versu redditis, apud *Miraeum l. c.* *e*) vid. Exord. cit. l. c. *f*) Vid. Exord. cit. l. c. & SIGEB. Gemblacensis de Scr. Eccl. c. XXXVIII. *g*) vid. Exord. cit. & SIGEB. Gembl. ll. cc. *h*) apud Georg. Fabricium de Poetis Ecclesiasticis. *i*) de Script. Eccles. n. CCXIII. *k*) in d. *l*) Tom. VIII. *m*) Tom. X. p. 125.

Digitized by Google

A. C. DLX.

XIII. cap. XX *n*) ex MStis; lib. X. cap. V. *o*) ex MStis & conjectura; lib. XXXIII. cap. III. *p*) ex MSS. Quo applauſu exceptum fuerit hoc poema Arato adhuc vivente exponit codex Vaticanus his verbis: *Oblatus eſt hujusmodi Codex ab Aratore Subdiacono Eccleſiae Romanae & Papae Vigilio, & ſuſceptus eſt ab eo in Presbyterio, cum ibidem plures Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi & cleri pars maxima intereſſet, quem cum ibidem legi pro aliqua parte feciſſet Sargentius primicerius Scholae Notariorum, in ſcrinio dedit Eccleſiae collocandum. Cujus beatitūdinem litterati omnes doctiſſimique continuo rogaverunt, ut eum juberet publice recitari. Quod cum fieri praecepiſſet in Eccleſia B. Petri, quae vocatur, ad Vincula, Religioſorum turba convenit, atque eodem Aratore recitante diſtinctis diebus ambo libri ſeptem vicibus ſunt auditi, cum unius mediatas libri tantum legeretur propter repetitiones aſſiduas, quas cum favore multiplici poſtulabant. Eadem haec repetitio facta eſt his diebus, prima Idibus Aprilis, ſecunda XV Kal. Maji, tertia vero III Kalend. Junii, tertio anno poſt conſulatum Baſilii Indictione VII. q)*

Facundo eloquio ſcriptos libros Aratoris pronunciat Venantius FORTVNATVS; No-

n) col. 747. *o*) col. 466. *p*) col. 1509. *q*) vid. BELLARMINVS de Script. Eccleſ. qui annum Chriſti ponit DXLIV, Vigilii V, Juſtiniani XIX.

Digitized by Google

r) Nobile poema vocat BELLARMINVS. *s*) A. C.

II.) Epiſtolam *ad Florianum* Abbatem, DLX. elegiaco metro. Init:

Qui merito florem maturis ſenſibus ortum.

Exſtat in Georgii FABRICII Poet. Eccl. Baſileae MDLXIV, *t*) & Bibliotheca maxima Patrum Lugd. MDCLXXVII. *u*) Emendationes qvasdam textus dedit Caſpar BARTHIVS, *x*) ex MStis.

III.) Epiſtolam *ad Vigilium* Papam, genere carminis elegiaco, praemiſſam Hiſtoriae Apoſtolicae. Initium.

Moenibus undiſonis bellorum incendia cernens

Exſtat in Georgii FABRICII Poetis Eccleſiaſt. ed. Baſil. MDLXIV; Bibliotheca magna Patrum ed. Pariſ. MDCXLIV. *y*) & Bibliotheca Maxima Patrum edit. Lugdunenſ. MDCLXXVII. *z*) Emendationem aliquam textus ſuppeditat Caſpar BARTHIVS. *aa*)

IV.) Epiſtolam *ad Parthenium* hexametro ſcriptam. Initium.

Si tibi, magne, velim faſces memorare parentum.

Pangendi ſacri carminis auctor Aratori olim fuerat Parthenius. Idcirco cum Apoſtolorum Actus verſibus reddidiſſet, opus ſuum

r] lib. I. de Vita S. Martini, in *Bibl. Max. Patr. pag. 597. H.* *s*] de Script. Eccleſ. *t*] col. 569. *u*] Tom. X. pag. 125. D. *x*] Adverſar. lib. XIII. cap. XX. col. 746. *y*] Tom. VIII. *z*] Tom. X. pag. 125. E. *aa*] Adverſ. lib. XIII. cap. XX. col. 747.

Digitized by Google

A. C. DLX. in Galliam misit ad Parthenium, ut ibi eius opera ederetur. *ab*) Edidit illam Sirmondus, *ac*) atque Bibliotheca maxima patrum ed. Lugd. MDCLXXVII. *ad*) Emendationes hujus carminis ex conjectura dedit Caspar BARTHIVS. *ae*)

Collectio *Poematum* Aratoris instituta est a Georgio FABRICIO in Poet. Eccles. ed. Basil. MDLXIV; *af*) in ea tamen collectione epistola ad Parthenium non exstat; in Bibliotheca magna Patrum ed. Paris. MDCXLIV, *ag*) & Bibliotheca Maxima Patrum Lugd MDCLXXVII. *ah*)

Novam Poematum Aratoris editionem promisit Joh. Alb. FABRICIVS. *ai*)

Audiamus quae de Petro habet Arator Hist. Apostolicae libro I. *ak*)

Primus Apostolico parvae de puppe vocatus
Agmine Petrus erat, quo piscatore solebat
Squamea turba capi, subito de littore visus
Dum trahit, ipse trahi meruit: piscatio Christi
Discipulum dignata rapit, qui retia laxet
Humanum captura genus, quae gesserat hamum
Ad clavum translata manus, quiq; aequoris imi

Ar-

---

ab] vid. Aubert. MIRAEVS Scholio ad Sigeb. Gembl. de Script. Eccles. cap. XXXVIII. *ac*] in notis ad Ennodium circa finem. vid. MIRAEVS l. c. *ad*] Tom. X. p. 141. *ae*] Adverss. lib. XXIX. cap. II. col. 1350. seq. *af*] col. 569. *ag*] Tom. VIII. col. 681. *ah*] Tom. X. pag. 125. *ai*] in Bibl. Latina ed. A. 1712. p. 706. *ak*] in Bibl. Maxima Patrum Tom. X. p. 126. C.

Digitized by Google

Ardebat madidas ad littora vertere praedas, A. C.
Et ſpoliis implere ratem melioribus undis DLX.
Nunc alia de parte levat: nec deſerit artem
Per latices ſua lucra ſequens, cui tradidit agnus
Quas paſſus ſalvavit oves, totumque per orbem
Hoc auget paſtore gregem, quo munere ſummus
Surgit, & inſinuans divina negotia, coram
Sic venerandus ait: noſtis quam proditor amens
Meroedem ſcelerus ſolvit ſibi &c.

XVI. DLXX.

FORTVNATVS.

Ita ſimpliciter appellatur a *Sigeberto* Gemblacenſi, *a*) & Joh. *Trithemio b*) VENANTIVS HONORIVS CLEMENTIANVS FORTVNATVS vulgo dicitur *c*) Natione Italus *d*) Turones profectus ad D. Martini colendum ſepulcrum, Rhadegundis Turingorum e gente reginæ & Chlotarii quondam conjugis, factum eſt deſiderio, ut eius in familiam adſcribi vellet. *e*) Poſtea Presbyter Pictavienſis. *f*) Ad Pictavos progreſſus, primo ibi Presbyter deinde Epiſcopus conſecratus eſt. *g*) Floruit A. DLXX, teſte *Trithemio* gg] & G.

XVI. *a*) de Script. Eccl. cap. XLV. *b*) de Script. Eccl. n. CCXIX. *c*) in Editionibus Operum. *d*) vid. SIGEB. Gemb. de Scr. Eccl. cap. XLV. *e*) Vid. FORTVNATI carmen de Nomine ſuo ad diverſos, in *Bibl. max. Patr. Tom. X. p. 571. C.* *f*) vid. FORTVNATI Vita per Chriſtoph. BROWERVM c. III. in *Bib. max. Patr. T. X. pag. 523. D.* *g*) vid. SIGEB. Gemblac. de Script. Eccleſ. cap. XLV. gg.] loc. cit.

Digitized by Google

A. C. DLXX. Fabricio *h*) Ante annum DLX. B. Martini ope a gravisſimis oculorum doloribus liberatus eſt. A. DLXV. Sigeberti regis, & Brunechildis nuptiis carmine elegiaco fauſta omnia apprecatus eſt. In vivis adhuc erat A. DC. *i*) Fini qvinti ſeculi vindicat Chriſtophorus *Browerus*. *l*) Vixisſe Fortunatum poſt Caroli M. ævum perhibet Michael *Thomaſius*, *m*) cujus aſſerti falſitas refutatione non indiget.

Scripſit Carmina numero multa, ex quibus potiora feligam:

I.) de *Leontio* Epiſcopo, elegiacum. Init.

Inter quos genuit radians Aquitanicus axis.

Exſtat in Fortunati Carminum, Epiſtolarum, expoſitionum lib. I. n. XV. in Bibliotheca maxima Patrum ed. Lugd. MDCLXXVII. *n*)

II.) Hymnus de *Leontio* Epiſcopo. *In Leontium Epiſcopum redditum Burdegalenſi Eccleſiæ Acroſtichis* inſcribitur in G. *Fabricii* Poet. Eccleſ. edit. Baſileæ MDLXIV. *o*) Iambi quaternarii. Initium:

Agnoſcat omne ſeculum
Antiſtitem Leontium.

XXIII. ſtrophas habet hymnus, quarum primam

h) de Poet. Eccleſ. *i*) vid. Gvil. CAVE de Script. Eccleſ. pag. 343. ed. Gen. qui tamen fontes aſſertorum non addit. *l*) in Vita Fortunati Cap. VI. in Bibl. maxima Patrum ed. Lugd. 1677. Tom. X. p. 525. H. *m*) in notis ad Lactantium edit. Antwerpiae 1570. pag. ult. *n*) Tom. X. p. 530. G. *o*) col. 728.

Digitized by Google

manu littera A, ſecundam B, & ita ſequentes per univerſum Latinum Alphabetum litteræ inchoant. Exſtat in Fortunati Carminum, Epiſtolarum, Expoſitionum lib. I. n. XVI. in Biblioth. max. Patr. *p*) & in *Fabricii* Poet. Eccleſ. *q*) A. C. DLXX.

III.) De *Aegircio flumine*. Elegiac. Init:

Laus tibi forte minor fuerat generoſe Garumna

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expoſ. lib. I. n. XXI. in Biblioth. max. Patr. *r*)

IV.) De *Signaculo ſanctæ Crucis*. Hexametr. Init:

Dius apex carne effingens genitalia limi,

Acroſtichon eſt unde reſultat verſus:

Dulce decus ſigni via cœli vita redemti

Teleſtichon unde:

In cruce mors Chriſti curavit mortua mundi.

Alia artificia mitto. Exſtat in Fortunati Carminum, Epiſtol. Expoſ. lib. II. n. IV. in Bibliotheca maxima Patrum. *s*)

V.) De *ſancta Cruce*, Hexametr. init:

Extorquet hoc ſorte Dei veniabile ſignum.

Eſt Acroſtichon, Teleſtichon &c. ſed mutilum. Exſtat in Fortunati Carmin. Epiſt. Expoſ. lib. II. n. V. in Biblioth. max. Patr. *t*)

VI. De *Sancta Cruce*. Elegiac. init.

Crux mihi certa ſalus, crux eſt quam ſemper adoro

p) Tom. X. pag. 531. E. *q*) l. c. *r*) Tom. X. p. 532. F. *s*) Tom. X. p. 534. A. *t*) Tom. X. p. 534. C.

Digitized by Google

A. C. DLXX. Singulare carminis artificium, quod crucem effingit, rectius ex inſpectione, quam deſcriptione diſcitur Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expoſ. lib. II. n. VII. in Biblioth. max. Patr. *u*)

VII.) De Domino *Saturnino*. *De certaminibus & miraculis piorum liber quartus*. *De Beato Saturnino Martyre* inſcribitur apud Fabricium *x*) Elegiac. Initium:

Janua celſa poli terra pulſante pateſcit.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſtol. Expoſ. lib. II. n. VIII. in Bibliotheca maxima Patrum, *y*) in Fabricii Poet. Eccleſ. *z*)

VIII.) De *Launebode*, qui aedificavit templum S. Saturnini. Eleg. Init.

Laudibus humanis reliquorum corda reſultent.

Exſtat in Fortunati Carm Epiſtol. Expoſitionum lib. II. n. IX. in Bibliotheca maxima Patrum. *aa*)

IX.) Ad clerum Pariſiacum. Eleg. Init.

Cœtus honorifici decus & gradus ordinis ampli.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expoſ. lib. II. n. X. in Biblioth. max. Patrum. *ab*)

X. De Sanctis *Agaunenſibus*. *De Sanctis Agaunenſibus, Mauritio & ejus ſociis* inſcribitur in Georg. *Fabricii* Poet. Eccleſ. *ac*) Elegiac. Init.

Tur-

---

u) Tom. X. pag. 535. A. *x*) in Poet. Eccl. col. 710. *y*) Tom. X. p. 535. C. *z*) col. 710. *aa*) Tom. X. p. 536. B. *ab*) Tom. X. pag. 536. D. *ac*) col. 712.

Digitized by Google

Turbine ſub mundi cum perſequerentur ad) *iniqui* A. C. DLXX.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſtol. Expoſ. lib. II. n. XV. in Biblioth. max. Patr. *ae)* in Georg. Fabricii Poet. Eccleſ. l. c.

XI.) De S. *Medardo* Epiſcopo. *De Medardi Epiſcopi miraculis* inſcribitur in Georg. *Fabricii* Poet Eccleſ. *af)* *Vita S. Medardi* in Actis Sanctorum Junii *ag)* Elegiac. Init.

Inter Chriſticolas, quos actio vexit in aſtra.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expoſ. lib. II. n. XVII. in Bibl. max. Patrum; *ah)* in Georgii *Fabricii* Poet. Eccl. l. c. & in Actis Sanctorum *ai)* ex editionibus Salvatoris & Broweri, collatis cum MStis Auguſtano M. Velſeri & alio. Annotationes in carmen dedit Daniel *Papebrochius*. *ak)*

XII.) Ad *Euphronium* Papam. Elegiac. Init.

Quamvis pigra mihi jaceat ſine fomite lingua.

Exſtat in fortunati Carm. Epiſtol. Expoſ. lib. III. n. III. in Bibliotheca max. Patrum. *al)*

XIII.) Ad *Felicem* Epiſcopum de *Dedicatione Eccleſiæ ſuæ*. Eleg. Init:

Cum Salomon coleret generoſi encænia templi.

Exſtat in Fortunati Carminum, Epiſtolarum lib. III. n. VI. in Bibliotheca max. Patr. *am)*

XIV.

---

ad) *perſequebantur* legitur in Fabric. l. c. *ae)* Tom. X. p. 537. E. *af)* col. 713. *ag)* Tom. II. die VIII Jun. pag. 78. *ah)* T. X. p. 537. H. *ai)* loc. cit. *ak)* in Actis Sanctor. l. c. *al)* Tom. X. p. 539. F. *am)* Tom. X. pag. 540. F.

Digitized by Google

A. C. DLXX.

XIV.) in honorem eorum, *quorum in Ecclesia Felicis Episcopi Nannetensis reliquiæ continentur*. Elegiac. Initium:

Siderei montes, speciosa cacumina Sion.

Exstat in Fortunati Carm. Epist. Expos. lib. III. n. VII, in Biblioth. max. Patrum. *an*)

XV.) Ad *Felicem* Episcopum *in laudem ejus, & regionis Armorici.* Eleg. Init:

Illuxit festiva dies me gaudia cogunt.

Exstat in Fortunati Carm. Epistol. Expos. lib. III. n. VIII. in Bibl. max. Patr. *ao*)

XVI.) Ad *Felicem* Episcopum *de Paschate Resurrectionis Domini.* Eleg. Init:

Tempora florigero rutilant distincta sereno;

Vel secundum alias editiones:

Salve festa dies toto venerabilis ævo.

Exstat in Fortunati Carminum, Epistol. Expos. lib. III. n. IX. in Bibl. max. Patr. *ap*) in FABRICII Poet Eccles. *aq*) cum Lactantii operibus, studio Michaelis THOMASII; *ar*) Seorsim per Augustum BVCHNERVM. *as*) Editionem huius carminis Buchnerianam cum Msto quodam codice bibliothecae Helmstadiensis conferens sequentes observavi diversitates v. 1. 2. Manuscriptum binos habet versus, qui in Buchneriana editione v. 39. 40. leguntur. v. 9. Buchnerus *terra ferax* MS. *Rus gaudens* v. 10. Buch. *reddidit* MSt. *reddit* & v. 14. Buch.

an) Tom. X. p. 541. A. *ao*) Tom. X. p. 541. E. *ap*) Tom. X. p. 541. H. *aq*) ed. Bas. 1564. col. 697. *ar*) Antwerp. 1570, p. 557. *as*) Vitemberg. 1627. 8. pl.

Buch. *arridentque oculis* Ms. *Floribus arri-* A. C.
dent ib. B. *cincta* Ms. *tincta*. v. 20. Buchn. *par-* DLXX.
tum MS. *paſtum*. v. 23. Buchn. *Myrrha* MS. *Mirta* ib. Buchn. *acer*, *nux* MS. *acernus* v. 42. Buch. *Scriptula* MS. *Scripula*. ib. B. *fovent* MS. *favent*. v. 45. B. *Si*. MS. *hinc*. v. 47. Buchn. *verum* MS. *rerum*. v. 50. MS. *penetrare*. v. 55. B. *merſum eſſe* MS. *merſiſſe*. v. 57. B. *noſtra tantum voluiſti e* MS. *voluiſti etenim tantum de*. v. 65. MS. *ſollicitam* v. 68. B. *non* MS. *nec*. v. 79. MS. *inſaturabiliter*. ibid. MS. *pandit*. v. 85. B. *tartara*. MS. *triſtia*. v. 90. B. *beant*. MS. *habeant*. v. 100. --- MS. *partus*. ib. --- MS. *ſunus*. v. 102. MS. *felici*. v. 104. 105. deſunt in MS. v. 108. --- MS. *vegetetur*. Animadverſiones in hoc carmen dedit BVCHNERVS. *at*)

XVII.] De *Caſtello Nicetii ſuper Muſellam*. Elegiac. Initium:

Mons in praecipiti ſuſpenſa mole tumeſcit.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſtol. Expoſ. lib. III. n. XII. in Bibl. Max. Patr. *au*)

XVIII.] Ad *Villicum* Epiſcopum Metenſem. Eleg. Initium.

Gurgite coeruleo pelagus Muſella relaxat.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. III. n. XIV. in Bibl. max. Patr. *ax*)

XIX.] De *Igidio* Epiſcopo Remenſi. Eleg. Initium.

Acti-

---

at) loc. cit. *au*) Tom. X. p. 543. A. *ax*) Tom. X. pag. 543. E.

Digitized by Google

A. C. DLXX. *Actibus egregiis, venerabile culmen, Igidi.*
Exstat in Fortunati Carm. Epist. Expos. lib. III. n. XX. in Bibl. max. Patr. *ay*)

XX.] De *Argerico* Episcopo Vereduni. Eleg. Initium.
Phoebas ut elatum suspendit in aethera currum.
Exstat in Fortunati Carm. Epist. Expos. lib. III. n. XX. in Bibl. max. Patr. *az*)

XXI.] *Epitaphium Evemeri*, Episcopi civitatis Namneticae. Eleg. Initium:
Quamvis cuncta avido rapiantur ab orbe volatu.
Exstat in Fortunati Carm. Epist. Expos. lib. IIII. n. I. in Bibl. max. Patr. *ba*)

XXII.] *Epitaphium Galli*, Episcopi civitatis Avernae. Elog. Initium:
Hostis iniqua, Adam paradiso fraude repellit.
Exstat in Fortunati Carm. Epist. Expos. lib. IIII. n. IV. in Bibl. max. Patr. *bb*)

XXIII.) *Epitaphium Chronopii*, Episcopi Petrocoricae. Eleg. Initium.
Si terrena facer sibi quondam cura fuisset.
Exstat in Fortunati Carm. Epist. Expos. lib. IV. n. VIII. in Bibl. max. PP. *bc*)

XXIV.) *Epitaphium Leontii*, Episcopi Anterioris civitatis Burdegalensis. Eleg. Init:
Ultima sors avido graviter properavit hiatu.
Exstat in Fortunati Carm. Epist. Expos. lib. IV. n. IX. in Bibl. max. PP. *bd*)

XXV.

---

ay) Tom. X. pag. 544. C. *az*) Tom. X. p. 545. F. *ba*) Tom. X. pag. 546. *bb*) Tom. X pag. 547. D. *bc*) Tom. X. pag. 548. A. *bd*) Tom. X. pag. 548. C.

Digitized by Google

XXV.) *Epitaphium Vitthutae.* Eleg. Init. A. C.
Omne bonum velox, fugitivaque gaudia mundi. DLXX.
Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. IV. n. XXVI. in Bibl. max. Patr. *be*)

XXVI.) *Ad Martinum Epiſcopum* Galliciae. Elegiac Initium.
Lumen Apoſtolicum cum ſpargeret una triades.
Exſtat in Fortunati. Carm. Epiſtol. Expos. lib. V. n. II. in Bibl. max. Patr. *bf*)

XXVII.) *Ad cives Turonicos* de *Gregorio* Epiſcopo Turonenſi. Eleg. Initium:
Plaudite felices populi nova vota tenentes.
Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. V. n. III. in Bibl. max. Patrum. *bg*)

XXVIII.) Ad Gregorium *de Judaeis converſis per Avitum*, Epiſcopum Arvernum. Elegiac. Initium:
In venerabilibus famulis operator opime.
Exſtat in Fortunati Carm. Epiſtol. Expos. lib. V. n. V. in Bibl. max. Patr. *bh*)

XXIX.) Carmen inſcriptum: *Auguſtidonenſis opus tibi ſolvo Syagri.* Carmen hexametrum, cujus primus verſus:
Dius apex Adam ut fecit dat ſomnia donec;
medius:
Ipſaque libertas vos liberat atque beabit.
Acroſtichus:
Da Fortunato ſacer haec pia vota Syagri;
medius deſcendendo.

Ca-

be) Tom. X. p. 550. G. *bf*) Tom. X. p. 553. B. *bg*) Tom. X. p. 553. F. *bh*) Tom. X. pag. 554.

A. C. DLXX.

Captivos laxans Domini laxatio ſies.

Teloſtichus:

Chriſtus ſe miſit cum nos a morte revexit.

Decuſſatim poſiti:

Dulce Dei munus quo merx te care coronet;

&

Cura Deo pietas animam dat de nece ſolvi.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. V. n. VII. in Bibl. max. Patr. *bi*)

XXX.) De *nuptiis Sigeberti* Regis *& Brunichildis* Reginae. Hexam. initium.

Felicem ſol pande diem, radiisque ſerenis.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. VI. n. II. in Bibl. max. PP. *bk*)

XXXI.) De *Sigeberto Rege, & Brunechil. de* Regina. Elegiac. Initium.

Victor ab occaſu, quem laus extendit in ortum.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. VI. n. III. in Bibl. max. Patrum. *bl*)

XXXII.) De *Chariberto* Rege. Eleg. Init.

Inclyta magnarum proceſſit gloria rerum.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. VI. n. IV. in Bibl. max. Patr. *bm*)

XXXIII.) De *Theodechilde* Regina. Eleg. Initium:

Inclyta progenies regali ſtirpe coruſcans.

Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. VI. n. V. in Bibl. max. Patrum. *bn*)

XXXIV.)

bi) Tom. X. pag. 556. *bk*) Tom. X. pag. 558. G. *bl*) Tom. X. pag. 559. E. *bm*) Tom. X. p. 559. H. *bn*) Tom. X. pag. 560.

Digitized by Google

XXXIV.) De *Bertechilae*. Elegiac. Init: A. C.
Mens devota Deo Berthildae corde coruſcans. DLXX.
Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. VI. n. VI. in Bibl. max. Patr. *bo*)

XXXV.) De *Bertechilde*. Elegiac. Initium.
Caſibus incertis rerum fortuna rotatur.
Exſtat in Fortunati Carm. Epiſtol. Expos. lib. VI. n. VII. in Bibl. max. PP. *bp*)

XXXVI.) De *Coco* qui ipſam navem tulerat, & injuriam fecerat. Eleg. Initium:
Cur mihi tam validas inneclis cura querelas.
Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. VI. n. X. in Bibl. maxima Patrum. *bq*)

XXXVII.) Ad *Dinamium*. Eleg. Initium.
Tempora praecipiti quos invidiſtis amori.
Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. VI. n. XII. in Bibl. max. Patr. *br*)

XXXVIII.) Ad *Gogonem*. Elegiac. Initium:
Orpheus orditas moveret dum pollice cordas.
Exſtat in Fortunati Carm. Epiſt. Expos. lib. VII. n. I. in Bibl. max. Patr. *bs*)

XXXIX.) Ad *Gogonem*. Elegiac. Initium.
Nubila quae rapido perflante Aquilone venitis.
Exſtat in Fortunati Carm. Epiſtol. Expos. lib. VII. n. IV. in Bibl. max. Patrum. *bt*)

XL. de *Bodegiſilo* duce. Elegiacum Init.
Pectore de ſterili ſi flumina larga rigarem,

bo) Tom. X. p. 560. H. *bp*) Tom. X. pag. 561. *bq*) Tom. X pag. 563. H. *br*) Tom. X. pag. 564. D. *bs*) Tom. X pag. 565. A. *bt*) Tom. X. pag. 565. E.

Digitized by Google

A. C. DLXX.

Exſtat in Fortunati Carmin. lib. VII. *bu*)

XLI. de *Palatina* filia Gallimagni uxore Godegiſili ducis Elegiacum. Initium.

Lucifer ut nitidos producit in aethere vultus

Legitur ibid. *bx*)

XLII.) de *Lupo* duce. Elegiacum. Init:

Antiqui proceres & nomina celſa priorum

Exſtat ibid. *by*)

XLIII) Ad *Lupum* Ducem. Elegiac. Init.

Aeſtifer ignitas cum Julius urit arenas.

Exſtat ibid. *bz*)

XLIV. Ad *Jovinum.* de *incertitudine vitae & gloriae hominis* inſcribitur in Georg. Fabricii Poet. Eccl. *ca*) Elegiac. Init.

Tempora lapſa volant, fugitivis fallimur horis.

Exſtat in Fortunati Carm. lib. VII. *cb*) in Georg. Fabricii Poetis Eccles. *cc*)

XLV.) De *Mummuleno.* Eleg. Init.

Dum mihi feſſus iter gradior prope noctis in umbra.

Exſtat in Fortunati Carm. lib. VII. *cd*)

XLVI.) de *Condone* Domeſtico. Eleg. Init.

Temporibus longis regalis dives in aula

Exſtat in Fortunati Carm. lib. VII. *cc*)

XLVII.) De *Nomine ſuo* ad diverſos. Eleg. Initium:

Aoni-

---

bu) n. V. *in Biblioth. max. patr. T. X. p. 565. G.* *bx*] n. VI. *l. c. p. 566. B.* *by*] n. VII. *l. c. D.* *bz*] n. VIII. *l. c. pag. 566. H.* *ca*] col. 701. edit. Baſil. 1564. *cb*] n. XII. *l. c. pag. 567. H.* *cc*] loc. cit. *cd*] n. XIV. *l. c. pag. 568. G.* *cc*] n. XVI. *l. c. pag. 569. B.*

Digitized by Google

Aonias avido qui lambitis ore Camoenas. A. C.
Exſtat in Fortunati Carm. lib. VIII. *cd*) E- DLXX.
mendationes textus & notas ad hoc carmen dedit Caſpar BARTHIVS. *ce*)

XLVIII.) De *Virginitate*. De *gaudiis & ſpe vitae aeternae* inſcribitur in Fabricii Poet. Eccl. *cf*) Elegiac. Initium:
Culmina multa polos radianti lumine complent.
Exſtat in Fortunati Carm. lib. VIII. *cg*) in Georg. FABRICII Poet. Eccles. *ch*)

XLIX.) In *laudem Sanctae Mariae* Virginis & matris Domini. De *partu virginis* liber primus inſcribitur apud Georg. FABRICIVM, *ci*) eique ſubnectitur col. 694. de Chriſti Jeſu beneficiis liber ſecundus Eleg. Initium:
Lingua Prophetarum cecinit de virgine partum.
Exſtat in Fortunati Carm. lib. VIII, *ck*) & in FABRICII Poet. Eccles.

L.) Ad *Virgines*. Elegiac. Init.
Inter Apoſtolicas acies, ſacrosque Prophetas.
Exſtat in Fortunati Carm. lib. VIII. *cl*)

LI.) Ad *Chilpericum*, quando Synodus Brinnaco habita eſt. Eleg. Init.
Ordo ſacerdotum venerandaque culmina Chriſti.
Exſtat in Fortunati Carm. lib. IX. *cm*)

cd] n. I. *l. c. pag. 571. B.* *ce*] Adverſ. lib. XLVI. cap. III. col. 2125. *cf*] col. 706. *cg*] n. IV. *l. c. pag. 572.* *ch*] loc. cit. *ci*] in Poet. Eccl. *ck*] n. V. *loc. cit. pag. 574.* *cl*] n. VI. *l. c. pag. 577. B.* *cm*] n. I. *l. c. pag. 479. D.*

A. C. DLXX. LII.) Ad *Chilpericum* Regem & *Fredegundem* Reginam. De *communi omnium mortalitate* inſcribitur apud Georg. FABRICIVM. *cn*) Eleg. Init.

Aſpera conditio & ſors irrevocabilis horae.

Exſtat in Fortunati Carm. lib. IX. *co*) & in Georgii Fabricii Poetis Eccl. *cp*)

LIII.) Ad *Gregorium* Epiſcopum. Sapphic. Initium:

Corde jucundo, calamo venuſto.

Exſtat in Fort. Carm. lib. IX. *cq*)

LIV.) Ad *Sidonium* Moguntinenſem Epiſcopum. Eleg. Initium:

Reddita ne doleas felix Moguntia caſus.

Exſtat ibid. *cr*)

LV.) Ad *Eccleſiam Turonicam*, quae per Epiſcopum Gregorium renovata eſt. Eleg. Initium:

Emicat altithroni cultu venerabile templum.

Exſtat in Fortunati Carminum lib. X. *cs*)

LVI.) Ad *Childebertum* Regem & *Brunechildem* Reginam de *natalitio* S. *Martini* Turonici. Eleg. Initium:

Praecelſis dominis famulus dum corde puſillus.

Exſtat ibid. *ct*)

LVII.) Ad *Childebertum* Regem & *Brunechildem* Reginam Eleg. Init.

Si

cn] in Poet. Eccleſ. col. 702. *co*] n. II. l. c. p. 580. *cp*] col. 702. *cq*] n. VII. *in Bibl. Patr. max. Tom. X. pag. 581. H.* *cr*] n. IX. l. c. p. 582. F. *cs*] n. VI. *in Bibl. Patr. max. Tom. X. p. 588. G.* *ct*] n. VII. l. c. p. 589. C.

Digitized by Google

Si praeſtaretur praeconia pandere Regum. A. C.
Exſtat ibid. *cu*) DLXX.

LVIII.) De *Navigio ſuo.* Eleg. Initium:

Regibus occurrens ubi Meltica moenia pollent

Exſtat. ibid. *cx*)

LIX.] Verſus facti *ſuper menſa* in Villa S. Martini ante deſcriptores. Elegiac. Init.

Cum videam citharae loquacia ligna.

Exſtat in Fortunati Carminum lib. X. *cy*]

LX.] Ad *Sigualdum* comitem, *quod pauperes pro rege paverit.* Elegiac. Init.

Actibus egregiis praeconia fulgida fulgens.

Exſtat ibidem. *cz*]

LXI.] Ad *Galactorium* Comitem. Elegiac. Init.

Veniſti tandem quod debebaris amice.

Exſtat ibid. *da*)

LXII.] *De Itinere ſuo* Elegiac. Init.

Caſibus innumeris hominum momenta rotantur.

Exſtat in Fortunati Carminum libr. XI. *db*]

LXIII. de *Vita S. Martini* IV. Praefatio praemittitur elegiaca. Init.

Nauta rudis tumido cum vult dare vela profundo.

Libri ipſi heroico genere ſcripti ſunt. Liber primus incipit:

cu] n. VIII. *l. c. pag. 589. G.* *cx*] n. IX. *l. c. pag. 590. A.* *cy*] n. XI. *in Bibl. max. Patr. T. X. p. 590. G.* *cz*] n. XX. *l. c. pag. 591. H.* *da*] n. XXII. *l. c. p. 592. C.* *db*] n. XXVII. *in Bibl. max. Patr. T. X. p. 596. F.*

Digitized by Google

A. C. DLXX.

Altithronus postquam repedavit ad aethera Christus.

Secundus:

Pendula jamdudum laxavi carbasa pinu.

Tertius:

Hactenus in bibulis fixa stetit anchora terris.

Quartus:

Post mare fluctivagum repetens ad littora portum.

Exstant in Bibliotheca maxima Patrum ed. Ludg. MDCLXXVII. *de*]

LXIV.]de *Excidio Thuringiae ex persona Radegundis* Liber. elegiaco, non hexametro, versu, ut habet Joh. TRITHEMIVS descriptus. Initium.

Conditio belli tristis, sors invida rerum.

Exstat in Bibliotheca maxima Patrum edit. Lugd. MDCLXXVII. *df*]

LXV.] Ad *Justinum* Juniorem Imper. & *Sophiam* Augg. Elegiac. Init.

Gloria summa patris natique ac spiritus almi.

Exstat in Biblioth. max. Patrum. *dg*]

LXVI.] Ad *Artachin* liber. Inscribitur apud Joh. TRITHEMIVM *dh*] *in Persona Radegundis.* Elegiac. Init.

Post Patriae cineres, & culmina lapsa parentum.

Exstat in Bibliotheca maxima Patrum *di*]

LXVII.

---

dc] Tom. X. p. 597. *de*] de Script. Eccles. n. CCXIX. *df*] Tom. X. p. 613. *dg*] Tom. X. pag. 614. *dh*] de Script. Eccles. num. CCXIX. *di*] Tom. X. pag. 615.

Digitized by Google

LXVII. *Hodœporicum* metrice a Fortunato ſcriptum eſſe memorat SIGEBERTVS Gemblacenſis. *dk*] Indicat hoc procul dubio Joh. TRITHEMIVS *dl*] cum adducit *Ad Oporicum vitae ſuae* lib I. errore ſcribentis pro *Hodœporicum.* Scripſit varia carmina de itinere ſuo, quae exſtant in Fortunati Carmin. Epiſt. Expoſit. Lib. V. n. 14. VIII, n. 2. X, n. 9. XI. n. 27. & 28. Privatim carmen de Navigio lib. X, n. 9. indicari a Sigeberto putat Chriſtophorus BROWERVS; *dm*] quod tamen aſſeri pro certo nequit. A. C. DLXX.

LXVIII.] *Hymni* ſingularum Feſtivitatum. *dn*] Hymnos ſeptuaginta ſeptem numerat TRITHEMIVS. *do*] Quidam Fortunati *Hymni* leguntur in Georgii CASSANDRI Hymnis eccleſiaſticis. *dp*]

LXIX.] Fortunati aliqua *Carmina* ex MStis edidit Caeſar BARONIVS Annal. Eccles. Tom. VII. ad A. C. DLVII. ed. A. C. DLXX, & DLXXXVIII. *dr*]

LXX. Verſus ad *Childebertum* Regem, Sigiberti R. filium, initio:

Rex Regionis apex & ſupra regna regimen;

Elegiaci exſtant in Joh. MABILLONII Analect.

dk] de Script. Eccleſ. cap. 45. *dl*] de Scriptor. Eccl. n. CCXIX. *dm*] in Vita Fortunati c. V. *dn*] Vid. SIGEB. Gembl. l. c. *do*] de S. E. l. c. *dp*] in CASSANDRI Operibus ed. 1616. Pariſ. pag. 200, 220, 228. *dr*] pag. 570, 581, & 708. edit. Antwerp. 1658.

Digitized by Google

A. C. DLXX. Veter. Tom. I. ex codice MS. Virdunenſis cœnobii S. Vitoni. *ds*]

LXXI.] Huius Fortunati offendi carmen in perantiquo quodam Eccleſiae Mindenſis Antiphonario, quod Bibliothecae Helmſtadienſis eſt. Agit *de Paſſione Chriſti*; quod cum in collectionibus citatis non reperiatur ex MSto dicto exhibeo:

Crux fidelis inter omnes
Arbor una nobilis.
Nulla ſilva talem profert
Fronde flore germine.
Dulce lignum dulce clavo
Dulce pondus ſuſtinens.
Pange lingva glorioſi
Prælium certaminis,
Et ſuper crucis trophea
Dic triumphum nobilem.
Qualiter redemtor orbis
Immolatus vicerit.
De parentis protoplaſti
Fraude Factor condolens;
Quando pomi noxialis
Morſu in mortem corruit,
Ipſe lignum tunc notavit
Damna ligni ut ſolveret.
Hoc opus noſtrae ſalutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis perditoris

Ars

ds] pag. 366.

Ars ut artem falleret, A. C.
Et medelam ferret inde DLXX.
Hostis unde laeserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis
Missus est ab arce patris
Natus orbis conditor
Atque ventre virginali
Carne factus prodiit.
Vagit infans inter arta
Positus praesepia
Membra pannis involuta
Virgo mater alligat
Et pedes manusque crura
Stricta pingit fascia.
Lustra sex qui iam peracta
Tempus implens corporis
Se volente natus ad hoc
Passioni deditus
Agnus in crucis levatur
Immolandus stipitem.
Hic acetum, fel, harundo,
Sputa; clavi, lancea
Mite corpus perforatur,
Sangvis unda profluit,
Terra pontus astra mundus
Quo lavantur flumine.
Flecte ramos arbor alta
Tensa laxa viscera,
Et rigor lentescat ille
Quem dedit nativitas,

A. C. *Vt ſuperni membra Regis*
DLXX. *Miti tendas ſtipite*
Sola digna tu fuiſti
Ferre precium ſaeculi
Atque portum praeparare
Nauta mundo naufrago
Quem ſacer cruor perunxit
Fuſus agni corpore.
Sit Patri, Natoque ſummo
Gratiae cum Spiritu
Sempiternae Trinitati
Laus ſalus & gloria
Quae creavit quae redemit
Quaeque nos illuminat.

Collecta proſtant Fortunati carmina in Georgii FABRICII Poetis Eccleſiaſticis Baſileae MDLXIV. *dt*) opera Nicolai CANYELLES Calari apud Sardos A. MDLXXIV. *du*) prodiit haec editio per Jacobum SALVATOREM Solanum. *dx*) Venetiis apud haeredes Jacobi Simbenii A. MDLXXVIII; *dy*) in Corpore Poetarum Latinorum Lugduni MDCIII; *dz*.) illuſtrata notis Chriſtophori BROWERI Mogumtiae MDCXVII. qui in Biblioth. magna Patrum ed. Pariſi A. MDCXLIV. Tom. VIII;

HF

dt] Col. 685. *du*] vid. BROWERI Vita Venantii Fortunati cap. V. *in Bibl. max. Patrum Tom. X. pag. 525. B. dx*] vid. Acta Sanctorum Junii per Godofr. Henſchenium &c. Tom. II. ed. Antw. 1698. d. VIII. Jun. pag. 72. C. n. 3. *dy*] vid. BROWERVS l. c. *in Bib. Patr. max. l. c. dz*] pag. 806.

Digitized by Google

ea) in Bibliotheca maxima Patrum ed. Lugd. MDCLXXVII. Tom. X. *eb*) ad editonem Broweri. A. C. DLXX.

Impingere nonnunquam Fortunatum in Grammaticae & Proſodiae regulas evincit Silvula enormium, quæ contra Grammaticae vel Proſodiae canonem, aut peregrina, in Venantii Fortunati Lectione occurrunt; quæ exſtat in Bibliotheca Maxima Patrum. *ec*)

XVII.

MARTINVS. DLXXIII.

Natione Pannonius ut ex ejus epitaphio conſtat. *a*) Dumienſis monaſterii Pontifex, *b*) ſeu Abbas primum & conditor. Poſtea Bracarenſis in Luſitania epiſcopus. *c*) Hinc Archiepiſcopus Brachahenſis ſalutatur ab ANONYMO Mellicenſi. *d*) Floruit regnante Theudomiro rege Svevorum temporibus illis, quibus Juſtinianus in republica, & Athanagildus in Hiſpaniis imperium tenuere, *e*) A. DXL. *f*) Baronius exiſtimat ipſum A. DLXXIII. obiiſſe. *g*)

Scripſit verſus a Sirmondo editos cum Eugenio Toletano pag. 57. Pariſ. 1619. 8. *b*) qui reviſi

ea] Col. 752. *eb*] pag. 528. *ec*] Tom. X. pag. 617.

XVII. *a*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Iſidori de Scriptor. Eccleſ. Cap. XXII. *b*] v. ISIDORVS de S. E. c. 22. *c*] v. MIRAEVS l. c. *d*] de S. E. c. 38. *e*] v. ISIDORVS l. c. *f*] v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. CCXXI. *g*) v. MIRAEVS l. c. *b*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibliotheca Latin. ed. Hamb. 1712. p. 715.

Digitized by Google

A. C. DLXXVI. revisi inter Sirmondi opera T. 2. p. 907. *i*)

XVIII.

SIMPLICIVS.

Benedicti Casinensis discipulus. *a*) Post Benedictum in Casino abbas effectus *b*) tertius ab obitu Benedicti. *c*)

Fuit temporibus Justini junioris imperatoris ab A. 565. ad A. 578. *d*] Obiit circa A. DLXXVI. *e*)

Scripsit versus nonnullos de *regula S. Benedicti*. *f*] Versus quos in laudem Regulæ S. Benedicti descripsit, una cum diversis aliis Sanctorum Monachorum regulis in lucem dare voluit Lucas HOLSTENIVS. *g*]

DLXXVIII

XVIIII.

CORIPPVS.

Africanus Grammaticus. Vixit tempore Justini II. Imperatoris ab A. 565. ad A. 578. *a*)

Scripsit I. Libros IV. de *laudibus Justini* hexametros, initio: *Imperii culmen rerum non motibus ullis* Mich. de AZAGRA quibusclam Joan. Ruiz Corippum de laudibus Justini junioris a se emendatum cum brevibus anno-

i) v. FABRICII Bib. L. ed. cit. Suppl. p. 299.

XVIII. *a*) v. SIGEBERTVS Gemblac. de S. E. c. 31. & PETRVS diac. de vir. illustr. Casin. c. 5. *b*) vid. PETRVS l. c. *c*) v. GREGORIVS lib. II. Dial. in princ. apud Jo. Bapt. MARVM Annot. ad Petr. l. c. *d*) v. PETRVS l. c. *e*) MARVS l. c. *f*) v. PETRVS loc. cit. *g*) v. MARVS l. c.

XIX. *a*) v. CORIPPI scripta.

Digitized by Google

annotat in 4. edidit. *b*] Exſtant & libri illi ex recenſione Thomæ DEMPSTERI, qui & lacunas ſupplevit, mendis expurgavit, commentarium adjecit, & cum indice pene omnium dictionum evulgavit Pariſiis MDCX. 0. Praefationes binas praefixas habet Corrippus hic, quarum poſterior exhibet Panegyricum in laudem Anaſtaſii quaeſtoris & magiſtri. Th. Demſteri curae ad emendationem Corippi parum fecerunt iudice Caſpar. BARTHIO *c*] A. C. DLXXVIII.

Prodierunt etiam Fl. Creſconii Corippi Africani fragmentum panegyrici in laudem Juſtini Aug. minoris, panegyricus in laudem Anaſtaſii quaeſtoris & Magiſtri, & de laudibus Juſtini minoris libri IV. cum Conradi & Nic. RITTERHVSIORVM, Michaelisque Ruizii ASSAGRII notis Altorf. 1664. 4. *d*]

Pleraque Corippi illuſtrat BARTHIVS in Aduerſariis: *e*] Loca quaedam emendat & Jo. MEVRSIVS in Critico Arnobiano p. 149. *f*] Loci cuiusdam ex Corippi Lib. II. lectio confirmata a Caſp. BARTHIO. *g*]

II. De *bello Juſtini in Africa contra Vandalos* ſuſcepto, quod ipſe Corippus in praefatione priori indicat his verbis:

Quid

b) vid. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenburg. p. 366. a. *c*) Animadverſ. ad Papin. Statii XII. Thebaid. p. 1491. *d*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamburg 1712. p. 715. *e*) v. FABRICIVS l. c. *f*) v. FABRICII B. L. & cit. Suppl. p. 299. *g*) Animadv. ad Papin. Stat. II. Achilleid. p. 1706.

Digitized by Google

A. C. DLXXVIII. *Quid Lybicas gentes, quid Syrtica praelia dicam*
Jam libris completa meis? Majora canendi
Tempus adeſt: Senio dextram pie porrige feſſo!
Corippum de *bellis Lybicis* memorat Leo Marſicanus III. 62. p. 339. *b*]

III. *Joannidem* Corippi in Italiae Caſinenſi monaſterio ſuperſtitem memorat Cuſpinianus, Caeſaribus. *i*]

DLXXXIII

XX.

GILDAS.

Sapiens cognomento. *a*] Badonicus. *b*] In Bannochorenſi cœnobio Monachus. *c*] Abbas ejusdem Cœnobii ſalutatur ab Auberto MIRAEO. *d*] Claruit anno DLXXX. iuxta POLYDORVM. *e*] Nonagenarius obiit. *f*] Obiit & ſepulturam accepit IV. Kalend. Februarii circa a. DLXXXIII. *g*] Natus eſt A. CCCCXCIII. Scripſit A. DXLIII. & uſque ad A. DLXXXI. ſuperfuiſſe videtur A. MIRAEO. *h*] Scriptis eius accenſetur *Querolus* ſive *Aulularia*. Comœdia. Codices quidam MSS. Gildae eam tribunt, quae Plauti nomine falſo prodiit. *i*] Exſtat annexa editioni Plautinae per

b) v. FABRICIVS l. c. p. 298. *i*) v. FABRICIVS l. c. XX. *a*) vid. Joh. BALEVS Script. Britann. Cent. I. n. LXVI. *b*) BALEVS l. c. *c*) BALEVS l. c. *d*) in Auctar. de Script. Eccleſ. n. CXLIV. *e*) apud BALEVM l. c. *f*) BALEVS l. c. *g*) vid. Joh. PITSEVS de Illuſtr. Britann. Scriptor. pag. 202. *h*) in Auct. de Script. Eccleſ. n. CXLIV. *i*) vid. MIRAEVS l. c.

Digitized by Google

per Joh. Philipp. PAREVM Francof. MDX. o. *k*] A. C.

XXI. DXXCIV.

CHILPERICVS.

Rex Francorum, mortuus A. DLXXXIV. *a*) Scripſit *Epitaphium S. Germani.* Elegiac. Init. *Eccleſiae ſpeculum patriae vigor, ara reorum;* Exſtat in AIMOINI Hiſt. lib. III. c. XVI; in Actis Sanctorum Ordinis S. Bened. Tom. I. p. 245. in Actis Sanctorum Maji Tom. VI. ed. Antwerp. MDCLXXXVIII. d. XXVIII Maji pag. 787. n. 47. E. F.

XXII. DXC.

BANDONINIA.

Ita appellatur a Chriſtophoro HENDREICH. *a*) Alias BANDOMINA. *b*) BANDONINIANA vocatur ab Auberto MIRAEO. *c*) Galla. *d*) Monialis ex diſciplina Venantii Fortunati Pictavienſis epiſcopi, *e*) S. Crucis Pictavii, alumna S. Radegundis Reginae. Flor. circa A. DXC. Cum Fortunatus de illius Reginae vita ſcripſiſſet, alterum ei illa librum addidit, quo complectebatur, quae praeterierat Fortunatus.

---

k) pag. 857.

XXI. *a*) vid. GREGOR. Turonenſis lib. VI. c. 46. & lib. VII, cap. 7. AIMOINVS lib. III, cap. 56. GAGVIN. lib. II. c. 2.

XXII. *a*) Pandect. Brandenb. p. 404. a. *b*) v. HENDREICH l. c. *c*) Auctar. de S. E. n. 183. *d*) v. HENDREICH l. c. *e*) v. MIRAEVS l. c.

Digitized by Google

A. C. tus. Exſtat illa apud Surium Tom. IV. 13. Auguſti: *f*)

XXIII.

DXCVII.

COLVMBA.

Hibernus. Abbas Huenſis. Obiit V. Idus Junii A. DXCVII. Scripſit I. Hymnum in *laudem S. Kierani* Abbatis. II. Tres alios *Hymnos*, quorum primus incipit: *Altus Proſator*. a)

XXIV.

DXCVIII.

COLVMBANVS.

Ita appellatur a SIGEBERTO Gemblacenſi, *a*) & aliis. COLVMBA ab ANONYMO Mellicenſi. *b*) In Hibernia Scotorum inſula natus. *c*) Unde forte Scotus dicitur a Joh. TRITHEMIO *d*) & aliis.

Primum in Hibernia abbas. *e*) Deinde Abbas Luxovienſis *f*) in Gallia, *g*)

Vel in Burgundia, *h*) eiusque cœnobii primus

---

f) v. HENDREICH l. c.

XXIII. *a*) v. WARAEVS de Scriptoribus Hibernis lib. I. pag. 15. apud CAVEVM Hiſt. Lit. Script. Eccl. pag. 343. edit. Genev.

XXIV. *a*) de Scriptor. Eccleſ. c. LX. *b*) de S. E. c. XXV. *c*) v. SIGEBERTVS l. c. *d*) de S. E. n. CCXXIII. *e*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Sigeberti l. c. *f*) v. SIGEBERTVS l. c. *g*) v. Melch. Haim. GOLDASTI Comment. in Columbani carmina p. 69. *h*) v. A. MIRAEVS Schol. ad Sigeberti de S. E. c. 60.

Digitized by Google

mus fundator. *i*) Demum Bobii in Italia abbas. *k*) A. C. DXCVIII.

Moritur ſub Mauritio Imperatore A. DXCVIII. Indictione I. XI. Kalend. Decembris Joh. TRITHEMIO perhibente. *l*) Vel A. DCXV. teſte BARONIO, *m*) XI. Kal. Decembr. aſſerentibus martyrologiis Bedae, Uſuardi, Adonis Treverenſis, Wandelberti & Romano *n*) Diem IX. Kalend. Decembr. habet CAVEVS *o*)

Scripſit I. Adhuc adoleſcens librum *Pſalmorum* elimato ſermone, teſte SIGEBERTO Gemblacenſi. *p*) Niſi forte Commentarii in Pſalterium indicantur, quorum TRITHEMIVS A. DXCVIII. & HARTMOTVS Annotationes librorum qui ſunt in monaſterio S. Galli meminerunt. *q*)

II. Alia *ad canendum digna* ſcripſit teſte SIGEBERTO. *r*)

III. Epiſtola *ad Hunaldum*, verſu hexametro, initio: *Caſibus immuneris decurrant tempora vitae.* Acroſticha eſt verba: *Columbanus Hunaldo*, primis verſuum literis exhibens.

M

i) vid. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 225. SVRIVS d. 21. Novembr. & Chronicon BENIGNI Divionenſis Tom. I. Spicileg. Dacher. p. 377. ſqq. Conf. Jo. Alb. FABRICIVS not. ad Trithemii l. c. *k*) v. MIRAEVS l. c. *l*) l. c. *m*) Tom. VIII. Annal. *n*) v. GOLDASTI Comm. in Columbani carmina p. 70. *o*) de Script. Eccleſ. p. 351. ed. Genev. *p*) de S. E. c. 60. *q*) v. GOLDASTVS l. c. p. 72. *r*) l. c.

A. C. DXCVIII.

bens. Deteſtatur in ea avaritiam. *s*) Exſtat in Melchioris Haiminsfeldi GOLDASTI Paraeneticorum veterum Parte I. ed. Inſulae 1604. *t*) Edidit eam & SIRMONDVS cum Eugenio Toletano Pariſ. 1619. recuſam T. 2. Opp. Sirmondi p. 908. *u*) Annexum CATONIS diſtichis de moribus per Chriſtian. DAVMIVM Cygneae 1672. *w*) Prodiit quoque in Bibliotheca Maxima Patrum ed. Lugdun. 1677. *x*)

IV. Epiſtola ad *Sethum*, ut vulgo inſcribitur. Apud Geor. Fabricium *Epiſtola in qua deteſtatur avaritiam* appellatur & ad Hunaldum dirigitur. Scripta eſt verſu hexametro initio: *Suſcipe Sethe* [vel *Hunalde* ſecundum editionem Fabricianam] *libens & perlege mente ſerena*. Exſtat in Geor. FABRICII Poetis Eccleſiaſticis ed. Baſileae 1564; *y*) in GOLDASTI Paraeneticis; *z*) in Henr. CANISII Tom. I. Antiquar. Lectionum; in Bibliotheca Patrum ed. Colon; *aa*) in Thomae MESSINGAMI Florilegio Sanctorum Hiberniae; *ab*) adjuncta Catonis diſtichis per DAVMIVM; *ac*) & in Bibliotheca Max. Patrum. *ad*)

V. Epiſtola *ad Fedolium*, verſu adonico, ini-

s) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 711. *t*) p. 47. *u*) v. FABRICII Bibl. Lat. ed. cit. Suppl. p. 298. *w*) p. 223. *x*) T. XII. p. 33. F. *y*) col. 779. *z*) p. 48. *aa*) v. Patricius FLEMINGVS in praef. ad Columbani poemata in Biblioth. Max. Patr. Tom. XII. p. 33. C. *ab*) v. FLEMINGVS l. c. *ac*) p. 224. *ad*) T. XII. p. 33. G.

Digitized by Google

initio: *Accipe quaeſo nunc bipedali.* Ultimi versus sunt hexametri. Edita est a GOLDASTO, *ae*) DAVMIO *af*) & in Bibliotheca Max. Patrum, *ag*] A. C. DXCVIII.

VI. Epigramma de *muliere*, versu Elegiaco, initio: *Omnis mente pius fugiat mortale venenum.* Evulgatum a GOLDASTO; *ah*] DAVMIO; *ai*] & in Bibliotheca Max. Patrum, *ak*]

VII. *Monoſticha* vel Monoſtichon versu hexametro, initio: *Haec praecepta legat devotus & impleat actu.* Ea ALDHELMO a quibusdam, ab aliis rectius tribuuntur ALCVINO Flacco, judice Jo. Alb. FABRICIO, *al*) Hinc & prodierunt inter opera Alcuini edit. Quercetani num. CLXXIX. fol. 1715. *am*] Exstant in Melch. GOLDASTI Paraeneticorum veterum Part. I. ed. Inſulae 1604; *an*] in Henr. CANISII Lection. antiqv. Tom. I. ex MSto codice Friſingenſi; *ao*] apud Martinum DELRIVM MDCI. ex codice Abbat. S. Laurentii Leodienſis; *ap*] in Bibliotheca Patrum ed. Colonienſi; *aq*] in Florilegio Sanctorum Hiberniae per Thomam MESSINGAMVM; *ar*] annexa CATONIS diſtichis de moribus per Chriſtian.

ae) l. c. p. 52. *af*) l. c. p. 227. *ag*) l. c. p. 34. C. *ah*) l. c. p. 59. *ai*) l. c. p. 230. *ak*) l. c. p. 34. H. *al*) Bibl. Lat. ed. 1712. p. 685. *am*) v. Chriſtian. DAVMIVS in Catonis diſtich. de moribus p. 230. *an*) p. 59. *ao*) v. Patritius FLEMINGVS l. c. p. 33. D. *ap*) v. FLEMINGVS l. c. *aq*) v. FLEMINGVS l. c. *ar*) v. FLEMINGVS l. c.

Digitized by Google

A. C. DXCVIII. ſtian. DAVMIVM Cygneae 1672. *as*] in Bibliotheca maxima patrum ed. Lugduni 1677. *at*] Multi in Monoſticho verſus, & quidem integri, priſcorum poetarum reperiuntur, potiſſimum vero Octaviani Romani, qui ut opinatur Goldaſtus, auctor exſtitit elegantis libelli, qui nomine Catonis in ſcholis vulgo circumfertur. *au*]

VIII. Rhythmus de *vanitate & miſeria vitae mortalis*, initio: *Mundus iſte transit & quotidie decreſcit.* Exſtat in Jacobi VSSERII epiſtolis Hibernicis Paris. 1666. 4. pag. 4. ſeq. *aw*] in Bibliotheca Maxima Patrum ed. Lugdun. 1677. *ax*] Non videtur autem eſſe hujus ſeculi.

IX. Verſus cujusdam (ut in titulo habetur) ſapientis, & ut fertur, B. Columbani, exſtant manuſcripti in Bibliotheca Roberti COTTONI Julius D. ll. 19. *ay*]

X. Verſus hexametri annexi Aurelii Prudentii poemati de virtutibus & vitiis initio: *Hic ſtatuit metam doctus Prudentius auctor*, quos S. Columbani eſſe coniicit Thomas SMITHVS. Exſtantque manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Cleopatra C. VIII. 1. *az*]

Poemata Columbani collecta ſunt ab ipſo Co-

as) p. 230. *at*) Tom. XII. p. 35. *au*) vid. FLEMINGVS l. c. D. E. *aw*) v. Jo. A. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 685. *ax*) T. XII. p. 36. *ay*) v. Thomae SMITHII Catalogus p. 8. *az*) v. SMITHII Catalogus p. 141.

Digitized by Google

Columbano, quod ex diſticho colligitur hexametro praemiſſo carminibus ab ipſo Columbano. *ba*) Habentur collecta in Henrici CANISII Antiq. Lect. Tom I. Append; bb] in Melchioris Hainiasf. Goldaſti paraeneticorum veterum Part *1*. ed. Inſulae 1604. ex bibliotheca monaſterii S. Galli, cum commentario Goldaſti; *bc*) a SIRMONDO cum EVGENIO Toletano; *bd*) per Patricium FLAMINGVM Lovanii, *be*) ex impreſsis & MSS. Codicibus; *bf*) annexa Dionyſii CATONIS Diſtichis de moribus per Chriſtian. DAVMIVM. Cygneae 1672. p. 223. ſecundum editionem Goldaſti; in Bibliotheca magna patrum ed. Paris. 1644.: *bg*) in Bibliotheca Max. Patrum ed. Lugdun. 1677. *bh*) ad editionem Flemingi Lectio verſus cujusdam Columbani corrigitur a Caſp. BARTHIO. *bi*) A. C. DXCVIII.

Vetus & probus etiam inter poetas, niſi cum ſpuria tanto auctori adſcribuntur, aut genuina, quae forte ſunt, male corrumpuntur, habetur a Caſp. BARTHIO. *bk*) SEC. VI.

XXV.

ANONYMVS.

Auctor Epitaphii, quod Avito, ſeculo quo

ba) vid. editionem Goldaſtianam pag. 42. *bb*) pag. 3. *bc*) p. 41. *bd*) v. FABRICIVS l. c. *be*) v. FABRICIVS l. c. *bf*) v. Bibl. Max. Patr. l. c. *bg*) T. VIII. col. 845. *bh*) S. XII. p. 33. *bi*) Animadverſ. ad Papin. Statii Lib. I. Silv. II. p. 74. *bk*) ad Claudian. 2. Edit. pag. 1084. & Adverſ. lib. 56. cap. I. Col. 1626. apud Chriſtian. DAVMIVM edit. Columbani cit. p. 223.

A. C. DXCVIII. decesſit, ſcripſit, cuius partem exhibet Guil. CAVEVS. *a*)

SECVLVM SEPTIMVM.

I.

DCIV. ### *GREGORIVS.*

NAtione Romanus, ex Praetore urbano Monachus & Abbas, ſeptimus Eccleſiae Romanae Levita, Apocriſiarius, Papa Romanae Eccleſiae *a*) Obiit in ipſo exordio Phocae Romani principis. *b*) Anno Phocae *Imper.* ſecundo, IV. Idus Martiarum migravit ad Dominum. *c*) Papa A. DXC. creatus, A. DCIV. ad cœlites tranſiit. *d*)

Scripta

I.) Hymnus de *die Dominico.* Iamb. Quatern. Init.

Primo dierum omnium.

Exſtat in Georg. FABRICII Poetis Eccleſiaſticis ed. Baſil. MDLXIV. *e*)

II.) Hymus *tempore Veſpertino.* Sapph. Initium.

Nocte ſurgentes vigilemus omnes.

Exſtat ibid. *f*)

III.)

XXV. *a*) in Hiſtor. litt. Scriptor. Eccleſ. p. 373. edit. Londinenſ.

I. *a*) vid. SIGEB. Gemblac. de Script. Eccl. cap. XLI. *b*) v. ISIDORVS Hiſpal. de Script. Eccleſ. cap. XXVII. *c*) vid. Anonymus Mellicenſ. de Script. Eccleſ. cap. VIII. *d*) vid. Aubertus MIRAEVS Schol. ad Iſidori c. XXVII. *e*) col. 783. *f*) col. 789.

Digitized Google

III.) Hymnus *tempore Veſpertino.* Sapph. A. C. DCIV.
Initium.
Ecce jam noctis tenuatur umbra.
Exſtat ibid. *g*)
IV. Hymnus *jejunantium.* Jamb. Quat.
Initium.
Clarum decus jejunii.
Exſtat ibid. *h*)
V.) Hymnus *jejunantium* Jamb. Quat. Init.
Audi benigne conditor.
Exſtat ibid. *i*)
VI.) Hymnus *in die Palmarum.* Jamb.
Quatern. Init:
Magno ſalutis gaudio.
Exſtat ibid. *k*).
VII.) Hymnus in *paſſione Chriſti.* Jamb.
Quatern. Init:
Rex Chriſte factor omnium.
Exſtat ibid. *l*)
VIII.) Hymnus *in die Pentecoſtes.* Iamb.
Quatern. Init:
Jam Chriſtus aſtra aſcenderat.
Exſtat ibid. *m*)
Hymni collecti in Operibus Gregorii, quae juſſu Sixti V. Papae PETRVS Toſcianenſis, Epiſcopus Venuſinus in Sex tomos redegit, editis Romae, Antwerpiae & alibi *n*)

g) col. 789. *h*) col. 794. *i*) col. 795) *k*) col. 796. *l*) col. 296. *m*) col. 800. *n*) vid. Aubertus MIRAEVS Schol. in Iſidori Hiſpalenſ. de Script. Eccleſ. cap. XXVII.

Digitized by Google

A. C. DCX.

II.

MARCVS.

Casſinenſis Monachus. *a*) Familiaris Benedicti Casſinenſis. *b*) Patris Benedicti diſcipulus vocatur a PETRO. *c*) Floruit ſub A. DCVI. teſte MIRAEO; vel ad imperium Heraclii Auguſti A. DCX. teſte TRITHEMIO. *d*) Scripſit verſu

I.) De *adventu S. Benedicti ad Casſinum* e)

II.) *Vitam Benedicti* Casſinenſis, a Gregorio deſcriptam, paucis ſuperadditis heroico genere. *f*) Exſtat in Proſperi MARTINENGI Poematum libr. III. Romae MDXC. *g*) Venuſtum hoc carmen habet Petrus DAMIANVS. *h*) Carmen elegantiſſime currens eſt Joh. TRITHEMIO. *i*)

III.) De *ſitu conſtructioneque Cœnobii Casſinenſis. k*) Verſus hos elegantiſſimos praedicat PETRVS. *l*)

IV.) S. *Benedicti Miracula* a D. Gregorio Pa-

II. *a*] vid. PETRVS Diaconus de Viris illuſtribus Casſinenſ. cap. III. *b*] vid. SIGEB. Gemblacenſ. de Script. Eccleſ. cap. XXXIII. *c*] l. c. *d*] de Scriptor. Eccleſ. n. CCXVIII. *e*) vid. Petrus l. c. *f*] vid. SIGEBERTVS l. c. *g*] Vid. MIRAEVS Schol. ad Sigeb. Gemb. de Script. Eccleſ. Cap. XXXIII, & in Auctar. de Scriptor. Eccleſ. n. CLXXI. *h*] Serm. VIII. in Vigilia S. Benedicti, apud *Joh. Baptiſt. Marum not. ad Petrum Diaconum de Viris illuſtr. Caſſin. cap. III. i*] l. c. *k*] vid. PETRVS Diaconus de Vir. illuſtr. Caſſin. cap. III. *l*] l. c.

Papa primo omiſſa. *m*) Heroicis verſibus. *n*) A. C.

III.

HONORIVS I. DCXXXIX

Papa ordinatur A. DCXVI. d. XXVIII. Septembr. Obiit DCXXXVIII. d. XIII. Septembr. *a*) Scripta

I.] De *Apoſtolis, in Chriſti ad coelos adſcenſione obſtupeſcentibus* epigramma. Elegiaco verſu, non Heroico, ut habet Aubertus MIRAEVS *b*) Init.

Luce videt Chriſtum Petrus, quem nocte negavit.

Exſtat in Georg FABRICII not. ad Poet. Eccles. ed. Baſil. MDLXIV; *c*) Bibliotheca Patrum edit. Colon; *d*) Bibliotheca magna Patrum ed. Paris. MDCXLIV; *e*) Bibliotheca max. Patrum ed. Lugd. MDCLXXVII. *f*)

II.] *Epitaphium Bonifacii V.* Pontificis Romani. Initium.

Cur titulata diu torpuerunt jura ſepulcri.

Exſtat in Appendice antiqv. Inſcript. *g*) in Propylaeo ad Acta Sanctorum Maji; *h*) & in PAPEBROCHII Conatu ad Catalogum Pontificum, *i*) ex Appendice cit.

m] vid. Joh. Bapt. MARVS not. ad Petri cit. loc. *n*] vid. idem l. c.

III. *a*] vid. Catalogus Pontificum, a PAPEBROCHIO editus, n. LXXII. *b*] in Auctar. de Scriptor. Eccleſ. n. CLXXXV. *c*] pag. 10. *d*] Tom. VII. vid. MIRAEVS l. c. *e*] Tom. VIII. col. 680. *f*] Tom. XII. p. 214. *g*] pag. 1165. num 20. *h*] pag. 96. B. *i*] l. c.

Digitized by Google

A. C. DCXXXVI.

IV.
ISIDORVS.

Junior dicitur a SIGEBERTO Gemblacensi *a*) & Joh. TRITHEMIO, *b*) ad differentiam senioris Episcopi Cordubensis, vel alterius etiam, qui eum praecesserit, Hispalensis Episcopi. Post Leandrum fratrem Hispalensis sedis Provinciae Baeticae, cathedram tenuit. *c*) Floruit temporibus Reccaredi, Liuvanis, Witterici, Gundemari, Sisebuti, Svinthilani & Sisenandi Regum, annis fere quadraginta tenens pontificatus honorem; *e*) sub Heraclio; *f*) Ao. DCXXX. teste TRITHEMIO. *g*) vivere desiit A. DCXXXVI. *b*) die IV. Aprii. *i*) aut III. Apr. ut habet Gvil. Cave. *k*). Inter Scripta Poetica refero.

I.) Hymnum duplicem in *laudem S. Agathae*, qui legitur in Actis Sanctorum Februarii Tom. I. *l*).

II) *Alphabetum Orationis* ad tentamenta repellenda adversarii, & Dei gratiam promerendam. Init:

Audi Christe tristem fletum amarumque canticum.

In-

IV. *a*] de Script. Eccles. cap. LV. *b*] de Scriptor. Eccles. n. CCXXXII. *c*] vid. ILDEFONSVS Toletanus de Script. Eccles. cap. IX. *e*] vid. ILDEFONSVS l. c. *f*] vid. HONORIVS Augustodunensis de Script. Eccles. lib. III. cap. 40. *g*] loc. cit. *b*] vid. MIRAEVS l. c. *i*] vid. HENSCHENIVS Actor. Sanctor. Februarii Tom. I. pag. 596. *k*] de Script. Eccles. pag. 556. *l*] pag. 596.

Digitized by Google

Incertum est Vitae S. Isidori, auctore Canonico regulari coenobii Legionensis S. Isidori, forte LVCA postea Episcopo Tudensi. *m*). Occurrit ἀνώνυμος inter codices manuscriptos bibliothecae Paulinae Lipsiensis. *n*) A. C. DCXXXVI.

V.

BONVS.

DC XXXVIII.

Alumnus Honorii Papae (ab A. DCXXVI. d. XXVIII. Septembr. ad an. DCXXXVIII. d. XIII. Septembr.) quod ex ultimo Epitaphii disticho colligitur. Scripsit *Epitaphium Honorio Papae.* DCXXXIIX Nomen Auctoris ultimus versus exhibet, sic:

Pastorem magnum laudis pia praemia lustrant.

Exstat in Appendice antiquar. Inscriptionum, *a*) in Danielis PAPEBROCHII Conatu Chronico Historico ad Catalogum Romanorum Pontificum, *b*) ex Appendice Inscript. Suspicatur PAPEBROCHIVS *c*) pro BONVS legendum NONVS, qui fuit Pontifex Romanus, factus a DCLXXVI.

VI.

BRAVLIO.

DCXLVI.

Ita appellatur ab Ildefonso Toletano *a*) Aliis BRAVLIVS. *b*) Decedente fratre Joanne ejus lo-

m] cap. VI. in Actis Sanctorum Aprilis Tom. I. pag. 340. *n*] v. Joach. FELLERI Catalog. p. 139. n. 13.

V. *a*] pag. 1165. n. 11. *b*) Part. I. Honorio LXXII. n. 3. vid. Propylaeum ad Acta Sanctorum Maji pag. 97. C. *c*) l. c. F.

VI. *a*) de Script. Eccles. cap. XII. *b*) vid. Aubert. MIRAEVS Schol. ad Ildefonsi cit. loc.

Digitized by Google

A. C. DCXLVI. locum in Caesarauguſta adeptus eſt. Habuit ſacerdotium ferme viginti annis; quibus expletis cluſit diem vitae praeſentis. Duravit in regimine temporibus Siſenandi, Cinthilae, Tulganis & Cindasvindi Regum. *c*) Conciliis IV. V. & VI. Toletanis interfuit. Circa A. DCXLVI. mortuus; *d*) vel hoc ipſo anno, teſte Guil. CAVEO. *e*) Scripſit Hymnum de S. *Aemeliano*, qui exſtat in Actis ſanctorum ordin. Bened. *f*)

DCLVII. VII.

EVGENIVS.

Episcopus Toletanus Eugenii prioris ſucceſſor. *a*) Claruit temporibus Cinthasvindi & Recocesvindi Regum, fere duodecim annis tenens dignitatem *b*) Obiit A. DCLVII. *c*)

Conſcripta ab Eugenio verſibus potiora ſunt:

I.] *Praefatio Dracontii Hexaëmero* praefixa Hexametr. Init:

Principia inſignem faciem viſure libelle.

Exſtat in editione Dracontii Riviniana Lips.

c) vid. ILDEFONSVS l. c. *d*) vid. MIRAEVS l. c. *e*) de Scriptor. Eccleſ. ed. Genev. p. 378. *f*) Tom. I. pag. 215.

VII. *a*) vid. ILDEFONSVS Toletanus de Scriptor. Eccleſ. Cap. XIV. *b*) vid. ILDEFONSVS l. c. & EVGENII Epiſtola, praefixa Dracontii libellis ad Chindaſvintum Regem. *c*) v. CAVEVS de Script. Eccleſ. p. 384. ed. Genev.

Lips. MDCLI. *d*) & in Bibl. max. Patr. *e*) A. C.

II.) *Monoſticha recapitulationis ſeptimi diei*, in fine libri Dracontii, Hexaëmero adjecta. Hexametr. Init. DCLVII.

Primus in orbe dies lucis primordia ſumſit.

Exſtat in Eugenii opuſculis n. XIX. in Bibl. max. Patr. dd] in Dracontii editione Riviniana, ee] in Biblioth. max. Patr. Tom. IX. *f*)

III.) *Praefatio* opuſculis poeticis præmiſſa. Eleg. Init:

Obliquum noſtrae viſum qui figis opellae.

Exſtat Eugenii opuſculis præfixa in editione Riviniana *g*) & Biblioth. Max. Patr. *h*)

IV.] Oratio *ad Deum.* Hexametr. Init:

Rex Deus immenſi quo conſtat machina mundi.

Exſtat in Eugenii opusculis, n. I. in Edit. Riviniana, *i*) & in Bibl. max. Patr. *k*)

V.] *Commonitio mortalitatis humanae.* Hexametr. Initium.

O mortalis homo mortis reminiſcere caſus.

Exſtat ibid. *l*)

VI.] De *mentis humanae mutabilitate.* Hexametr. Init.

Neſcia mens noſtra fixum ſervare tenorem.

Exſtat ibid. *m*)

VII.]

d) A. 2, b. *e*) Tom. IX, pag. 724. H. dd.] Tom. XII. pag. 348. A. ee] B, 7, b. *f*) pag. 730. G. *g*) C, 4, b. *h*) Tom. XII, pag. 345. B. *i*) C, 4, b. *k*) T. XII. p. 345. C. *l*) n. II. in ed. Rivin. G, 5, a. in Bibl. max. Patr. Tom. XII. pag. 345. D. *m*) n. III. in Ed. Rivin. G, 5, b. in Bibl. max. Patr. Tom. XII. pag. 345. E.

Digitized by Google

A. C. DCLVII. VII.] de *Bono pacis*. Elegiac. Init.
Qui cupis infestum semper vitare Chelyarum.
Exstat ibid. *n*)

VIII.] Contra *ebrietatem*. Hexametr. Init.
Qui cupis esse bonus & vis dignoscere verum.
Exstat ibid. *o*)

IX.] Contra *crapulam* Elegiac. Init.
Propense stomachum qui jurat labe ciborum.
Exstat ibid. *p*)

X.] de *Basilica sanctorum decem & octo martyrum*. Eleg. Init.
Incolit hoc templum sat felix turba piorum.
Exstat ibid. *q*)

XI.] de *Basilica S. Vincentii* in Caesaraugusta, ubi dicitur cruor ejus effluxisse. Eleg. Initium:
Macte decus proprium Vincenti Martyr alumne.
Exstat ibid. *r*)

XII.] de *Basilica S. Aemiliani*. Eleg. Init.
Quem moror, quem culpa premit, quem denique morbi.
Exstat ibid. *s*)

XIII.] In *Basilica S Felicis*, quae est in Tautanelio. Eleg. Initium:
Ecce

n) n. IV. in ed. Riv. C, 5, b. in Bibl. max. PP. Tom. XII. p. 345. F. *o*) n. V. in ed. Riv. C, 6, a. in Bib. max. Patr. l. c. G. *p*) n. VI. in Riv. C, 6, b. in Bibl. max. PP. l. c. H. *q*) n. VII. in Riv. C, 6, b. in Bibl. Patr. Tom. XII. pag. 346. A. *r*) n. VIII. in Riv. C, 7, a. in Bibl. max. PP. l. c. B. *s*) n. IX. in Riv. C, 7, b. in Bib. max. Patr. l. c. C

Ecce domus Domini quae ducit ad atria coeli. A. C. MCLXII.
Exſtat ibid. *t*)

XIV.] *Querimonia aegritudinis propriae.* Eleg. Initium:
Vae mihi, vae miſero, qui ſemper feſſus anhelo.
Exſtat ibid. *u*)

XV.] Lamentum de *adventu propriae ſenectutis.* Vario Carminum genere ſcriptum. Initium:
Impia iam miſerum me captat curva ſenectus.
Exſtat ibid. *x*)

XVI.] de *brevitate hujus vitae.* Metro Trochaico. Initium:
Criminum mole gravatus, & reatu ſanctus.
Exſtat in opuſculis Eugenii. *y*)

XVII.] *Epitaphium proprium.* Hexametron. Acroſtichon & Teloſtichon. Primae litterae vocem EVGENIVS, poſtremae vocem MISELLVS exhibent. Initium:
Excipe, Chriſte potens, diſcretam corpore mentem.
Exſtat ibidem. *z*)

XVIII.] Domini *Evantii* Epitaphium. Hexam. Acroſtichon & Teloſtichon, Primis

t) n. X. in Ed. Riv. in Bibl. Max. Patr. l. c. D. *u*) n. XI. in Rivin. in Bibl. max. Patrum l. c. E. *x*) n. XII. in Ed. Riv. in Bibl. max. Patr. l. c. F. *y*) n. XIII. in Edit. Riviniana D. a. a. in Bibliot. Maxima Patrum Tom. XII. pag. 347. D. *z*) n. XIV. in Rivin. D. 3. a. in Bibl. max. P. P. l. c. F.

Digitized by Google

A. C. DCLVII. mis litteris NICHOLAO, ultimus EVANTIVS ſiſtens. Init.

Nobilis & magno virtutum culmine celſe.

Exſtat ibid. *aa*)

XIX.] *Pacis redintegratio*, ut habet inſcriptio Riviniana, pro qua Bibliotheca maxima Patrum legit; *Domni Evantii.* Eleg. Init.

Gaudia praepetibus concurrunt undique votis.

Exſtat ibid. *ab*)

XX.] Monaſticha de *decem plagis Aegypti.* Hexametr. Initium:

Prima plaga Aegypti [vel: *plaga prior Nili*] *lymphas inſanguine vertit.*

Exſtat ibid. *ac*)

XXI.] Ad *Johannem.* Hexametrum carmen vocibus diſruptis. Init.

O Jo *verſiculos nexos quia deſpicis* HANNES.

Exſtat ibid. *ad*)

XXII.] Ad *Euſebium* presbyterum. Elegiacum. Initium:

Sanctorum meritis claro, ſemperque beato.

Exſtat ibid. *ae*)

XXIII.] Verſus de *aeſtate* Sapphici. Init.

Dura quod gignit quod amara cunctis.

Exſtant ibid. *af*)

XXIV.]

aa) n. XVII. in Riv. D. 3. b. in Bibl. Max. P. P. l. c. G. *ab*) n. XVIII. in Riv. l. c. in Bibl. max. P. P. l. c. H. *ac*) n. XX. in Rivin. l. c. in Bibl. Max. Patr. Tom. XII. pag. 348. A. *ad*) n. XXIII. in Rivin. D. 4. b. in Bibl. Patr. max. l. c. G. *ae*) n. XXIV. in Riv. l. c. in Bib. Max. Patr. l. c. D. *af*) n. XXX. in Riv. D. 5. b. in Bibl. max. Patr. l. c. G.

Digitized by Google

XXIV.] de *morte coniugis Chindasuindi Regis*. Hexametr. Init. A. C. DCLVII.

Si dare pro morte gemmas licuiſſet & aurum.

Exſtat in Eugenii opuſculis. *ag*)

Collecta ſunt Eugenii carmina ab Eugenio in opuſculis, ut praefatio docet. Edita per GERMONDVM A. MDCXIX Lutetiae; *ah*) ab Andrea RIVINO Lipſiae MDCLI cum Dracontio in oct; in Bibliotheca maxima Patrum Lugd. MDCLXXVII. *ai*) Correxit & ſupplevit Dracontii poemata Eugenius, qua de re vide in Dracontio. Libellos Dracontii de creatione mundi conſcriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea quae inconvenientius repperit, ſubtrahendo, immutando, vel meliorando, ita in pulchritudinis formam coegit, ut pulchriores de artificio corrigentis, quam de manu proceſſiſſe videantur auctoris. Ita ſentit ILDEFONSVS Toletanus. *ak*) Addo judicium MIRAEI; *al*) Ex Eugenii verſibus intelligi datur, fuiſſe virum non inelegantis ingenii, neque ineruditi. Epigrammata &ſi rudia ſint atque impolita, idque magis aevi, quam auctoris culpa; eſt tamen in iis rerum ſententiarumque pondus non exiguum.

ag) n. XXXI. in Ed. Rivin. D. 6. a. in Bibl. Patr. max. Tom XII. pag. 349. A. *ah*) Vid. Aub. MIRAEVS Sch. ad Iſidori cap. XIV. de Script. Eccleſ. *ai*) Tom. XII. pag. 345. ſqq. *ak*) de Scriptor. Eccleſ. cap. XIV. *al*) Schol. ad cit. caput Ildefonſi.

A. C. DCLVII. Ex versibus de aestate producam aliquos:

Nunc polus Phoebi nimio calore
Aestibus flagrat, fluviosque siccat,
Intonat tristis, jaculansque vibrat
Fulmina dira.
Ingruit imber inimicus arvis,
Flore nam suevit spoliare vites:
Spem quoque frugum populat nivosis
Grando lapillis.
Bufo nunc turget, & inimica sylvis
Vipera laedit, gelidusque serpens
Scorpius ictu jugulat, paritque
Stellio pestem.
Musca nunc saevit, piceaque blatta,
Et culex mordax, olidusque cimex
Suetus in nocte vigilare pulex
Corpora pungit.

VIII.

DCLXVII. ## ILDEFONSVS.

Ita dictus a JVLIANO. *a)* HILDEFONSVS a Joh. TRITHEMIO. *b)* Episcopus Toletanus. *c)* Adscitus in Pontificatum nono Recceſuinthi anno, novem annis rexit ecclesiam: expletoque octavo decimo praedicti principis anno, sequenti die X. Kalendas Februarii mortuus est. *d)* Decessit A. DCLXVII. Me-

VIII. *a)* in Append. ad Ildefonsum de Script. Eccl. *b)* de Script. Eccles. n. LV. *c)* vid. JVLIANVS l. c. *d)* Id. l. c.

Digitized by Google

e) Metro excellens habetur TRITHEMIO. *f*) Scripſit verſibus: A. C. DCLXVII.

I.) *Epitaphia* & *epigrammata*, teſte TRITHEMIO. *g*)

II) *Hymnorum* diverſi generis libr. I. *h*)

III) *Epitapoium S. Iſidori.* Init.

Crux haec alma gerit geminorum corpora fratrum

Exſtat in Vita S. Iſidori autore Canonico regulari coenobii Legionenſis S. Iſidori, forte LVCA, poſtea Epiſcopo Tudenſi. *i*) in Actis Sanctorum Aprilis. *k*)

IV) In *laudem eccleſiae ſancti Iſidori.* Init.

Chriſto Regi gloriae concinamus iugiter.

Exſtat in Vita Iſidori, *l*) quae Ildefonſo tribuit. *m*)

IX.

DONVS. DCLXXIX.

Pontifex Romanus electus ante XXVI. Junii A. DCLXXVII. obiit A. DCLXXIX. d. XIII. Martii. *a*) *Epitaphium*, quod Boni nomine *Honorio Papae* ſcriptum, forte Donii eſſe coniicit Daniel PAPEBROCHIVS. *b*)

e) vid. Joh. MARIANA de rebus Hiſpanicis lib. VI. c. 20, & Aubertus MIRAEVS Schol. ad Juliani loc. cit. *f*) loc. cit. *g*) loc. cit. *h*) Vid. TRITHEMIVS n. LV. de Script. Eccleſ. *i*) Cap. X. *k*) Tom. I. pag. 350. *l*) loc. cit. *m*) vid. Acta Sanctorum l. c. quae tamen Ildefonſo carmen abjudicant in not. d. pag. 351.

IX. *a*) vid. Catalogus Pontificum editus a PAPEBROCHIO. *b*) in Conatu Chronico Hiſtorico ad Catalogum Pontificum P. I. n. LXXII. Annot. 3. in Propylaeo ad Acta Sanctorum Maji pag. 97. f.

A. C. DCXXCII.

X.

AVDOENVS.

Ita appellat SIGEBERTVS Gemblacenſis. *a*) AVDOEMVM nominat Laurentius SVRIVS. *b*) DADONEM etiam vocari notat SIGEBERTVS Gemblacenſis. *c*) Natione Gallicus frater Adonis Monachi. *d*) Epiſcopus Rotomagenſis. *e*) Creatus anno tertio Clodovei Francorum Regis, Chriſti DCXLVI. d. XIV. Maii. *f*) Claruit temporibus Conſtantini Imperatoris filii A. DCLX. *g*) A. DCL. Cabilonenſi concilio, anno DCLVIII. privilegio libertatis monaſterio S. Dionyſii conceſſo ſubſcripſit. Anno Clotarii III. Regis quarto, Chriſti DLXIV. privilegium libertatis monaſterio Corbeienſi conceſſum ſignavit. A. DCLXXXII Ansbertus Epiſcopus, Andoëmi ſucceſſor Rotomagenſi concilio praefuit. *h*) Itaque A. DCLXXXII non amplius in vivis fuit Audoënus. Obiit, ſi fides habenda Caveo, *i*) A. DCLXXXIII. Obiit anno Theodorici Francorum Regis ſexto [h. e. Chriſti DCLXXII. vel DCLXXIII.] non

X. *a*) de Script. Ecc. c. 53. *b*) de probatis Sanctorum Hiſtoriis Tom. III. d. 8 Jan. *c*) loc. c. *d*) vid. Joh. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccleſ. n. CCXXXIV. *e*) vid. SIGEB. Gembl. loc. cit. *f*) vid. Aub. MIRAEI Auct. de Script. Eccleſ. n. CLXIII. *g*) vid. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccl. n. CCXXXIV. *h*) vid. Aub. MIRAEVS l. c. *i*) de Scriptor. Eccleſ. pag. 382. edit. Genev.

Digitized

non decimo ſexto, ut corrupte apud Surium legitur, ſed vigeſimo quarto Auguſti, ut monet Aub. MIRAEVS. *k*) Obiiſſe vero nonagenarium, cum annum epiſcopatus quadrageſimum quartum ageret, dicit idem MIRAEVS. *l*) Si quod Miraeus habet creatus eſt epiſcopus A. DCXLVI, obiiſſe dicendus Audoënus A. DCXC. Fallitur ergo vel in Scholio, vel in Auctario. A. C. DCXXCII

Scripſit Carmen de *SS. Medardo & Gildardo*, quorum prior Noviomenſis, poſterior Rothomagenſis Epiſcopus fuit, inſertum Laurentii SVRII de probatis Sanctorum Hiſtoriis Tom. III. *m*)

XI. DCXC.

IVLIANVS.

Epiſcopus Toletanus. *a*) Anno tertio Egicanis Principis pridie nonas Martii aera DCCXXIIX [A. Chriſti DCXC] diem vitae clauſit extremum. *b*) Non ergo claruit ſub Marciano Imperatore Ao. CCCCL. ut habet TRITHEMIVS. *c*) Scripſit librum carminum diverſorum, in quo ſunt *Hymni, Epitaphia*, atque de diverſis cauſis *Epigrammata* numeroſa. *d*)

k) Schol. ad Sigeb. Gemm. de Script. Eccleſ. cap. 58. *l*) in Auctar. de Scriptor. Eccleſ. n. CLXXIII. *m*) ed. Colon. 1573. d. VIII. Junii pag. 565.

XI. *a*) Vid. FELICIS Appendix ad Ildefonſum de Script. Eccl. & SIGEB. Gemb. de Script. Eccleſ. cap. 56. *b*) vid. FELIX l. c. *c*) de Scriptor. Eccleſ. n. CLXX. *d*) vid. FELIX l. c.

A. C. DCXC.

XII.

CRESCONIVS.

Episcopus Africanus. Claruit circa annum DCXC. *a*) Descripsit *bella & victorias*, quas Johannes Patricius, a Leontio Imperatore in Africam missus, *de Saracenis* reportavit, versibus hexametris; quod opus interiit. *b*)

SEC. VII.

XIII.

LVTINGVS.

Discipulus Bedae senioris monachi Lindisfarnensis. *a*) Scripsit *Epitaphium* B. *Bedani* presbyteri. *b*) Hexametr. Initio: *Hoc Christi famuli Bedani membra sepulcro.*

SECVLVM OCTAVVM.

DCCIX.

I.

ALDHELMVS.

ADELMVS dicitur a SIGEBERTO Gemblacensi *a*) qui duos ex uno Adelmo perperam facit. ALTHELMVS appellatur ab ANONYMO Mellicensi, *b*) ab aliis ALDELMVS, ADELHELMVS, ALTELMVS, ANTHELMVS, ALDELINVS. *c*)

Durotellus, seu Bladunius. Kenredi filius &

XII. *a*) Vid. Gvil. CAVEVS in Hist. litt. Script. Eccl. ed. Londin. 1688. pag. 469. *b*) vid. Idem l. c.

XIII. *a*) vid. Joh. MABILLONI Anal. vet. Tom. IV. edit. Paris. 1685. pag. 521. *b*) Exstat l. c.

I. *a*) de scriptor. Eccles. cap. 66. & cap. 132. *b*) de Script. Eccles. cap. XXX. *c*) v. Christoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 40. &

Digitized by Google

& Inae Viſi Saxonum vel occidentalium Anglorum regis ex patre nepos. *d*) Abbas Malmesburienſis creatus A. DCLXVI, *e*) epiſcopus Schireburnenſis A. DCCV. Ex hac vita migravit A. DCCIX. *f*) A. C. DCCIX.

Scripta eius poetica haec reperiuntur.

I. *Praefatio* libri carminici de laude virginum ad Maximam Abbatiſſam verſu hexametro, initio: *Metrica tirones nunc promant carmina caſtos.* Hoc carmen triginta ſex alios verſus exhibet, ita ut idem ſemper reſultet, primus ſi recto ordine, ultimus ſi retrogrado, acroſtichus ſi deſcendendo, teloſtichus ſi aſcendendo decurras. Exhibet carmen Joh. PITSEVS in libro de illuſtribus Angliae ſcriptoribus ed. Paris. 1619. *g*) & Bibliotheca Maxima Patrum ed. Lugduni 1677. *h*)

II. Liber de *laude Virginum*, verſu hexametro, initio: *Omnipotens genitor mundum ditione gubernans.* Evulgatus a CANISIO A. 1608. *i*) & in Bibliotheca Maxima patrum Lugduni 1677. *k*) Excerptum ex hoc libro

d) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. I. num. LXXXIII. pag. 83. *e*) v. ALFORDVS in Annalibus Eccleſiae Anglicanae apud Godofr. HENSCHENIVM in Commentario de S. Aldhelmonum. IV. in Actis Sanctorum Maji Tom. VI. d. XXV. Maj. pag. 78. F. *f*) vid. HENSCHENIVS loc. c. *g*) p. 117. *h*) Tom. XIII. p. 3. A. *i*) v. Aub. MIRAEVS Schol. ad Sigebertum de Scriptor. Eccleſ. cap. 132. *k*) loc. c.

Digitized by Google

A. C. DCCIX. habent Acta ordinis Benedict. Sanctor. *l*) Hunc librum ex MS. Oxoniensi emendat Jo. Frid. GRONOVIVS cap. 15. & 20. observat. Ecclesiast. *m*) Illustravit eum observationibus quibusdam Caspar BARTHIVS. *n*)

III. De *octo principalibus vitiis*, versu hexametro, Initio: *Digestis igitur Sanctorum laudibus almis.* Exstat in Henrici CANISII Antiquae Lectionis Tom. V. *o*) & in Bibliotheca maxima Patrum Lugduni 1677. *p*)

IV. *Aenigmata*, versu hexametro. Eorum primus prologus est metricus, initio: *Arbiter aetherio iugiter qui regnine sceptra.* Prologus est acrostichus exhibens has voces: *Aldhelmus fecinit millenis versibus odas.* Ipsa aenigmata incipiunt: *Altrix cunctorum quos mundus gestat in orbe.* Divisus est aenigmatum liber in Tetrasticha XX, Pentasticha XIV, Hexasticha XIII, Septenis versibus comprehensa XIX, octonis X, novenis XI, denis & pluribus XIII. In summam collecti versus aenigmatum nonnisi DCCLV. sistunt, unde integrum hodie non amplius superesse opus conjicitur, quod tamen adhuc SIGEBERTI Gemblacensis aevo supererat. *q*) Aenigmatum versus mille citat & Joh. BA-

l) Tom. I. p. 42. *m*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 716. *n*) Adverf. lib. XLV. cap. X. lib. XIV. cap. VIII. col. 768. *o*) v. Valerii ANDREAE Biblioth. Belgica edit. Lovan. 1643. pag. 346. *p*) Tom. XIII. p. 19. *q*) v. SIGEBERTVS de Script. Ec. c. 12.

Digitized by Google

BALEVS, *r*) ſed forte non vidit. Aenigmata illa pluribus verſibus aucta in lucem emittere voluit LABBEVS. *s*) Excuſa ſunt Baſileae 1593. *t*) notis illuſtrata per Martinum Antonium DELRIO Mogunt. 1601. 12. *u*) & in Bibliotheca Maxima Patrum ed. Lugduni 1677. *w*) Ad Aenigmata Aldhelmi obſervationes dedit Caſpar BARTHIVS. *x*) A. C. DCCIX.

V. De *vita monachorum* verſus elegiaci initio: *Quid deceat monachum vel qualis debeat eſſe*; exſtant manuſcripti in Bibliotheca Roberti Cottoni Caligula A. XI. 3. *y*) Exſtat & *ἀνώνυμος* ibidem Veſpaſianus D. XIX. 3. *z*)

VI. De *metrorum generibus* lib. I. initio: *Aonio rediens deducam vertice*. *aa*) Aldhelmi de *arte metrica* ſcriptum exſtat inter libros manuſcriptos Iſaaci Voſſii n. 294. *ab*)

VII. De *laude Sanctorum* liber I. initio: *Metrica ſi libet*. *ac*) Hexametro carmine ſcriptus fuit, quod ex fragmentis colligitur, quae exhibentur ab AIMONIO Floriacenſi in ſermone de S. Benedicto & leguntur in Bi-

r) Script. Britann. pag. 84. *s*) vid. FABRICII B. L. l.c. not. [t] *t*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandectae Brandenb. p. 49. a. *u*) v. FABRICII Bibl. Lat. ed. cit. p. 716. *w*) Tom. XIII. pag. 23. *x*) Adverſar. L. XXVI. c. 29. & L. LVIII. c. I. *y*) v. Thomae SMITHI Catalogum p. 34. *z*) v. SMITHI Catalogus pag. 115. *aa*) v. Joh. BALEVS de Scriptor. Britann. p. 84. *ab*) vid. Catalogos manuſcriptorum Angliae & Hiberniae T. II. p. 68. n. 2615. *ac*) v. BALEVS l. c.

A. C. DCCIX. bliotheca Floriacenſi per Joh. a BOSCO Lugduni 1610. *ad*)

VIII. Scripſit & *Dialogum meretricum* lib. I. Puto legendum eſſe *metricum*. *Hymnos* & *odas* lib. I. *Carmina* diverſi generis lib. I. *ac*]

IX. Die quadam cum in regina urbium *Apoſtolorum* Eccleſiam ingrederetur, ad *laudem eorum* edidit verſus, quorum initium:

Hic celebranda rudis floreſcit gloria templi.

quos inſeruit monachus quidam Malmesburienſis vitae S. Aldhelmi. *at*]

X. *Monoſticha* Columbani Aldhelmo a quibusdam tribuuntur. *ag*]

Prodierunt cum aenigmatibus Mogunt. 1601. 12. *ah*]

XI. Verſus in *laudem ſalis*, quaeſtiones *aenigmatum* rhetoricae artis, Epigrammata ex libro Ouidii Naſonis de *ſomnio* quod viderat. Item ejusdem ex libro Metamorphoſeon *Actaeon* in cervum, & alia carmina exſtant Lipſiae in Bibliotheca ſenatus manuſcripta. *ai*]

Ad varios Aldhelmi verſus obſervationes dedit Jo. Fried. GRONOVIVS in obſervationibus in

ad) pag. 292. & 293. *ae*) v. BALEVS l. c. *af*) Cap. II. n. 11. in Actis Sanctorum Maii Tom. VI. d. XXII. Maii pag. 86 D. E. *ag*) v. FABRICII Bib. Lat. ed. cit. pag. 685. *ah*) v. FABRICIVS l. c. p. 716. *ai*) vid. Jo. A. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 299.

Digitized by Google

in ſcriptores Eccleſiaſticos. *ak*) Erat tamen carmine quam proſa Latine & Graece doctiſsimus, ingenio & ſermone nitidus, atque in edendis Poematibus Coelio Sedulio vati, ut teſtes ſunt Boſtius & Bedas, per omnia ſimillimus. Ita ſentit Joh. BALEVS. *al*) Non vacat nunc conſulere Boſtium & Bedam, Crediderim vero eos non facere Sedulio Aldhelmum ſimilem, niſi in eo, quod librum de virginitate geminato opere, proſa & metro ſcripſit, qua in re ſocios habent SIGEBERTVM Gemblacenſem *am*) & Anonymum Mellicenſem. *an*) A. C. DCCIX.

Speciminis loco dabo verſus de *Cucuma* inter aenigmata ſeptenis verſibus comprehenſa n. IX. ut, qui vocis verum ſignificatum ignotant, edoceantur:

Credere quis poterit tantis ſpectacula cauſsis
Temperet, & fatis morum contraria fata?
Ecce larem, laticem quoque geſto in viſcere ventris,
Nec tamen undantes vincunt incendia lymphae,
Ignibus haut tetris ſiccantur flumina fontis:
Foedera ſed pacis ſunt flammas inter & undas.
Malleus in primo memet formabat & incus.

II.

ak) ed. Davent. 1651. cap. V. p. 54. c. VIII. p. 85. c. XV. p. 154. ſqq. c. XX. p. 211. ſqq. c. XXIII. pag. 252. ſqq. *al*) Scriptor. Britann. Centur. I. num. LXXXIII. pag. 83. *am*) de Script. Eccleſ. cap. 66. *an*) cap. XXX.

A. C. DCCXXX.

II.
FELIX.

Crolandienſis in Merciorum provincia natus. *a*) Crolandiae Benedictinorum monachorum inſtitutis ſe adſtrinxit. *b*) Claruit A. DCCXXX. *c*) vel DCCXV. notante CAVEO. *d*) Congeſſit quaedam *carmine* teſte BALEO. *e*) Inter ſuos ſynchronos rhetor ac *poeta* ignobilis declaratus fuit. *f*)

DCCXXXIV

III.
TATHWINVS.

Mercius, Monachus Breuntonenſis Benedictinus, Archiepiſcopus Cantiorum; Obiit eodem, quo Bedas, anno DCCXXXIV. *a*) Scripſit hexametris verſibus:

I.] *Aenigmaton* lib. I.

II.] *Carmina* varii generis lib. I. *b*)

DCCXXXV.

IV.
BEDA.

Monachus & Presbyter Anglicae Provinciae, *a*) monaſterii ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum ordinis S. Benedicti. *b*) Floruit ſub Leone Papa. *c*) Obiit A. DCCXXXIV.

II. *a*] vid. Joh. BALEVS Scriptor. Britann. Cent I. n. C. pag. 92. *b*] vid. BALEVS l. c. *c*] vid. BALEVS l. c. *d*] de Scriptor. Eccleſ. ed. Genev. pag. 408. *e*] loc. c. *f*] vid. BALEVS loc. cit.

III. *a*] vid. Joh. BALEVS Script. Britann. Centur. II. n. III. pag. 98. *b*] vid. BALEVS l. c.

IV. *a*] vid. HONORIVS Auguſtodunenſis de Script. Eccleſ. Lib. IV. cap. I. *b*] vid. TRITHEMIVS de Script. Eccleſ. n. CCXLII. *c*] vid. HONORIVS l. c.

Digitized by Google

XXXIV. *d*) A. DCCXXXII. indict. XV. aetatis ſuae anno LXXII. pridie calend. Junii mortuum eſſe Bedam, tradit TRITHEMIVS. *e*) A. DCCXXXV. rectius Bedam obiiſſe tradunt ROGERVS Hovedemus, Chronologiae Saxonicae conditor, Bedae Hiſtoriae Eccleſiaſticae ſubjunctus, SIMEON Dunelmenſis, Thomas STVBBIVS. Teſtatur enim CVTHBERTVS, qui Bedae morti interfuit, eum VII. cal. Junii die Aſcenſionis Dominicae mortuum eſſe, quae temporis nota, non niſi anno DCCXXXV. convenit. *f*) A. C. DCCXXXV

Scripſit.

I.] Librum de *arte metrica*, *g*) qui exſtat in operibus BEDAE. *h*) Excerpta ex hoc libro de metrorum generibus praefixa ſunt hymnis eccleſiaſticis per Georg. CASSANDRVM vulgatis *i*)

II.] Carmen de *Juſtini Martyrio*; quod exſtat operibus BEDAE. *k*]

III.]

---

d] vid. Hiſtoriae Anglicae a Bedae coeptae Continuator & MATTHAEVS Weſtmonaſterienſis apud Aubertum MIRAEVM *Schol. ad Honorii de Scr. Eccl. lib. IV. c. 1.* it. SIGEBERTVS Gembl. de Script. Eccleſ. c. 68. Quibus adſtipulantur Joh. BALEVS Script. Britann. Cent. II. num. 1. pag. 97. & Joh. PITSEVS de illuſtribus Angliae Scriptoribus pag. 139. n. 101. *e*] l. c. *f*] vid. CAVE de Script. Eccleſ. ed. Genev. pag. 402. *g*] vid. BEDA apud *Sigebertum l. c.* *h*] edit. Baſileae 1563. Tom. I. col. 34. *i*] in Caſſandri operibus edit. Pariſ. 1626. pag. 160. *k*] Tom. III. col. 367.

A. C. DCCXXXV

III.] *Hymnos* diverſo metro ſive rithmo. *l*] Hoc initio:

Primo Deus globum;

eos gaudere vult Trithemius. *m*] Vide eos in Bedae operibus. *n*] Eorum aliquos edidit CASSANDER in Hymnis eccleſiaſticis. *o*]

IV.] *Vitam S. Cuthberti* heroico metro. *p*] Inſerta eſt Actis Sanctorum Ord. S. Benedicti. *q*]

V.] *Carmen* inſertum Ephemeridi Bedae, cujus initium:

Quid ſubjecta ferat cognoſces pagina, Lector &c. Legitur in operibus BEDAE. *r*]

VI.] *Martyrologium* carmine heroico legitur in eadem Ephemeri, *s*) quod tamen WANDELBERTI Monachi Prumienſis eſſe, obſervant eruditi. *t*)

VII.] *Anni diſtributionem*, quae verſibus expreſſa exſtat ibid. *u*)

VIII.] *Tetraſticha adſcripta cuique menſi* in BEDAE de elementorum ratione computo ſive emboliſmo. *x*)

IX.] *Praefationem* libro de *rerum natura* prae-

---

l] vid. BEDA apud *Sigebertum l.c.* *m*] de S.E. n. 242. *n*] Tom. I. col. 476. *o*] vid. Opera CASSANDRI edit. Pariſ. 1616. pag. 195, 206, 239, 241, 254, 263, 266, 274, 280, 281, 293. *p*] vid. BEDA apud *Sigebertum l.c.* *q*] edit. Pariſiis 1669. Sec. II. pag. 915. *r*] Tom. I. col. 227. *s*] l.c. pag. 243. *t*] vid. CAVE Hiſt. litt. Script. Eccleſ. pag. 544. edit. Londin. 1688. *u*] l.c. pag. 266. *x*] vid. Opera BEDAE ed. Baſil. 1563. Tom. I. pag. 255.

Digitized by Google

praefixam, quae carmine elegiaco ſcripta legitur in Operibus. *y*) A. C. DCCXXXV

X.] *Carmen hexametrum*, quod claudit librum de rerum natura. *z*)

XI.] *Epigrammatum* librum heroico metro, ſive elegiaco ſcriptum. *aa*)

XII.] De *Miraculis Cuthberti* lib. I. Init.

Multa ſuis Dominis fulgeſcere. ab)

XIII.] *Hymnum* ſ. carmen elegiacum in *laudem Ethelredae* reginae, cujus initium:

Alma Deus Trinitas, qui ſecula cuncta gubernas.

Exſtat inſertum ex BEDAE lib. IV. cap. 20, Hiſtoriae monaſterii Elyenſis auctore THOMA Monacho Elyenſi. *ac*)

XIV.] *Hymnos de anno* libr. I. Init.

Biſſeno menſis vertigine volvitur annus. ad)

XV.] Bedae noſtri nomen praeſe fert *Cuculus* ſive Eclogae II. quarum prima de *conflictu veris & hyemis*, ſecunda de *morte cuculi* agit. Prodiit poema cum Ovidii amatoriis. *ae*) Prior incipit:

Conveniunt ſubito cuncti de moribus altis.

Poſterior:

Plau-

---

y] edit. cit. T. II. pag. 1. *z*] l. c. pag. 49. *aa*] vid. BEDA apud *Sigebertum de Scr. Eccl. cap. 68.* *ab*] vid. Joh. BALEVS de Script. Britann. ed. Baſil. 1557. pag. 96. *ac*] lib. I. c. XXXIII. in *Actis Sanctorum Junii Tom. IV. pag. 516.* *ad*] Vid. Joh. PITSEVS de illuſtribus Angliae Scriptor. ed. Pariſ. 1619. pag. 137. *ae*] edit. Erf. 1610. pag. 190.

Digitized by Google

A. C. DCCXXXV *Plangamus cuculum, Daphnis dulcissime nostrum.*

Ut non in elegans esse carmen appareat, en seriem quorundam versuum:

Collibus in nostris erumpant germina laeta,
Pascua sit pecori requies et dulcis in arvis,
Et dulces rami praestent umbracula fessis,
Uberibus plenis veniantque ad mulctra capellae,
Et volucres varia Phœbum sub voce salutent.

XVI.] Bedae presbyteri hymnus de *circulo magno* exstat inter codices MSS. quos Bibliothecae Bodlejanae donavit Kenelmus Digbaeus. *af*)

XVII.] Paschasii RADBERTI carmen posterius de corpore & sangvine Domini BEDAE rectius tribui conjicit Joh. Albertus FABRICIVS. *ag*)

XVIII.] Carmen de *Psalmo CXXII.* Hexametrum, initio: *Laudate altithronum pueri laudate Tonantem*; Exstat inter Walafridi Strabi carmina in Bibliotheca Max. Patr. *ah*)

V.

ACCA.

Episcopus Hagustaldensis. *a*) Obiit A. DCCXL.

af] n. 81. inter codices Bibliothecae Bodlejanae n. 1682. vid. Catalogus MSS. Angliae & Hiberniae p. 81. *ag*] in Biblioth. Latina ed. 1712. pag. 717. *ah*] Tom. XV. p. 223. B.

V. *a*] vid. BALEVS Script. Britann. Cent. I. n. XC. pag. 87.

Digitized by Google

DCCXL. peractis in Epiſcopatu 24. annis. A. C. DCCXL. *b*) Scripſit variorum *carminum* inprimis *eccleſaſticorum* librum unum. *c*)

VI. DCCLV.

BONIFACIVS.

Scotus, *a*) aut Anglo-Saxo. *b*) Monachus ordinis S. Benedicti, Presbyter, a Gregorio I. Papa ordinatus Epiſcopus Moguntinenſis, a Gregorio III. Archiepiſcopus & Primas Germaniae dictus. Mortuus A. DCCLV. Indict. VIII. Epiſcopatus Ao. XXXVI. Nonis Junii. *c*) Ao. DCCLIV. habet Guil CAVE. *d*) Scripſit

I.] *Carmina* aliqua, inſerta Epiſtolis Bonifacii in Biblioth. magna Patrum Paris. MDCLIV. *e*)

II.] De *virtutibus & vitiis* carmine librum unum teſte Joh. PITSEO. *f*)

VII. DCCLX.

CVTHBERTVS.

Mageſetus, *a*) Epiſcopus Hereſordenſis,

b] BALEVS l. c. *c*] vid. PITSEVS de illuſtribus Angliae Scriptoribus pag. 141.

VI. *a*] Vid. Joh. TRITHEMIVS de Script. Eccleſ. n. CCXLIV. *b*] vid. Aub. MIRAEVS in Auctar. de Scriptor. Eccleſ. n. CCXV. *c*] vid. TRITHEMIVS l. c. *d*] de Scriptoribus Eccleſ. pag. 409. edit. Genev. *e*] Tom. XVI. pag. 49, 62, 62, 71, 91, 107. *f*] de illuſtribus Angliae Scriptoribus pag. 152.

VII. *a*] vid. Joh. BALEVS Scriptor. Britan. Cent. II. n. XIV. pag. 108.

Digitized

A. C. DCCLX. deinde Archiepiſcopus Cantuariorum. *b*) Mortuus A. DCCLX. *c*) Scripſit

I.) *Sacrorum Epigrammaton* librum I.

II.) Diverſi generis *carmina* lib. I. *d*)

VIII.

CYPRIANVS.

Presbyter ſub Petronace Abbate in Cœnobio Caſinenſi monachus factus. *a*) Claruit temporibus Leonis, Conſtantini & Hirenes Imperatorum. *b*) Virebat A. C. DCCLX teſte Joh. Baptiſta MARO. *c*) Scripſit Hymnum de B. *Benedicti Miraculis* in ejus feſtivitate cantandum, *d*) qui adhuc ſervatur in Bibliotheca Caſinenſi, tali exordio:

Aureo ſolis radio perennis &c.

teſte Arnoldo WIONE. *e*)

IX.

DCCXXC.

PAVLVS.

Warnefridi & Theodolindæ filius, cognomento WINFRIDVS *a*) Natione Italus, *b*] vel Longobardus. *c*) Primum Diaconus Aqui-

---

b] vid. BALEVS l. c. *c*] vid. BALEVS l. c. p. 109. *d*] vid. BALEVS l. c. p. 108.

VIII. *a*] vid. PETRVS Diaconus de Viris illuſtribus Caſinenſ. c. VII. *b*] vid. PETRVS l. c. *c*] in Annot. ad Petri l. c. *d*] vid. PETRVS l. c. *e*] libr. Lignum Vitae apud *Marum l. c.*

IX. *a*] vid. MIRAEVS Schol. ad Sigebert. Gembl. de Script. Eccleſ. cap. 80. *b*) vid. SIGEBERTVS de Script. Eccl. cap. 80. *c*) vid. MIRAEVS l. c.

Digitized by Google

quilejenſis, *d*) deinde Deſiderii, ultimi Longobardorum regis, Notarius vel Cancellarius. *e*) Victo rege ſuo inter nobiles captivos a Carolo M. Imperatore abductus magno in honore propter prudentiam & eruditionem variam aliquamdiu fuit: *f*) Poſtea ob ſuſpicionem quandam in Diomedaeam inſulam eſt relegatus. Inde ad Arichim Beneventanum principem, Deſiderii regis generum profugit *g*) Eo defuncto monachum in Caſino monte induit ſub Theodimario Abbate ordinis Benedicti. *h*) Fuit temporibus Caroli M. Imperatoris. *i*) Claruit Anno DCCLXXX, narrante Joh. TRITHEMIO. *k*) A. C. DCCLXXC.

Scripſit

I.] *Hymnos* plures diverſo metro libr. I. quorum aliqui exſtant in CASSANDRI Hymnis Eccleſiaſticis, *l*) ſpeciatim hymnos *S. Johannis Baptiſtae*, ſanctique *Benedicti*. *m*)

II.] *Vitam S. Scholaſticae* Virginis verſibus elegiacis reciprocis, editam Anno MDXC. Romae cum poematibus Proſperi MARTI-

d) v. PETRVS Diaconus de Viris illuſtr. Caſinenſ. c. VIII. TRITHEMIVS de Script. Eccleſ. n. CCLIII. *e*) vid. PETRVS & TRITHEMIVS ll. cc. *f*) vid. SIGEBERTVS *Trithemius* & MIRAEVS ll. cc. *g*) vid. MIRAEVS l. c. *h*) vid. SIGEBERTVS Gemblacenſis de S. E. cap. 80. PETRVS l. c. & TRITHEMIVS l. c. *i*) vid. PETRVS l. c. *k*) de Script. Eccleſ. num. CCLIII. *l*) vid. CASSANDRI opera pag. 261. *m*) vid. PETRVS Diaconus de Viris illuſtribus Caſinenſ. cap. VIII.

A. C. DCCXXC. NENGI, *n*] in Actis Sanctorum ord. S. Benedicti. *o*]

III] Aliud de *S. Scholaſtica* carmen verſibus elegiacis reciprocis. Init:

O Benedicta ſoror benedicti numine Chriſti.

Legitur in Arnoldi WIONI Ligno Vitae; *p*] Actis Sanctorum ordinis S. Bedicti. *q*]

IV] Compoſuit etiam Paulus in *laudem S. Benedicti* verſus elegiaco metro digeſtos, teſte PETRO Diacono: *r*] qui fortaſſe non differunt a *Vita S. Benedicti* metrice libr. I. auctore Paulo cujus meminit TRITHEMIVS; *s*] Quae typis excuſa Anno MDXC Romae cum poematibus Proſperi MARTINENGI. *t*]

V] Verſus ad *Carolum Imperatorem. u*]

VI] Verſus ad *Arichem Beneventanum* principem. *x*]

VII] Verſus de *Miraculis S. Benedicti*, non deperditos, ut vult Gvilielmus CAVEVS, *y*] ſed ſuperſtites in Hiſtoria Longobardorum. Elegiaco metro ſunt ſcripti. Init:

Ordiar unde tuos ſacer o Benedicte triumphos.

Eos ſermoni ſuo de S. Benedicto inſeruit AYMOINVS Floriacenſis, quo in leguntur. *z*]

VIII.

n) vid. MIRAEI Schol. ad Sigeberti de Scr. Ecc. cap. 80. *o*) Tom. I. pag. 42. *p*) d. 10. Februarii. Vid. MIRAEI Scholion l. c. *q*) Tom. I. pag. 44. *r*) l. c. *s*) de Script. Eccleſ. n. CCLIII. *t*) vid. Auberti MIRAEI Scholion ad Sigeb. cap. 80. de S. E. *u*) vid. PETRVS Diaconus l. c. *x*) vid. PETRVS l. c. *y*) de Scriptor. Eccleſ. pag. 495. edit. 1688. *z*) vid. Bibliothecam Floriacenſem Joh. a BOSCO edit. Lugduni 1605. pag. 284.

Digitized by Google

VIII] Hymnum, qui ſingula *S. Benedicti miracula* continet, metro Jambico Archiloico ſcriptum. Init. A. C. DCCXXC.

Fratres alacri pectore.

Legitur in ſermone AYMOINI de S. Benedicto, inſerto Joh. a BOSCO Bibliothecae Floriacenſi. *aa*]

IX.] *Vitam Mauri*, editam cum poëmatibus Proſperi MARTINENGI Romae MDXC. *ab*]

X.] *Vniverſas Lectiunculas a principio mundi usque ad ſuam aetatem* una cum *annali computo* rhytmice compoſuit. *ac*]

XI.] Hymnum in *honorem S. Joannis Baptiſtae*, qui incipit: *Ut queant laxis*. in Eccleſia Romana hodienum decantari ſolitus. *ad*]

X.

FERIVS HILPERICVS. DCCC.

HILPERICVS dictus ab Olao BORRICHIO, *a*) HELPERICVS a Caſpare BARTHIO. *b*) Vixit tempore Caroli M. Imperatoris & Leonis Pontificis A. C. DCCC. ut teſtatur ſcriptum Hilperici. Compoſuit epos de *congreſſu Caroli M. & Leonis* Pontificis, *c*) verſu Hexametro. Init.

aa) pag. 288. *ab*) vid. MIRAEI Scholion ad loc. cit. Sigeberti. *ac*) v. PETRVS Diaconus de Viris illuſtr. Caſinenſ. cap. VIII. *ad*) vid. Gvil. CAVE de Scriptor. Eccleſ. edit. Genevenſ. pag. 419.

X. *a*) Diſs. de Poetis pag. 84-85. *b*) Adverſar. libr. XLVI. cap. II. col. 2121. *c*) vid. BORRICHIVS l. c. & BARTHIVS l. c.

A. C. DCCC. *Rurſus in ambiguos gravis admonet anchora calles.* d)

Animadverſiones in hoc epos dedit *Caſpar.* BARTHIVS. e)

SECVLVM NONVM.

DCCCIV. I.

PAVLINVS.

AUſtriacus, a) Epiſcopus Aquilejenſis ſub A. Chr. DCCXCIV, b) aut potius A. DCCLXXVI, indicante CAVEO. c) Obiit A. DCCCIV. III Non. Januar. ut ex Monumentis Eccleſiae narrat Philippus FERRARIVS. d) Scripſit *Hymnos ſacros*, teſte WALAFRIDO STRABONE, e) qui indice Gvil. CAVEO f) interierunt.

DCCCIV. II.

ALCVINVS.

FLACCVS ALCVINVS vocatur ab Auberto MIRAEO, a) ALCVINVS S. ALBINVS a SIGEBERTO Gemblacenſi b) & TRITHEMIO. c) Anglus. d) Bedae diſcipulus. e) Eboraicae civitatis Dia-

d) vid. BARTHIVS l. c. e) Adverſ. libr. XLVI. c. II. I. a) vid. Gvil. CAVE de Script. Eccleſ. pag. 419. ed. Genev. b) vid. Aub. MIRAEI Auctarium de Scriptor. Eccleſ. n. CCXXV. c) l. c. d) in Catalogo Sanctorum Italiae apud *Miraeum l. c.* e) de rebus Eccleſ. cap. 25. f) Hiſt. litt. Script. Eccleſ. pag. 495. edit. 1688. II. a) Schol. ad Honor. de Script. Eccleſ. lib. IV. c. 2. b) de Script. Eccleſ. cap. 83. c) de Script. Eccl. n. CCLI. d) vid. HONORIVS Auguſtodunenſis de Scriptor. Eccleſ. lib. IV. cap. 2. e) vid. TRITHEMIVS loc. cit.

Digitized by Google

Diaconus, Magiſter Caroli Imperatoris. *f*) A. C. Abbas Monaſterii S. Martini apud Turones. *g*) Claruit A. DCCLXX. *h*) Anno DCCCIV vivere deſiit. *i*) Carmine excellens & proſa ſalutatur a Joh. TRITHEMIO. *k*) Scripſit. DCCCIV.

I.] De *Vita & rebus geſtis S. Wilibrordi*, Epiſcopi Traiectenſis, libros duos, quorum ſecundus carmine conſcriptus exſtat in Henr. CANISII Antiqu. Lect. Tom. VI. *l*) in Actis Sanct. Ord. S. Bened. *m*)

II.] *Elegia in S. Wilgium*, parentem S. Wilibrordi, exſtat in CANISII Lect. Antiqu. Tom. VI.

III.] Poemata duo hexametra I. *In hoc quinque libri retinentur Codice Moſis.* II. *Dum primus pulchro fuerat homo pulſus ab horto*, quae continent *commendationem lectionis ſacrae Scripturae, enumerationem & argumentum librorum ſacrorum utriusque Teſtamenti*, evulgata ſunt a Petro LAMBECIO in Comment. de Bibl. Caeſar Vindobon. *n*)

IV.] Ad Abbatem *Radonem* Diſtichon hexametrum, initio: *Noli quaeſo pater munuſcula ſpernere noſtra.* legitur in Petri LAMBECII Comment. de Biblioth. Caeſar. Vindobon. *o*)

f) vid. HONORIVS l. c. *g*) vid. TRITHEMIVS l. c. *h*) vid. idem l. c. *i*) vid. MIRAEVS loc. cit. *k*) de Script. Eccl. num. CCLI. *l*) pag. 349. *m*) Secul. III. Part. I. pag. 618. *n*) lib. II. c. V. pag. 403. *o*) lib. II.

Digitized by

A. C. DCCCIV.

V.] Hymnus de S. *Vedaſto* ſapphicus exſtat in Petri LAMBECII Comment. de Biblioth. Caeſar. Vindob. *p*) Initio: *Chriſte Salvator hominis ab ore.*

VI.] Epigrammata tria Elegiaca in *honorem S. Vedaſti* vide in Petri LAMBECII Comment. de Bibl. Caes. Vindobonens. *q*)

VII.] Verſus de *Eccleſia S. Liutgeri* hexametri. Init.

Hic pater egregius meritis Bonifacius almis.

Inſerti ſunt Vitae S. Liutgeri autore ALTFRIDO. *r*)

VIII.] Hymnorum de *S. Richario* ſpecimen inſeruit HARIVLFVS in Vita S. Angilberti abbatis. *s*)

IX.] *Epitaphium*, quod *ſibi ipſi* ſcripſit Alcuinus, inſertum vitae Alcuini auctore Anonymo. *t*)

X.] De *Pontificibus & Sanctis Eccleſiae Eboracenſis*, poema Autore Flacco Alcuino hexametrum, initio:

Chriſte Deus, ſummi virtus, ſapientia patris.

exſtat inter Hiſtoriae Britannicae, Saxonicae,

---

c. V. pag. 412. *p*) lib. II. c. V. pag. 413. *q*) libr. II. c. V. pag. 414. *r*) lib. I. cap. 3. n. 17. in Actis Sanctorum Martii Tom. III. pag. 646. in Actis Sanctor. Ordin. S. Bened. Sec. IV. Part. II. pag. 24. *s*) in Actis Sanctor. Ord. S. Bened. Secul IV. Part. II. pag. 117, 118. *t*) in Actis Sanctorum Ordin. S. Benedict. Secul. IV. Part. I. pag. 161.

cae, Anglo-Danicae Scriptores XV. opera Thomae Gale editos. *u*) A. C. DCCCIV.

Scripſit Alcuinus carmine heroico librum de Pontificibus & Sanctis Eccleſiae Eboracenſis. Hoc poema, verſus 1658 continens, ex Codicibus MSS. Remenſi, & S. Theodorici prope Remos, a Johanne Mabillonio ad ſe transmiſſum publici juris fecit Thom. Galeus Rer. Angl. Script. Tom. III. pag. 703. Ita loquitur Gvil. CAVEI Hiſt. Litter. Script. Eccles. Pars altera *edit. Genev. 1699. P. 149. a.* quae ſine dubio entia praeter neceſſitatem multiplicat, dum eadem pagina columna poſteriori ſingulari in paragrapho dicit: Anonymus, gente Anglus, Alberti Archiepiſcopi Eboracenſis diſcipulus, non infimi ſubſellii poëta, claruit circa A.DCCLXXXV. ſcripſit hiſtoriam Anglicam carmine heroico, quo de urbis Eboraci primordiis deque primis ejus Eccleſiae pontificibus ac ſanctis agit. Integrum poematium exſtat MSS. in codice Monaſterii S. Theodorici prope Remos; ex quo partem bene longam extulit Mabillonius act. ord. S. Bened. Saec. III. Part. II. pag. 558.

XI.] De *Cuculo* verſus elegiaci: Init.

Plangamus cuculum, Daphnin dulciſſime, noſtrum

Leguntur in Joh. MABILLONII Anal. veter. Tom. I. *x*) ex codice Elnonenſi.

u) Oxonii 1691. pag. 704. *x*) pag. 369.

A. C. DCCCIV. XII.] De *Aquila*, Episcopo Saltzburgensi versus elegiaci exstant in Joh. MABILLONII Anal. vet. Tom. IV. *y*) Initio: *Per montes, campos Aquilam mea chartula quaere.*

XIII.] De *Gallo* versus hexametri leguntur ibidem. *z*) In: *Dicta vocatur avis propria cognomine Gallus,*

XIV.] Versus ad *Radonem* Abbatem exstant in Actis Sanctorum Februarii. *aa*)

XV.] *Epitaphium S. Vedasti* legitur in Act. Sanct. Febr. *ab*)

XVI.] *Orationem Dominicam*, *symbolum Apostolorum* & *Canticum Ambrosii & Augustini* carmine edidit teste Joh. BALEO. *ac*)

XVII.] Scripsit de *Martyrio S. Bonifacii* Moguntinensis Archiepiscopi, & de *pago Documensi* versu heroico librum unum perhibente Joh. PITSEO. *ad*)

XVIII.] *Carmina* aliquot minora Alcuini evulgata sunt a Stephano BALVZIO Miscell. libr. IV. *ae*)

XIX.) ALTHELMI *monasticha* rectius tribui Alcuino observat Joh. Albert. FABRICIVS. *af*)

III.

ANONYMVS.

Alberti discipulus Scripsit Historiam de *Pon-*

y) pag. 582. *z*) pag. 524. *aa*) Tom. I. pag. 800. *ab*) Tom. I. p. 801. *ac*) Script. Britann. Cent. II. pag. 118. *ad*) de illustr. Angl. Script. edit. Paris. 1629. pag. 162. *ae*) Paris. 1683. pag. 550. 551. *af*) Bibl. Latin. edit. 1712. pag. 685.

Digitized by Google

Pontificibus & Sanctis Eccleſiae Eboracenſis, A. C. verſibus hexametris, initio: DCCCIV.

Chriſte Deus, ſummi virtus, ſapientia patris.

quae legitur in Actis Sanctor. ord. S. Bened. *a*) Confer quae ad Alcuini ſcriptum X. diximus, patebit Anonymum hunc eſſe ipſum ALCVINVM.

IV. DCCCIV.

IOSEPHVS.

Alcuini diſcipulus. Scripſit

I.] *Elogium Ludgeri*, quod inſertum ALTFRIDI Actis Ludgeri. *a*)

II.] *Verſus* praefixos & ſuffixos *compendio Commentariorum Hieronymi in Eſaiam prophetam*, qui leguntur in Actis Sanctor. ord. S. Benedicti. *b*)

V. DCCCVI.

ERINFREDVS.

Monachus. *a*) Vixit A. DCCCVI. *b*) Scripſit *rythmica*, quorum aliquod ex MS. initio:

Felicitatis Regula
Hac fine ſemper conſtitit

vulgatum a BARTHIO, *c*) qui & alia talia ejusdem ſcriptoris habuit. *d*)

VI.

III. *a*) Secul. III. Part. II. pag. 558.

IV. *a*) in Actor. Sanctor. Ord. S. Benedict. Secul. IV. Part. II. p. 24. *b*) S. c. IV. Part. I. pag. 182.

V. *a*) Vid. Caſp. BARTHIVS Adverſ. libr. XXXII. cap. XII. col. 1486. *b*) vid. BARTHIVS l. c. *c*) l. c. *d*) vid. BARTHIVS l. c.

A. C. DCCCXI.

VI.

TVRPINVS.

TILPINVS aliis. *a*) Archiepiſcopus Remenſis. *b*) Claruit ſub Carolo M. & Ludovico filio A. DCCCXXX ut vult TRITHEMIVS. *c*) Sed Joh. Alb. FABRICIAS. *d*) monet Turpino defuncto Carolum M. Wulfarium teſte Frodoardo ſucceſſorum dediſſe A. DCCCXIII, quo Concilium Rhemenſe a Wulfario celebratum. Obiiſſe A. DCCCXI. obſervat Gvilielm. CAVEVS. *e*) Carmine & proſa exercitatum habuit ingenium iudice Joh. TRITHEMIO. *f*) Ejus *Hiſtoriae de vita Caroli M. Rolandi*, quae tamen longe iunioris ſcriptoris habetur plurimis, inſerta ſunt carmina cap. XXIV. & XXV. *g*) Cap. XXIV. eſt de *nobilitate & moribus Rolandi* eleg. init.

Non decet hunc igitur vacuis deflere querelis

Verſus Cap. XXV inſerti etiam ſunt elegiaci, init.

Tu patriam repetis nos triſti ſub orbe relinquis.

DCCCXIV.

VII.

CAROLVS M.

Imperator Romanorum & Rex Francorum.

VI. *a*) v. Joh. Alb. FABRICIVS in not. ad Joh. Trithem. de Script. Eccleſ. n. 275. *b*) vid. TRITHEMIVS de Script. Eccleſ. n. 275. *c*) l. c. *d*) not. ad Trithemii l. c. *e*) Hiſt. litt. Script. Eccleſ. edit. Genev. 418. *f*) l. c. *g*) ex Edit. Juſti REVBERI Scriptor. German. pag. 84, 85.

Digitized by Google

rum, mortuus A. DCCCXIV. V. Kalend. Febr. Scripſit A. C. DCCCXIV.

I.] Litteras metricas ad *Paulum Diaconum* hexametras, initio:

Hic celer egrediens, celeri mea charta volatu;

quarum partem inſeruit Joh. Baptiſta MARVS notis ad Petri Diaconi librum de viris illuſtribus Caſinens. *a*)

II.] Dedicationem ad *Hadrianum Papam*, inſertam Petri LAMBECII Commentario de Biblioth. Vindob. Caes. *b*)

III.] *Epitaphium Hadriano Papae*, elegiacum, initio:

Mors cui nil nocuit Chriſti quae morte peremta eſt.

quod exſtat in petri LAMBECII Comment. de Bibl. Caes. Vindob. *c*) Danielis PAPEBROCHII Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Pontificum Romanorum. *d*)

IV.] *Rolandi mortem* verſu deploravit, ſi verus TVRPINVS apud Olaum BORRICHIVM de Poetis diſſ. p. 85.

VIII.

DAGVLFVS. DCCCXIV.

Vixit tempore Caroli M. Imperatoris, mortuus A. DCCCXIV. Scripſit carmen ad Carolum M. elegiacum, initio:

Au-

VII. *a*) cap. VIII. *b*) libr. II. cap. V. pag. 262. *c*) lib. II. c. V. pag. 285. *d*) Part. I. n. XCVII. Annot. n. 3. in *Propylaeo ad Acta Sanctorum Maii pag. 124. E.*

Digitized by Google

A. C. DCCCXIV. *Aurea Davidicos en pingit littera cantus;* quod exſtat in Petri LAMBECII Comment. de Bibl. Caes. Vindob. *a*)

IX.

DCCCXX.

ETHELWOLFVS.

Bernicius, qui & Lupus dicebatur, ex Anglo-Saxonum genere prognatus. *a*) Monachus Lindisfarnenſis. *b*) Claruit A. DCCL ſub Oſvulpho Northumbrorum rege, ut vult BALEVS. *c*) quem Guil. CAVE caſtigat *d*) noſtrumque A. DCCCXX claruiſſe ſtatuit. Poëta non contemnendus, judice BALEO. *e*) Scripſit.

I.] De *Origine ſui Coenobii* ad Egbertum epiſcopum lib. I. heroicis verſibus. *f*)

II.] De *illuſtribus Monachis* lib. I. verſibus heroicis. *g*)

III.] Super *ſuo ſomnio* libr. I. verſibus heroicis. *h*)

IV.] Alia quaedam *verſibus* heroicis. *i*)

V.] Carmen *de Abbatibus & viris piis coenobii S. Petri in inſula Lindisfarnenſi* exſtat in Actis Sanctorum Ord. S. Bened. *k*)

VI.] Ceciniſſe Ethelwolfum de aliis *Angliae*

VIII. *a*) lib. II. cap. V. pag. 266.

IX. *a*) vid. Joh. BALEVS Script. Britannic. Cent. II. n. XII. pag. 102. *b*) vid. Acta Sanctorum Ord. S. Benedicti Sec. IV. Part. II. pag. 302. *c*) l. c. *d*) Hiſt. litter. Scriptor. Eccleſ. pag. 443. edit. Genev. *e*) loc. cit. *f*] vid. BALEVS. *g*] vid. BALEVS. *h*] vid. BALEVS. *i*] vid. idem. *k*] Sec. IV. Part. II. p. 302.

Digitized by Google

gliae Sanctis ipſum diſerte innuere monet CAVEVS, *l*) eaque de re ſilere Baleum, Pitſeum & alios. Sed forte n. ll. a nobis adductus liber huc ſpectat. A. C. DCCCXX.

X. DCCCXXI.

THEODVLPHVS.

Abbas Coenobii Floriacenſis ordinis S. Benedicti, *a*) deinde Epiſcopus Aurelianenſis. *b*) Claruit ſub imperio Ludowici anno DCCCXL perhibente Trithemio, *c*) qui tamen fallitur. Nam A. DCCCXVII. & ſequentibus exſilium paſſus, e quo liberatus, & ad ſuam ſedem regreſſus Anno DCCCXXI vita functus eſt. *d*) Scripſit *Carmina* libris VI. diſtincta, quorum I. carmen habet 1; II. carmina 16; III. 12; IV. 9; V. 4; VI. 30. excuſa in Heinrici CANISII Lectionibus antiquis, *e*) Biblioth. magna Patrum ed. Paris. 1644. *f*) in Bibliotheca magna Patrum ed. Paris. 1654. *g*) in Bibliotheca maxima Patrum. *h*) Ex iis potiora memorabimus.

I.] *Paraeneſis ad iudices.* Eleg. Init.

Ju-

l] de Script. Eccleſ. pag. 443. edit. Genev.

X. *a*] vid. Joh. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccleſ. n. CCLX. *b*) vid. TRITHEMIVS loc. cit. *c*] loc. cit. *d*] vid. God. HENSCHENIVS in Commentar. de S. Aigulfo, Archiepiſcopo Bituricenſi n. 10. in *Actis Sanctorum Maii Tom. V. d. XXII. Maji pag. 178. B.* *e*] Tom. VI. pag. 502. *f*] Tom. VIII. col. 848. *g*] Tom. XVI. pag. 268. *h*] Tom. XIV. pag. 28.

Digitized by Google

A. C. DCCCXXI. *Iudicii callem cenſores prendite juſti.*

Exſtat in THEODVLFI Carminum libr. I. *i*)

II.] Carmen de tota *veteris ac novi teſtamenti inſtructione*, quod exſtat in M. H. GOLDASTI Manuali Biblico. *k*) Non erat ad manus Goldaſtus cum Bibliothecam Maximam Patrum evolverem, qua in *verſus in fronte Bibliorum quae ipſe deſcribi fecit* leguntur in THEODVLFI Carm. libr. II. *l*) Eleg. Init.

Quicquid ab Hebraeo ſtylus Atticus atque Latinus.

rum. *i*) Docuit deinde in Academia Oxonienſi. *k*) Claruiſſe temporibus Caroli M. Imperatoris A. DCCC falſo perhibet TRITHEMIVS; *l*) qui & ipſe, *m*) noſtrum ſub Lothario Imperatore A. DCCCL claruiſſe largitur. Vixit tempore Caroli Calvi Imp. ab A. DCCCLXXV usque ad A. DCCCLXXVII. vid. Dedicationem ejus memorandam. Defunctus A. DCCCLXXV, ut patet ex litteris ANASTASII Bibliothecarii ad Carolum Calvum, datis X Kal. April. illius anni. *n*) In Malmesburienſi coenobio A. DCCCLXXXIV. a diſcipulis interemtus eſſe dicitur BALEO & PITSEO. *o*) CAVEVS vero *p*) Johannem Erigenam A. DCCCLXXXIII. IV Id. Nov. graphiis confoſſum perhibet. A. C. DCCC. XXCIII.

Scripſit *Dedicationem* proſa & vorſa ad Carolum Calvum praemiſſam *Dionyſio Areopagitae de coeleſti Hierarchia*, quam iubente Carolo in Latinum transtulit. *q*) Exſtat praefatio iſta duplex, altera metrica brevior, altera proſaica prolixior, in VSSERII Epiſtolarum Hibernicarum Sylloge *r*) teſte CAVEO. *s*)

24 pag. 124. *i*) vid. BALEVS l. c. *k*) vid. BALEVS l. c. *l*) loc. cit. *m*) l. c. n. 171. *n*) apud FABRICIVM in notis ad Trithemium de S. E. num. CCLII. not. b. *o*) l. c. *p*) de Scriptor. Eccleſ. pag. 462. edit. Genevenſ. *q*) vid. NICOLAI Papae Epiſtola citata l. c. & SIGEBERTVS l. c. *r*) pag. 57. *s*) de S. E. pag. 12. 462.

A. C. DCCC- XXCIIX.

XXXXVII.

ERCHEMPERTVS.

Aliis HEREMPERTVS S. HEREMBERTVS. *a*) Diaconus Coenobii Caſinenſis. *b*) Fuit tempore Ludowici Imperatoris. *c*) Exeuntem Annum DCCCLXXXVIII. vidit & deſcripſit in Hiſtoria Longabardorum. *d*) Scripſit carmen de *vita Landulphi* Epiſcopi Capuani. *e*)

DCCCXC.

XXXXVIII.

ALMANNVS.

Monachus Altvillarenſis. *a*) ordinis Sancti Benedicti. *b*) Claruit ſub Carolo III. Imperatore Anno DCCCXC. *c*) aut circa Annum DCCCL. monente CAVEO. *d*) Scripſit tam *metro* quam proſa varia opuſcula. *e*)

DCCCXCII.

XXXXIX.

JOHANNES.

Eccleſiae Romanae Archidiaconus. *a*) Claruit circa Annum DCCCLXXV. teſte CAVEO. *b*) Scripſit Elegidion ad Johannem VIII.

XLVII. *a*] vid. Joh. Bapt. MARVS Annot. ad Petri Diac. de viris illuſtribus Caſinenſ. cap. XIV. *b*] vid. PETRVS Diaconus de Vir. illuſtrib. Caſin. cap. XIV. *c*] vid PETRVS l. c. *d*] vid. MARVS l. c. *e*] vid. MARVS loc. cit.

XLIX. *a*] vid. SIGEBERTVS Gemblac. de Scriptor. Eccl. cap. 98. *b*] vid. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. CCLXXXII. *c*] vid. TRITHEMIVS l. c. *d*] de Scr. Eccl. pag. 459. ed. Genev. *e*] vid. TRITHEMIVS l. c.

XLIX. *a*] vid. Gvil. CAVE de Script. Eccl. pag. m. 473. *b*] l. c.

Digitized by Google

VIII. Papam, mortuum A. DCCCXXCII. A. C. DCCCXCII.
Compoſuit

I.] *Epilogum vitae S. Gregorii* Papae Elegiac. Init.

Suſcipe Romuleos, Paſtor venerande, triumphos.

Exſtat in Actis Sanctorum per BOLLANDVM &c. *c*) Johannis Diaconi *Elegidion ad Johannem VIII Papam* exſtat MStum in Bibliotheca Paulina Academiae Lipſienſis. *d*) quod ab Epilogo differre non puto.

II.] Exiſtimant Actorum Sanctorum collectores auctorem in Epilogo non obſcure innuere ſe carmina de *vita Gregorii* ſcripſiſſe, aut certe *prologum* ligatum vitae, quae habetur, praefixum.

L.

AIMOINVS.

Monachus Coenobii S. Vincentii Pariſienſis nunc S. Germani Pratenſis ad muros urbis Pariſienſis dicitur Auberto MIRAEO. *a*) Sed falſo creditus idem cum monacho Floriacenſi, de quo SIGEBERTVS Gembl. de Script. Eccl. cap. 101. Fuiſſe monachum Pratenſem ſeculo IX docet Godofredus HENSCHENIVS. *b*) Claruit A. DCCCLXXII. uti ex veruſta quadam charta a Jacobo BREVLIO praefation. in Aimoini Hiſtoriam A. 1602 edi-

c] Marſii Tom. II. pag. 211. *d*] vid. FELLERI Catalogus pag. 163. num. 8.

L. *a*] Schol. ad Sigeb. Gembl. de Script. Eccleſ. cap. 101. *b*] in Actis Sanctorum Maii Tom. VI. d. XXVIII.

A. C. DCCCXCII. editam constat. In vivis adhuc erat, Anno DCCCXCII. quo de miraculis S. Germani scripsit. *c*) Exstat

I.] Carmen *in Germanum*, insertum AIMOINI Historiae miraculorum & Translationum S. Germani ob irruptiones Normannicas. *d*) Elegiac. Init.

Hic est Germanus voluit quem mater in alvo.

II.] Libri duo de *Translatione S. Vincentii martyris in Galliam* hexametri. Init.

Bis quadringentis decies quinisque volutis.

Leguntur in Actis Sanctorum Januarii, *e*) & in Actis Sanctorum ord. S. Benedicti. *f*)

DCCCXCIX.

LI.

ANONYMVS.

Qui vixit aevo Arnulphi Imperatoris, mortui DCCCXCIX, ut ipse testatur. *a*) Scripsit *vitam Caroli M.* versibus hexametris, initio:

Salvator mundi postquam de virgine nasci.

Prodierunt Annalium de Gestis Caroli M. Imperatoris libri V. studio Reineri REINECCII cum ejusdem notis. *b*) Eundem Poetam inseruit Godofr. Guil. LEIBNITIVS Scriptoribus rerum Brunsuicensium. *c*)

LII.

Mai. pag. 796. E. *c*] vid. Gvil. CAVEVS de Scriptor. Eccles. pag. 472. edit. Genev. *d*] libr. I. n. 19. in Actis Sanctorum Maii Tom. VI. pag. 801. B. *e*] Tom. II. ed. 1645. pag. 405. *f*] Secul. IV. Part. I. pag. 691.

LI. *a*] vid. G. G. LEIBNITII Introd. in Collector. Script. Hist. Brunsvic. n. VII. *b*] Helmstadii 1594. 4. *c*] Tom. I. edit. Hanoverae 1707. pag. 120.

Digitized by Google

LII.

A. C. DCCCC.

REMIGIVS.

Monachus Autiſiodorenſis. *a*) Claruit ſub Carolo Calvo Imperatore, A. DCCCLXXX. *b*) Obiit circa Annum DCCCC obſervante Gvil. CAVEO. *c*) *Carmine* & proſa ſcriptor inſignis, qui utroque ſtylo multa volumina ſcripſit, narrante TRITHEMIO. *d*)

LIII.

CYPRIANVS.

Cordubenſis in Hiſpania Archi-presbyter. *a*) Claruit circa Annum DCCCC. Scripſit *Epigrammata*, quae ex codice MSSto Toletano eruit, & editioni paravit Cardinalis de Aguirre, ut ex ejus notitia diſcere licet pag. 182. ſed ſupprimenda adhuc cenſuit Cardinalis. Germana Cypriani Epigrammata ſunt numero non nili IX. quorum lemmata exhibet Nicolaus ANTONIVS Bibliothecae Hiſp. Vet. lib. VI. cap. 7. pag. 444. Aliorum etiam XXX elenchum ſubjecit, quae Martyrologio ſuo Hiſpano hinc inde inſeruit Johannes TAMAIVS. Verum haec ſpuria eſſe, & in honorem eccleſiae Cordubenſis conficta, prolixe contendit, & ſingula fere ſolerter expendit idem Antonius. *b*)

LIV.

LII. *a*] vid. SIGEBERTVS Gembl. de Script. Eccleſ. c. 129. *b*] vid. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccleſ. n. CCLXXXV. *c*] de Script. Eccl. pag. 474. edit. Genev. *d*] loc. cit.

LIII. *a*] vid. CAVEVS de Scriptor. Eccleſ. pag. 479. ed. Genev. *b*] vid. CAVEVS loc. cit.

Digitized by Google

A. C. SEC. IX.

LIV.

AMBROSIVS NICANDER.

Toletanus, qui vixit ſeculo IX. verſibus expreſit *Martyrium S. Cyriaci* referente GALESINO & HIGVERA apud Ol. BORRICHIVM. *a*)

LV.

ANGILBERTVS.

Abbas Centulenſis. Scripſit

I.] Bina *carmina aedi cuidam ſacrae inſcripta* elegiaco verſu; primi initium:
Omnipotens dominus qui celſa velima gubernas.
Secundi:
Hoc pavimentum humilis Abbas componere feci.
Exhibentur ab HARIVLFO in Vita S. Angilberti. *a*)

II.) *Epitaphium S. Chaidoci Confeſſoris* elegiacum, Initio:
Mole ſub hac regitur Chaidocus jure ſacerdos.
Legitur apud HARIVLFVM. *b*)

III.] *Epitaphium Fricori* S. *Hadriani* elegiacum, initio:
Corpore terreno, qui cernitur eſſe ſepultus.
Exſtat apud HARIVLFVM. *c*)

LVI.

LIV. *a*] Diſſert. de Poetis pag. 85.

LV. *a*] Cap. III. in Actis Sanctorum per BOLLANDVM &c. Februar. Tom. III. edit. 1658. pag. 100. ſed Cap. VII. in Actis Sanctorum Ord. S. Bened. Secul. IV. Part. I. ed. 1677. pag. 110. *b*] Cap. XI. in Act. Sanct. Ord. S. Bened. Sec. IV. Part. I. pag. 118. Exſtat & Secul. II. p. 100. *c*] L. c. in Act. SS. Ord. S. Bened. Sec. IV. P. I. pag. 119.

Digitized by Google

LVI.

A. C. SEC. IX.

WEFAIVS.

Monachus Elnonenſis. Scripſit Verſiculos in *Confirmatione operis Milonis* ſive *Vitae S. Amandi* elegiacos; Initio:

Carmina ſidereos merito ſcandentia campos

qui leguntur annexi Vitae huic in Actis Sanctorum per BOLLANDVM &c. *a*)

LVII.

GERWARDVS.

Videtur vixiſſe Seculo IX. Ejus *verſus* elegiaci, initio:

Hoc tibi verſiculos ad laudem maxime princeps.

praemiſſi *Eginhardi Vitae Karoli M.* leguntur apud Petrum LAMBECIVM in Comment. de Bibl. Caeſar. Vindobon. *a*)

SECVLVM DECIMVM.

I.

DCCCCVI.

WALDRAMMVS.

VEl BALTRAMNVS. *a*) BALDRAMVS vel WALDRAMVS dicitur Jacobo WIMPHELINGIO. *b*) Argentoratenſis Epiſcopus. Sedi praefectus Ao. DCCCLXXXVIII. *c*) Obiit Ao. DCCCCIV. *d*) aut potius A. DCCCCVI. pri-

LVI. *a*] Februar. Tom. I. pag. 888.

LVII. *a*] lib. II. cap. V. pag. 325.

I. *a*] vid. Aub. MIRAEI Auctar. de Scriptor. Eccleſ. p. CCLXXXIV. *b*] in Catalogo Epiſcoporum Argentoratenſium num. XXXVI. edit. Argentor. 1660. pag. 27. *c*] Vid. WIMPHELINGIVS l. c. *d*] vid. MIRAEVS l. c.

A. C. pridie Idus Aprilis teste WIMPHELINGIO. *e*) Versus ejus *ad Salamonem Episcopum Constantiensem* exstant in Henrici CANISII Lect. antiq. *f*) Ejus bina carmina habentur in Bibliotheca Maxima Patrum, *g*) scilicet *versus quos Salomon ad Dodonem mittit* elegiaci, initio:

Planctus Rachelis plebs mecum luge at omnis.

Versus quos Salomon ad Dodonem misit elegiaci, initio:

Esto virile decus, patienter vince dolores.

DCCCCXII.

II.

NOTKERVS.

NOTGERVS dictus HONORIO Augustodunensi *a*) & SIGEBERTO Gemblacensi, *b*) NOCHERVS Anonymo Mellicensi, *c*) Plures fuerunt Notkeri praeter nostrum. Notkerus Physicus & Notkerus Abbas, hic nepos, ille avunculus, sub Ottonibus floruere, & quo Anno Stella cometes tempore Autumni visa est, scilicet Anno DCCCCLXXXI. mox secuta est mors Abbatis Notkeri, ante septennium duntaxat ordinati in flore aetatis, & ejus quondam antecessoris Burchardi [ut scribit Hepidannus] & Notkeri medici senis decrepiti atque cœci. His vero multo etiam posterior est is, quem Murerus cum Beati titulo refert, Notkerus Labeo, & die

XXVIII.

e) l. c. *f*) Tom. I. pag. 34. *g*) Tom. XVI. pag. 1304. ff. *a*) lib. IV. cap. 9. de Scr. Eccl. *b*) de Script. Eccl. cap. 108. *c*) de Script. eccles. cap. LXV.

XXVIII. Julii Anno MXXII. obiiſſe ſcribit; ſed & in Hepidanni Chronico legitur, quod Anno MCCXXVIII. Notker noſtrae memoriae hominum doctiſſimus & benigniſſimus morbo late ſaevïente interiit; is fortaſſis cujus in Ephemeridibus Sangallenſibus, Ao. 1272. conſcriptis, notatur obitus ad XVIII kalendas Januarii, tanquam monachi presbyterique: ſi tamen hic eſt ab illo Mureri Beato diverſus. *d*) Ignoſcendum Trithemio Fiſeno aliisque ſcriptoribus externis erit, quod Notgerum Epiſcopum Leodienſem a noſtro non diſtinxerint, aut hunc eundem ad Ottonis tempora retraxerint. Mortuus eſt Notkerus epiſcopus Anno MVII. IX. Id. Aprilis. Aſt Notkerus Abbas XVIII. Kalend. Januarii DCCCCLXXIII. poſt annorum quatuor Prelaturam, adeo ut epiſcopi electionem mors abbas praeceſſerit uno tantum Anno. *e*) Notkerus Balbulus receptus admodum puer eſt in monaſterium Sangallenſe ſub Grimaldo Abbate poſt Annum DCCCXL. & primum Yſonis, deinde Marcelli Hiberni diſciplinae commiſſus huic in monaſterio ſcholae elauſtralis ſucceſſit; Martyrologium ſcripſit, quod vulgavit Henr. Caniſius antiqv. Lection. A. C. DCCCCXII.

d] vid. Dan. PAPEBROCHIVS de Notkero Balbulo n. 5. in Actis Sanctorum per Godofred. Hanſchenium & Daniel. Papebrochium Aprilis Tom. I. pag. 577.
e] vid. l. c. n. 7. pag. 577. 578.

A. C. DCCCCXII. Tom. VI. A. DCCCLXX. vel poſtea, quemadmodum ipſe manifeſte indicat ad X. Kalend. Junii de Deſiderio Epiſcopo Vicenſi agens. *f*) Hepidanni Annales ab a. DCCIX ad A. MLXII. ductos poſſumus, imo debemus intelligere de S. Notkero, quando ibi legimus A. DCCCCXII. Eodem Anno Notkerus Magiſter obiit. Etſi enim plures claruerint in eo monaſterio Nokeri; nullus tamen toto eo ſeculo decimo praeter Balbulum innoteſcere meruit. *g*) Scripſit

I.] De *Vita S. Galli* carmine libros III. Joachimus VADIANVS *h*) exſtare ait vitam B. Galli Notkero autore deſcriptam hexametris verſibus, duris quidem illis & incultis, ſed raris tamen illo ſeculo. *i*)

II.] *Carmina* aliqua vulgata ab Henrico CANISIO Antiqv. Lect. Tom. V.

III.] Exſtant Notkeri *verſus ad Regem ſuſcipiendum* in Antiphonario MSto Bibliothecae Helmſtadienſis, qui quod non multi ſunt, & a Caniſio forte aut non vulgati, aut non iis lectionibus notati, locum hic inveniant:

Ave beati germinis
Invicte rex & inclyte *Omnis*

f] vid. Daniel PAPEBROCHIVS de B. Notkero Balbulo Monacho Sangallenſi in Helvetia num. 4. in Actis Sanctorum Aprilis Tom. I. d. VI. April. pag. 577. A. *g*) vid. PAPEBROCHIVS loc. cit. num. 5. *h*) lib. II. de Collegiis monaſteriisque Germaniae veteribus. *i*) vid. PAPEBROCHIVS de Notkero Balbulo num. 8. in Actis Sanctor. April. Tom. I. pag. 578.

Digitized by Google

Omnis tibi militia A. C.
Occurrat ovans cælitum. DCCCCXII.
Intacti Christi genetrix
Mater honora virginum
Chorum pudicum socians
Tibi procedat obviam.
Agonithetae Apostoli
Victoriosi martyres
Omnesque sancti ordines
Semper vocent te laudibus.
Nos pro statu parvi loci
Reique modo paupertis
Laetantes pio domino
Occurrimus in omnibus.
Haec ipsa gaudent tempora
Floreque verno germinant
Adventus omni gaudio
Quando venit optatior.

III.

RATHBODVS.

Quartus decimus Episcopus Traiectensis. *a*) Moritur A. DCCCCXVII. Indict. V. III. Kalend. Decembr. *b*) Scripsit carmen allegoricum de *S. Sviberto*. Elegiac. init:

Lux nova Svibertus Francos lustravit & Anglos.

Exstat in Actis Sanctorum Martii *c*)

III. *a*) vid. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccles. num. CCXCIII. *b*) vid. TRITHEMIVS l. c. *c*) Tom. pag. 85.

A. C. DCCCCXIX.

IV.

SALOMON.

Constantiensis ad Rhenum Episcopus A. DCCXCI. creatus. *a*) Vivere desiit Anno DCCCCXIX. *b*) Ejus carmina *ad Dadonem* episcopum exstant in Henrici CANISII Antiqv. Lect. Tom. I; *c*) Bibliotheca magna Patrum edit. Paris. 1644. *d*) & in Bibliotheca maxima Patrum ed. Lugd. 1677. *e*) Sunt-que I.) Versus *ad Dadonem* Episcopum hexametri; quorum prologus incipit:

Simplex Trine Deus, genitor, sate, Spiritus alme. f)

Ipsorum versuum initium:

Dado Pater celebris, speculum, via, lumen & orbis.

II.) *Carmen hexametrum*, cujus initium Matthitae fido praesens didascalus esto. *g*)

III.] Carmen *ad Dadonem* Episcopum elegiacum. Initium

Exime antistes, huc accipe, Dado, salutes. h)

IV.) Salomonis *Tetrastichon*, quo carmen Waldraumi mittit ad Dadonem Episcopum; Elegiacum; initio:

Hic tibi scripturam praesul subjunge legendam. i)

V.

IV. *a*) vid. Aub. MIRAEI Auctar. Scriptor. Eccles. n. CCLXXXIV. *b*) vid. MIRAEVS l. c. *c*) Append. pag. 13. *d*) Tom. XVI. pag. 825. *e*) Tom. XVI. pag. 1300. *f*) Exstant l. c. p. 1300. *g*) l. c. p. 1303. *h*) l. c. *i*) l. c. pag. 1304.

Digitized by Google

V.) *Distichon*, quo carmen simile mittit ad Dadonem, elegiacum; initio: A. C.

Rursus sancte Pater tua me dilectio cogit. k)

V.

STEPHANVS DCCCCXX.

Ordinis S. Benedicti, a puero Mediomatrice [hodie Metis] educatus. *a*) Ex clerico Metensi episcopus Leodiensis *b*) a S. Lamberto decimus, *c*) creatus A. DCCCCIII. *d*) vel A. DCCCCIV. *e*) Abbas XV. Lobiensis. *f*) Vivere desiit A. DCCCCXX. *g*) Anno episcopatus XVIII. XIV. Kal. Junii. *h*)

Scripsit Cantum nocturnum in *honorem S. Lamberti*, item Canticum de *S. Trinitate*, & cantum de *inventione Stephani protomartyris*, quae auctentico & dulci modulamine composuit, ut loquitur SIGEBERTVS. *i*)

VI.

HVCBALDVS DCCCC-XXXVII.

Ita nominatur a SIGEBERTO Gemblacensi; *a*) ab aliis HVGBALDVS, aut HVBALDVS. *b*) Nepos Milonis monachi. *c*) Monachus S.

k) loc. cit.

V. *a*) v. Valerii ANDREAE bibliotheca Belgica ed. Lovan. 1643. p. 816. *b*) v. SIGEBERTVS Gemblacensis de Scriptor. Eccles. cap. 125. *c*) v. ANDREAS l. c. *d*) v. Aubert. MIRAEVS Schol. ad Sigeberti loc. cit. *e*) v. ANDREAS l. c. ex Sigeberto & Fulcuino Lobiensi Abbate in Chronico. *f*) v. ANDREAS loc. cit. *g*] v. MIRAEVS l. c. *h*] v. ANDREAS l. c. *i*] l. c.

VI. *a*] de Scriptor. Eccles. cap. 107. *b*] vid. Aub. MIRAEI Schol. ad Sigeberti l. c. *c*] vid. Val. AN-

A. C. DCCCC-XXXVII. Amandi *d*) Elnonenſis ordinis S. Benedicti *e*) Obiit A. DCCCCXXXVII. VII. Kal. Julii, ſepultus ad S. Amandum in avunculi monumento. *f*)

Scripſit ad Imperatorem Carolum Calvum librum trecentorum verſuum in *laudem Calvorum*, cujus omnia verba incipiunt ab una littera, id eſt, C. initio: *Carmine Clariſonae Calvis Cantate Camoenae*. *g*) Excuſum carmen eſt Baſileae 1561. & 1546. ac Lovanii apud Hier. Wellaeum. *h*) Prior & vetuſtior carminis editio habet 136. verſus. *i*) Emendatum & auctum legitur in Caſparis BARTHII Adverſariis, *k*) eſtque verſuum CLI.

DCCCCXLII

VII.

ODO

Muſicus, ex Archicantore Turonenſi monachus & primus Abbas Cluniacenſis. *a*) Obiit anno DCCCCXXXVII. *b*) aut DCCCCXLII, quarto poſt Martini Feſtivitatem die. *c*) In componendis in honore ſanctorum cantibus elegans ingenium habuiſſe

---

DREAE Bibliotheca Belgica & Lovan. 1643. pag. 395. *d*] vid. SIGEBERTVS l. c. *e*] vid. MIRAEVS l. c. *f*] vid. ANDREAS l. c. *g*] vid. SIGEBERTVS l. c. *h*] v. Val. ANDREAE Bibl. Belg. p. 395. *i*] v. MIRAEVS ad Sigeberti l. c. *k*] L. XLVI. c. XXII.

VII. *a*] vid. SIGEBERTVS Gemblacenſis de Script. Eccl. cap. 124. *b*] vid. Aub. MIRAEI Auctar. de Script. Eccleſ. n. CCLXXXIX. *c*] vid. CAVE de Script. Eccleſ. pag. m. 476.

Digitized by Google

isse dicitur SIGEBERTO Gemblacensi. *d*) Scripsit A. C. DCCCXLII

I.] de *Sacramento Corporis & Sanguinis Domini* versus hexametros. Init.

Convivas epuli mundos Deus esse superni.

Exstant in Bibliotheca Cluniacensi, *e*) & in Bibliotheca max. Patrum. *f*)

II.] Hymnum de *Maria Magdalena*, init.

Lauda mater Ecclesia.

Exstat in Bibliotheca Max. Patrum. *g*)

III.] Hymnum de *S. Martino Turonensi Archiepiscopo*, initio:

Rex Christe Martini Decus.

qui exstat in Bibliotheca Maxima Patr. *b*).

VIII.

LAURENTIVS. DCCCCb.

Monachus Casinensis, deinde Episcopus. *a*) Floruit circa annum DCCCCL. *b*) Versibus adornavit B. *Mauri vitam* ac Castrensis Episcopi passionem, *c*) quae exstat MS. in Bibliotheca Casinensi teste Arnoldo WION libr. Lign. Vitae. *d*)

IX.

COSMAS.

Materiensis, qui vixit circa Ann. DCCCCL.

d] l. c. *e*] edit. 1614. p. 263. *f*] Tom. XVII. pag. 313. *g*] Tom. XVII. pag 314. A. *b*] l. c. C.

VIII. *a*] vid. PETRVS Diaconus de Viris illustribus Casinensibus Cap. VI. *b*] vid. Joh. Baptista MARVS Annot. ad Petri locum cit. *c*] vid. PETRVS loc. cit. *d*] apud MARVM loc. cit.

Digitized by

A. C. teste Ferdinando VGHELLO. *a*) Scripsit Car-
DCCCCL. mina tria de *passione Theopompi & Theonae martyrum.*

I.] Elegiacum initio:

Cosmas Gregorio Monacho dedit ista benigno

II.] Elegiacum initio:

Contulit agminibus fratrum pia munera Christus

III.] Hymnus Jambico-Quaternarius init.

Celsum triumphum Martyrum.

Exstant in VGHELLI Italia sacra. *b*)

DCCCCLIX.

X.

ODO.

Episcopus Saresburiensis, postea Cantuariensis Archipraesul. *a*) Obiit Anno DCCCVIX. *b*) Edidit plura poemata teste BALEO. *c*)

XI.

FRIDEGODVS.

Diaconus, Cantuariae etiam ad Servatoris Fanum monachus. *a*) Claruit Anno DCCCCLX. *b*) Scripsit

I.] *Vitam S. Wilfridi* Episcopi Eboracensis carmine hexametro, quae exstat in Actis Sanctorum ordin. S. Benedicti. *c*) Eius supplementum initio:

Haec

IX. *a*] Italiae Sacrae Tom. II. pag. 139 A. *b*] Tom. II. pag. 139. & 140.

X. *a*] v. BALEVS Scriptor. Britannicorum Cent. II. n. 30. *b*] vid. BALEVS l.c. *c*] loc. cit.

XI. *a*] vid. Joh. BALEVS Script. Britann. Cent. II. num. XXXII. *b*] vid. BALEVS l.c. *c*] Secul. III. Part. I. pag. 169.

Digitized by Google

Haec eadem ſacris juſſerunt indere libris exhibent Acta eadem. *d*) A. C. DCCCCLX

II.] *Vitam S. Audoeni. e*)

De ſtylo ejus ita GVIL. Malmesburienſis de Geſtis Pontif. libr. I. fol. 124: ſcripſit verſibus non ita improbandis, niſi quod latinitatem peroſus, graecitatem amat, graecula verba frequentat: ut merito dictis ejus aptetur illud Plautinum; Haec quidem praeter Sybillam leget nemo. *f*)

XII.

DCCCCLXII

SALVUS.

Abbas Albaildenſis [Alveldenſis] monaſterii. *a*) Obiit temporibus Garſeani Chriſtianiſſimi Regis & Theudemiri Pontificis, IV Idus Februarii, aera milleſima [A. Chr. DCCCCLXII] *b*) Scripſit *Hymnos* & *verſus. c*)

XIII.

DCCCC-LXVI.

FRODOARDVS.

FLAVVALDVS dictus SIGEBERTO Gemblacenſi. *a*) FLAVALDVS Joh. TRITHEMIO. *b*) Aliis FLODOARDVS. *c*) Monachus Remenſis *d*) Presbyter & canonicus eccleſiae Remenſis, deinde monachus & abbas coenobii S. Re-

S 5 mi-

a] Secul. IV. Part. I. pag. 722. *e*] vid. CAVE de Script. Eccleſ. pag. m. 502. *f*] vid. CAVE l. c.

XII. *a*] vid. Vita Salvi incerto autore, annexa ILDEFONSO de Script. Eccleſ. ed. Hamburg. 1718. pag. 68. *b*] vid. Vita Salvi l. c. *c*] vid. Vita Salvi loc. cit.

XIII. *a*] de Script. Eccleſ. cap. 131. *b*] de Scriptor. Eccleſ. n. CCCVII. *c*] vid. MIRAEI Scholion ad Sigeberti l. c. *d*] vid. SIGEBERTVS l. c.

Digitized by Google

A. C. migii in urbe Remenſi ſalutatur ab Auberto
DCCCC- MIRAEO. *e*) Obiit A. DCCCCLXVI. *f*) d.
LXVI. 28. Martii. *g*) Scripſit verſu

I.] *Vitam S. Columbani* Abbatis, quae exſtat in Actis Sanctorum ord. S. Benedicti. *h*)

II.] Carmen de S. *Attala* quod exſtat ibidem. *i*)

III.] *Geſta Pontificum Romanorum k*) libris XIV. quorum fragmentum inſeritur Actis Sanctorum ord. S. Benedicti. *l*)

IV.] De *S. Benedicto & multis ejus miraculis*, quod exſtat ibidem. *m*)

V.] De *Triumphis Italicis martyrum & confeſſorum* libro XV. metro ſcriptos, qui exſtant MSti Treveris in ſummo templo teſte Henrico BVNDERIO. *n*)

VI.] De *Triumphis Chriſti & Sanctorum Palaeſtinae* metrice libros III. qui aſſervantur ibidem, teſte eodem. *o*)

VII.] De *Triumphis Chriſti Antiochiae geſtis* metrice libros II. qui habentur ibidem, teſte citato. *p*)

VIII.] Carmen de *S. Bertulfo Abbate Bobienſi*,

---

e] loc. cit. *f*] vid. MIRAEVS l. c. *g*] vid. CAVE de Script. Eccl. Pag. m. 498. *h*] Secul. II. pag. 30. *i*] Secul. II. pag. 30. *k*] vid. SIGEBERTVS de S. E. cap. 131. *l*] Secul. III. part. II. pag. 569. *m*] Secul. II. pag. 1095. *n*] in Indice MStorum librorum per Belgium vicinasque provincias apud MIRAEVM in Schol. ad Sigeberti l. c. *o*] l. c. *p*] l. c.

Digitized by Google

bienſi, quod exſtat in Actis Sanctorum ord. S. Benedicti. *q*) A. C.

XIV. DCCCCLXX

LVITRANDVS.

EVTRANDVS dictus Johanni TRITHEMIO. *a*) Ticinenſis Eccleſiae Diaconus. *b*) Poſtea Cremonenſis Epiſcopus. *c*) Claruit ſub Othone I. imperatore A. DCCCCL teſte TRITHEMIO. *d*) Ab Othone I. ad Nicephorum Phocam Ao. DCCCCLXVIII. legatus Conſtantinopolin miſſus eſt. *e*) Vixit adhuc Anno DCCCCLXX teſte Guilielmo CAVEO. *f*) Eius Hiſtoriarum libris varia immiſta ſunt varia generis *carmina*. *g*)

XV. DCCCC-LXXIII.

WITEKINDVS.

WINDICHINDVS dictus SIGEBERTO Gemblacenſi, *a*) WINDICHINVS Johanni TRITHEMIO. *b*) Monachus Corbeiae Saxonicae. *c*) Claruit ſub Ottone Imperatore I. Anno DCCCCL. *d*) Scripſit de Rebus Saxonum, de-

---

q] Secul. II. pag. 166.

XIV. *a*] de Script. Eccleſ. n. CCCII. *b*] vid. SIGEBERTVS Gemblac. de Script. Eccleſ. Cap. 126. *c*] vid. Aub. MIRAE Auctar. de Scriptor. Eccleſ. num. CCXC. *d*] l. c. *e*] vid. Aub. MIRAEVS l. c. *f*] de Scriptor. Eccleſ. pag. 500. ed. Genev. *g*] vid. Juſti REVBERI Script. Rer. German. pag. 90. ſq.

XV. *a*] de Script. Eccl. cap. 129. *b*] de Script. Eccl. n. CCCI. *c*] vid. SIGEBERTVS l. c. *d*] vid. TRITHEMIVS l. c.

A. C. definitque in geſtis Anni DCCCCLXXIII.
DCCCC- quo Otho obiit. Scripſit
LXXIII. I.] *Paſſionem Theclae* virginis metrice. *e*)

II.] *Vitam Pauli* Eremitae tam proſa, quam metro. *f*)

III.] Exſtant ejus verſus aliquot, qui in Codice IV. Evangeliorum deſcripti, in Monaſterio Corbeienſi reperti ſunt, qui prodierunt cura Heinrici MEIBOMII, una cum libris de Rebus Saxonum, notis illuſtrati Frfti 1621 fol. inter alios quosdam ejusdem Seculi Scriptores. *g*)

XVI.

DCCCCXC

ALBERTVS.

OLBERTVM nominat Guil CAVE. *a*) Monachus Lobienſis, poſtea abbas coenobii Gemblacenſis. Claruit temporibus Ottonis Imperatoris ſecundi Anno DCCCCLXXX. ſecundum TRITHEMIVM; *b*) Ao. MXX ſecundum CAVEVM. *c*) Scripſit *Cantus in honore Sanctorum.* d)

XVII.

SMARAGDVS.

Abbas Monaſterii S. Michaelis; *a*) in Saxo-

e] vid. SIGEBERTVS l. c. *f*] vid. SIGEBERTVS l. c. *g*] vid. CAVEVS de Scriptor. Eccleſ. num. 498. 499.

XVI. *a*] de Script. Eccleſ. pag. m. 520. *b*] de Script. Eccleſ. n. CCCVIII. *c*] l. c. *d*] vid. TRITHEMIVS loc. cit.

XVII. *a*] vid. HONORIVS Auguſtodunenſis de Script. Eccleſ. lib. IV. cap. 6.

Digitized by Google

Saxonia addit MIRAEVS; *b*) ad Mosam in dioe- A. C.
cesi Virdunensi Joh. FABRICIVS. *c*) Ordinis DCCCXXC
sancti Benedicti. *d*) Floruit A. DCCCCX confirmante Bernardo PEZ. *e*) & Joh. Alb. FABRICIO. *f*) Alii eum claruisse referunt Ao. DCCCCXL. alii A. DCXXC. teste WIONIO. *g*) Claruit A. DCCCCXXC. perhibente Auberto MIRAEO. *h*) Cui sententiae contrarius est Guil. CAVEVS, *i*) probatque floruisse A, DCCCX. quo collationi inter Papam & legatos Caroli M. de processione Spiritus S. Romae habitae interfuit, atque A. DCCCXXIV. una cum Frothario Episcopo Tullensi, Ismundo Abbati Mediolanensi & inimicis Monachis a Ludowico Imperatore iudicem datum esse: nisi forte duo fuerint Smaragdi, ex quibus posterior Autor Diadematis Monachorum. Certe Trithemius videtur ea aetate collocare Smaragdum, qua Miraeus. Scripsit I. Expositionem in *regulam S. Benedicti*, cui praemisit carmen versu elegiaco, initio: *Quisquis ad aeternum mavult conscendere regnum*; quod inseruit AYMOINVS Floti-

---

b] Schol. ad Honorii l. c. *c*] notis ad Joh. Trithemii de Script. Eccles. num. CCC. *d*] vid. Johannes TRITHEMIVS de S.E. num. CCC. *e*] not. ad Anonymum Mellicensem cap. L. *f*] loc. c. *g*] in Ligno Vitae apud Joh. a BOSCO *in Bibliotheca Floriacensi*. *h*] Schol. ad Honorii de Script. Eccl. lib. IV. cap. 6. *i*] de Script. Eccles. pag. m. 435.

A. C. DCCCCXXC riacenſis ſermoni ſuo de S. Benedicto. *k*) II. Carmen epiſtolis & evangeliis praefixum. *l*)

XVIII.

LAMFRIDVS.

LANTFREDVS dicitur Thomae RVDBORNE. *a*) LAMBERTVM aliqui falſo vocant, notante BALEO. *b*) Monachus veteris Coenobii Wintoniae, *c*) & quidem Ordinis S. Benedicti, Congregationis Giribennae. *d*) Claruiſſe fertur A. DCCCCLXXX. *e* Scripſit

I.] Librum de *Fundatione Wentanae Eccleſiae*, titulo: *Liber fundamenti.* f) Ex eo bina diſticha hexapentametra initio:

Quisquis ad hoc templum beneficia poſcere quaerit.

profert Thomas RVTBORNE. *g*)

II.] Librum de *vita Swythuni* Antiſtitis, ubi metris variis laudat Epiſcopum. *h*) Metri primi verſus binos inſeruit Thomas RVD-

k] in Joh. a BOSCO Bibl. Floriacenſi pag. 290. *l*] v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latinit. edit. Hamburg. 1712. pag. 717.

XVIII. *a*] in Hiſtoria Maiori Wintonienſi libr. II cap. 3. *in Anglia Sacra Part. I. pag. 192.* libr. III. cap. 2. *ibid. pag. 203.* *b*] Scriptor. Britann. Cent. II. num. 37. *c*] vid. BALEVS l. c. *d*] vid. Joh. PITSEVS de illuſtribus Angliae Scriptoribus n. 9. pag. 178. *e*] vid. BALEVS l. c. *f*] vid. Thomas RVDBORNE Hiſt. Maioris Winton. libo II. cap. 3. in Anglia ſacra P. I. pag. 192. *g*] l. c. pag. 19. *h*] vid. Thom. RVDBORNE Hi-

Digitized by Google

RVDBORNE Histor. Maiori Wintonienſi. *i*) A. C. Metri quarti verſus decem habet idem. *k*) DCCCXXC Lanfredi de miraculis S. Swithini proſa & carmine exſtat inter manuſcriptos libros in aedibus Jacobaeis. *l*)

XIX.

ROSWIHTHA.

ROSVIDA dicitur Joh. TRITHEMIO. *a*) Sacrimonialis in cœnobio Gandeshemenſi. *b*) Vixit Ao. DCCCCLXX. *c*) Claruit Anno DCCCCLXXX. notante CAVEO. *d*) Scripſit

I.] *Ad Gerbergam* Carmen, quod exſtat in Hroſwithae operibus cura SCHVRTZFLEISCHII. *e*)

II.] In *Hiſtoriam intemeratae Dei genetricis*, quae exſtat ibidem.

III.] *Hiſtoriam Nativitatis laudabilisque converſationis intactae Dei genetricis*, quae non differt credo a ſcripto quod apud TRITHEMIVM *f*) hoc inſignitur titulo: *In laudes beatae Virginis elegiaco & hexametro verſu lib. I. Unica ſpes.* Exſtat in SCHVRTZFLEISCHII editione operum Hroſwithae. *g*)

IV.]

Mal. Wint. lib. III. c. 2. *l. c. pag. 203.* *i*] l. c. pag. 203. *k*] l. c. pag. 203. 204. *l*] n. 399. v. Catalogos MSS. Angl. & Hibern. Tom. II. pag. 242.

XIX. *a*] de Scriptor. Eccleſ. n. CCCXCI. *b*] vid. TRITHEMIVS l. c. *c*] vid. TRITHEMIVS in Annalibus Hirſaug. apud *Joh. Albert. Fabricium not. u*] *ad Trithemii de S. E. locum cit.* *d*] de Scriptoribus Eccleſ. pag. m. 506. *e*] pag. 72. *f*] loc. c. *g*] pag. 73.

Digitized by Google

A. C. DCCCCXC

IV.] *Hiſtoriam Aſcenſionis Dominicae*, quae legitur ibidem. *h)*

V.] *Paſſionem S. Gangolfi*, quae exſtat ibidem. *i)*

VI.] *Paſſionem S. Pelagii*, quae exſtat in Actis Sanctor. Junii, *k)* & in operibus Hroswithae per SCHVRTFLEISCHIVM. *l)*

VII.] *Lapſum & Converſionem Theophili* Vice Domini. Exſtat in Rotwithae operibus per SCHVRTZFLEISCHIVM. *m)*

VIII.] *Hiſtoriam de Converſione deſperati adoleſcentis, ſervi, Proterii, per S. Baſilium.* Exſtat ibidem. *n)*

IX.] *Hiſtoriam Paſſionis S. Dionyſii* carmine elegiaco. *o)* Exſtat in operibus Roſwithae per SCHVRTZFLEISCHIVM. *p)*

X.] *Hiſtoriam Paſſionis S. Agnetis.* Exſtat ibidem. *q)*

XI.] *Panegyrin Oddonum*, ſ. de Geſtis Ottonum Panegyricum, ut habet Johannes TRITHEMIVS. *r)* Verſu hexametro, non elegiaco, ut ſcribit MIRAEVS. *s)* Editus eſt in Scriptoribus Rerum Germanicarum per Juſtum REVTERVM. *t)* Cum Henrici MEIBOMII; *u)* in Hroſwithae Operibus per SCHVRTZFLEISCHIVM.

---

b) pag. 98. *i)* pag. 103. *k)* Tom. V. d. 26. *l)* p. 119. *m)* pag. 132. *n)* pag. 145. *o)* vid. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 391. *p)* pag. 153. *q)* pag. 162. *r)* de S. E. n. 391. *s)* in Mantiſſa ad Auctarium de Script. Eccl. *t)* pag. 864. *u)* pag. 709.

Digitized by Google

SCHIVM. *x*) Duas habet Praefationes, quarum prior incipit: A. C. DCCCCXC

Pollens imperii regnator Caesariani

posterior:

Odo Romani praefulgens gemmula regni.

Historiae ipsius initium est:

Postquam Rex Regum, qui solus regnat in aevum.

XII.] De *Coenobii Gandersheimensis fundatione ac primordiis.* Exstat in G. G. LEIBNITII T. II. Scriptorum Brunsvicensium. *y*) *Opera* HROSWITHAE prodierunt per Conradum CELTEN Norimbergae MDI. per Henricum Leonhardum SCHVRTZFLEICHIVM Wittebergae MDCCVII. q. *z*)

XX.

SYRVS.

DCCCC-XCIV.

Monachus Cluniacensis. Coaevum S. Maiolo abbati Cluniacensi in Gallia, qui mortuus A. DCCCCXCIV. d. XI. Maji, dicit inscriptio vitae S. Maioli, auctoribus SYRO & ALDEBALDO. *a*) Idem non obscure indicat S. ODILO Abbas in Vita S. Maioli; *b*) dum ait: quanta per eum Dominus ostendere dignatus est miracula, testantur volumina a doctissimis viris ordinata, calamo

T con-

x) pag. 175. *y*) pag. 319-330. *z*) vid. Nicolai Hieronymi GVNDLINGII Observat. select. I. pag. 12. sqq.

XX. *a*) in Actis Sanctorum Maii per Godofr. HENSCHENIVM & Dan. PAPEBROCHIVM Tom. II. edit. Antw. 1680. d. XI. Maii. pag. 668. E. *b*) Cap. II. num. 20.

A. C. DCCCC-XCIV.

conſcripta rhetorico, & in quibusdam locis metro variata dactylico. Scripſit *Vitam S. Maioli* Abbatis Cluniacenſis libris tribus ab ALDEBALDO ſuppletis, & in ordinem redactis. *c*.) Scripta quidem eſt proſa, inſertis tamen non unis carminibus. Scilicet libr. I. n. 5, 6, 7, 8, 9. 10, 16. Prologus libr. II. n. 17, lib. II. n. 18, 20, 22, 27, 28, 33. Prologus lib. III. n. 37. qui totus poeticus eſt, initio:

O Lux, terrigenum mentibus auldita.

libri III. pars I. n. 38. incipit carmine:

Huc pede difficili quanquam decurrimus usq;.

Reliqui verſus leguntur libr. III. Part. I. n. 39, 41, 42, 45, 46; Part. II. n. 55, 56. Exhibent Vitam S. Maioli, auctoribus Syro & Aldebaldo, Acta Sanctorum Maji per Godofredum HENSCHENIVM & Danielem PAPEBROCHIVM, *d*) ex MSstis Reginae Sveciae, Caroli Strozzi, Archimonaſterii Ciſtercienſis in tomo 3. de vitis Sanctorum, Divionenſi S. Benigni. Item Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti. *e*) Nimis tenuis eſt notitia, quam Odilo in Vita S. Maioli *f*) de carminibus in Syri & Aldebaldi Vita S. Maioli prae-

l. c. pag. 688. A. c) vid. REIMBALDI verſus de Syro & Adelboldo, vitae *S.* Maioli ſcriptoribus, praefixos illi Vitae in Actis Sanctorum Maii Tom. II. pag. 669. A. *d*) Tom. II. edit. Antw. 1680. pag. 668. *e*) Seculo V. edit. Pariſ. 1685. pag. 799. ſqq. *f*) Cap. II. num. 10. in *Actis Sanctor. Maii Tom. II. pag. 668. A.*

Digitized by Google

praebet, dum ea metro dactylico scripta dicit, cum tamen prologi librorum II. & III. aliis carminum generibus gaudeant. A. C.

XXI.

ALDEBALDVS.

DCCCC-XCIV.

Coaevus S. Maioli Abbatis Cluniacensis quarti, mortui DCCCCXCIV. d. XI. Maji. *a*) Dicitur opus Syri de *Vita S. Maioli* supplevisse, & in ordinem redegisse, in REIMBALDI versibus de vitae huius Scriptoribus. Repete, quae de hoc scripto in Syro dicta sunt.

XXII.

DVDO.

DCCCC-XCVI.

Decanus ad S. Quintinum. Scripsit res in Galliis a Normannis gestas usque ad annum DCCCCXCVI. *a*) Exstat *Historia Normannorum* per Dudonem, super congregationem S. Quintini Decanum, ad Alberonem episcopum Laudunensem; versibus subinde intermistis, cum additamentis, ex sexto libro historiae Wilhelmi, Gemeticensis monachi, & continuatione ad tempora R. Henrici II. manuscripta in bibliotheca Roberti Cottoni Nero D. VIII. 3. *b*)

XXI. *a*) vide quae de Syro diximus.

XXII. *a*) v. Auberti MIRAEI Auctarii de Scriptor. Eccles. Mantissa. *b*) vid. Catalogus Thom. SMITHI Pag. 57.

XXIII.

A. C. M.

WOLSTANVS.

Monachus Wintonienſis. *a*) Claruit Ao. M. *b*) Scripſit

I.] Carmen *Ethelwoldum*, quod inſertum vitae S. Ethelwoldi a Wolſtano conſcriptae, in Actis Sanctorum Ord. S. Benedicti. *c*)

II.] Librum de Vita S. Swithuni carmine elegiaco. Exſtat in Ordinis S. Benedicti. *d*)

XXIV.

SEC. X.

JOTSALDVS.

Vel GOTSCALCVS monente Caſpare BARTHIO. *a*) Monachus. *b*) Scripſit *Planctum de tranſitu Odilonis*, verſu hexametro, qui legitur in Bibliotheca Cluniacenſi. *c*) Dedit ad illum annotationes & animadverſiones quasdam Caſpar BARTHIVS. *d*)

XXV.

SEC. X.

ANONYMVS.

Scripſit Carmen Panegyricum in *laudem Berengarii Auguſti* Hexametrum. Init:

Graecia quaeſitis cecinit ſi regna loquelis.

Exſtat in God. Guil. LEIBNITII Scriptoribus Rerum Brunſvicenſium Tom. I. *a*)

XXVI.

XXIII. *a*) vid. Joh. BALEVS de Scriptor. Britann. Cent. II. n. XLII. *b*) vid. BALEVS l. c. *c*) Secul. V. pag. 621. *d*) Secul. V. pag. 628.

XXIV. *a*) Adverſ. libr. IV. cap. XIX. col. 196. *b*) v. BARTHIVS l. c. *c*) col. 529. *d*) Adverſar. lib. IV. cap. XVIII. col. 195, & cap. XIX. col. 196.

XXV. *a*) edit. 1707. pag. 235.

Digitized by Google

XXVI.

JOANNES.

A. C. SEC. X.

Monachus Elnonenſis. Scripſit poema de *Vita S. Rictrudis* hexametrum, ex quo particulam initio:

Ergo ſupra ſatis tandem cum pervia Francis,

exhibent Acta Sanctorum Februarii Tom. I. ed. Antw. 1658. *a*)

XXVII.

THEODVLVS.

Ita nominatur ab HONORIO Auguſtodunenſi, *a*) & SIGEBERTO Gemblacenſi. *b*) Vel THEODOLVS. Ita Gloſſa MSti Codicis Helmſtadienſis ad Eclogam Theoduli. Vel THEODORVS, ut habet Gloſſa citata. Natione Italus. *c*) Athenis ſtuduit. *d*) Auctor primo in Italia ſtuduit, deinde Athenis, & ibidem epiſcopus factus eſt, ubi audivit multas lectiones & diſputationes, & altercationes gentilium & Chriſtianorum certantium pro fide. Narrat hæc Gloſſa MSta. *e*) Presbyter Cœlo-Syriae dictus Joh. TRITHEMIO. *f*) Sed falſo. Honorius enim expreſſe diſtinguit Theodorum Cœli-Syriae Presbyterum a Theodulo noſtro, de illo agens libro II. de Script. Eccles. cap. 90. de hoc libr. III. cap. 13. Scriptoribus Seculi VI. proximus eſt HONORIO. *g*) Scriptores ſeculi noni de-

XXVI. *a*) pag. 300. & 301.

XXVII. *a*) de Script. Eccleſ. libr. III. cap. 13. *b*) de Script. Eccleſ. cap 134. *c*) vid. HONORIVS l. c. & SIGEBERTVS loc. c. *d*) vid. SIGEBERTVS loc. cit. *e*) l. c. *f*) de Script. Eccl. n. CLXXXV. *g*) loc. cit.

A. C. SEC. X.

cimique juxta ponitur a SIGEBERTO Gemblacenſi. *b*) Recte meo judicio decimi ſeculi Poetis annumeratur, id quod ſcriptio quodammodo rythmica probat. Sub clericali norma obiit immatura morte. *i*) Imperante ab A. CCCCLXXIV. ad Annum CCCCXCI. Zenone mortuus eſt, ſecundum TRITHEMIVM, *k*) quod falſum; quippe quod ſolum in Theodorum presbyterum quadrat, a Theodulo noſtro probe diſtinguendum. Scripta ab eo eſt Ecloga, qua *comparantur Miracula Veteris Teſtamenti cum antiquorum poetarum commentis*. Ecloga de Veteri Teſtamento & fabulis Gentilium contexta, in qua veritatem fidei adſtruxit, perfidiae falſitatem deſtruxit; ſalutatur ab HONORIO. *l*) Cum Athenis ſtuderet, audivit gentiles cum Chriſtianis altercantes: quorum colligens rationes, reverſus contulit in allegoricam eclogam, introducens duas perſonas altercantes, & tertiam de duarum dictis diiudicantem. Primam vocans Pſeuſtin a falſitate dictam, humana & fabuloſa proponentem: ſecundam Alithiam, divina & vera opponentem: tertiam Phroneſin a prudentia dictam, per quam dubia examinantur. Titulus hujus libri eſt, *Ecloga Theoduli*. *m*) *Tetraſticium* Theoduli inſcribitur in Codice MSto quem habet Joh. Albertus FABRICIVS. *n*) Autor Eclogae, quamvis

b) l. c. *i*) vid. SIGEBERTVS de S. E. c. 134. *k*) l. c. *l*) loc. cit. *m*) vid. SIGEBERTVS Gemblacenſis de S. E. cap. 134. *n*) vide FABRICII notam ad Trithemii

Digitized by Google

vis medii aevi poeta sit, nec tamen presbyter Coelo-Syriae fuit, nec scriptor Seculi VI. Utitur enim, ut alia taceam, versibus Leoninis. Confirmant sententiam de aetate Gvil. CAVE *o*) & Joh. Albertus FABRICIVS. *p*) Quicquid hujus sit cum incerta sit aetas, nosterque Theodolus notior sit, hac occasione Eclogam recensebimus. Inscribitur Eggloga, a capris videlicet tracto vocabulo; quasi diceretur eglelogos, id est: caprinus sermo; aut quia foeditatem vitiorum, quae per hoc animal significatur, reprehendit. Nonnulli etiam a egligon Graece, exercitium latine interpretantur; quia collectis historiis & fabulis multis componitur *q*) Bernardus PEZ *r*) observat pro egligon Graece dicendum ἐκλογὴ, & pro exercitium forte legendum: excerptum. Colloquuntur in ea invicem *Pseustis*, *Alithia*, *Phronesis*. Dividitur in tres partes liber in MSto Helmstadiensi. Scripta est Ecloga carmine hexametro. Incipit

Aethiopum terras jam fervida torruit aestas.

Exstat in M. H. G. (GOLDASTI) Manuali Biblico ed. Frfti 1620. *s*) Editum exemplar cum MSto quodam codice bibliothe-

A. C. SEC. X.

de S. E. cap. 185. ed. Hamb. 1718. pag. 52. *o*) de Script. Eccles. pag. 368. edit. Londin. *p*) in not. ad Trithemium loc. cit. *q*) vid. Anonymus Mellicensis de Script. Eccles. cap. XXXVI. *r*) in notis ad cit. loc. pag. 180. edit. Fabric. *s*) pag. 22.

Digitized by

A. C. SEC. X.

cae Academiae Juliae veteris contuli, & sat insignes lectiones, Goldastianis aut rectiores, aut æquiparandas observavi, quas exhibere non incongruum duxi:

Pag. 22. lin. 2. editum Exemplar *Jam* MS. *In.* lin. 14. *tulit hac* MS. *tulerat.* lin. 19. *unam* MS. *aequam.*

Pag. 23. lin. 4. *ait* MS. *ad haec* ibid. *detulit* MS. *obtulit.* lin. 9. *non dubito* MS. *ne dubitem* lin. 17. *superam* MS. *superum.* lin. 21. *quae* MS. *quod.* lin. 22. *splendorum* MS. *splendorem.* lin. 24. *lucescit* MS. *succesſit.* lin. 29. *Flammas* MS. *flammeus.*

Pag. 24. lin. 1. *rimatus* MS. *rimatur.* lin. 2. *Jovis* MS. *Jovi.* lin. 3. *adimit* MS. *adiuvit.* lin. 10. *cantando* MS. *tentando.* lin. 19. *renovavit* MS. *revocavit.* lin. 20. *dirupit* MS. *disrupit.* lin. 22. *A modo* MS. *An modo.* lin. 30. *virentibus* MS. *viridentibus.*

Pag. 25. lin. 5. *transit* MS. *truſit.* lin. 11. *Paeone* MS. *Pegone.* lin. ead. *deoravit* MS. *decrevit.* lin. 14. *patrio* MS. *proprio.* lin. 20. *gemuit* MS. *genuit.* ibid. *fructus* MS. *fluctus.* lin. 29. *senserit* MS. *senserat.* lin. 30. *solvens* MS. *vertit.*

Pag. 26. lin. 7. *Et* MS. *Nam.* lin. 13. *distractus* MS. *discerptus.* ibid. *focas* MS. *phocas.* lin. 15. modo MS. *modo* MS. *qui.* lin. 16. *venditur* MS. *venditus.* lin. 17. *sprevit* MS. *spernit.* lin. 18. *addictus* MS. *adductus.* lin. 22. *mundum*

Digitized by Google

dum MS. *nondum.* lin. 23. *ſimulat* MS. ſibulat. lin. 26. *abduxit* MS. *eduxit.* A. C. SEC. X.

Pag. 27. lin. 1. *donat* MS. *datur.* lin. 6. *Amphiarae* MS. *Amphioraë.* lin. 9 *eum teneris* MS. *eam tenebris.* lin. 10. *Facta* MS. *Fata.* ibid. *monent* MS. *jubent.* lin. 11. *quem* MS. *quos* lin. 14. *&* deeſt in MS. lin. 16. *inſita* MS. *obſita.* lin. 18. *arguet* MS. *urget.* lin. 27. *dejiceret* MS. *deficeret.*

Pag. 28. lin. 2. *Ochi* MS. *Orci.* lin. 5. *ſternit* MS. *ſtravit.* lin. 7. *praeſcindit* MS. *praeſcidit.* lin. 8. &. 11. *nomina* NS. *numina.* lin. 18. *tenent* MS. *tenet.* lin 23. *ſceptro* MS. *regno.* lin. 24. *Silenius* MS. *Cyllenius.* lin. 25. *renovavit* lin. 27. *male* MS. *magiae.* lin. 28. *itidem* MS. *tythide* Gloſſa addit Salamoni. lin. 29. *intentum* MS. *in tantum.* ibid *us* MS. *in.*

Pag. 29. lin. 1. *contectum* MS. *confectum.* lin. 4. *Tritholonum* MS. *Triptonium.* lin. 9. *ſufficiat* MS. *ſuffecit.* lin. 13. *aræ.* MS. *auras.* lin. 15. *igneus* MS. *aureus.* lin. 21. *frequentes* MS. *frequenter.* lin. 24. *item* MS. *idem.*

Pag 30. lin. 1. *agros* MS. *arbos.* lin. 4. *ſtimulat thalamo* MS. *ſimulat Salmon.* lin. 5. *gelidus* MS. *helydis.* lin. 7. *arva* MS. *arma.* lin. 8. *ſi* MS. *ſe.* lin. 12. *Phœbum* MS. *phœbi.* lin. 13. *experiuntur* MS. *experietur.* ibid. *Pythonis* MS. *Phatontis.* lin. 16. *uſibus* MS. *viſibus.* lin. 18. *cum* MS. *cur.* lin. 19. *&* MS. *te.* ibid. *proſunt* MS. *produnt.* lin. 22: *etiam.* MS. *ſed iam.* ibid. *madidus* MS. *plumam.* lin. 24. *foveam* MS. *caveam.* lin.

Digitized by Google

A. C. SEC. X.

27. *ſolo* MS. *uno* lin. 28. *jura* MS. *thura*. lin. 30. *Triviae* MS. *tridie*.

Pag. 31. lin. 4. *facta* MS. *fata*. lin. 10. *foendent* MS. *foedent*. ibid. *convivia* MS. *convicia*. lin. 14. *thoras* MS. *thoros*. lin. 16. *contenta* MS. *contemta*. ibid. *inſita* MS. *inſcita*. lin. 22. *ſilvae, prata virent*. MS. *prata virent, ſilvae*. lin. 25. *anni* MS. *euni*. lin. 26. *pinxit* MS. *finxit*.

Pag. 32. lin. 8. *Hellae* MS. *Helenae*. lin. 11. *potuit* MS. *voluit*. lin. 13. *Mandragora MS. Mandragorae*. lin. 14. *praecelit MS. praecellunt*. ibid. *velanima* MS. *velamina*. lin. 15. *eruerit* MS. *exuerint*. lin. 16. *evertit* MS. *avertit*. ibid. *dira* MS. *ira*. lin. 22. *ſummum MS. ſomnum*. lin. 27. *laudis &* MS. *lauderis*. lin. 28. *ſubſiſtat* MS. *ſubſiſtit*.

Pag. 33. lin. 8. *nitar MS. utar*. lin. 13. *coeſo* MS. *cedo*. lin. 16. *inſperato* MS. *inſpirato*.

Immatura morte decedens Autor librum ſuum non emendavit, *t*) Paucos in opere ejus naevos inveniri obſervat & Anonymus Mellicenſis, *u*) qui ſpeciatim carpit, quod in verſu quodam (319.) *ſe* in *ſecretum* corripuit. Commentarium Anonymus quidam ſcripſit Eclogam, qui exſtat MS. in Bibliotheca veteri Academiae Juliae, & incipit: *In principio hujus libri ſunt principaliter quaedam inquirenda. Primo quae ma-*

te-

t) vid. SIGEBERTVS l. c. u) de Script. Eccleſ. cap. 36.

Digitized by Google

teria, ſecundo quae forma, tertio quis finis, quarto quis Auctor &c. BERNARDVS etiam, Vltrajectenſis clericus, ſuper Eclogas Theodoli commentatus eſt. *w)* Exſtat Bernardus Manuſcriptus Leidae apud M. Zuerium Boxhornium. *x)* STEPHANVS item Anglicus ſcripſit in Eclogas Theoduli. *y)* A. C. SEC. X.

SECVLVM VNDECIMVM. MII.

I.

VFFINGVS.

MOnachus. Vixit ſub Ottonibus II. & III. mortuo A. MII. circa ſeculi decimi finem, teſtibus collectoribus Auctorum Sanctorum. Scripſit Carmen de S. *Ludgero*, quod exſtat in Actis Sanctorum per BOLLANDVM, &c. *a)*

II. MIII.

GERBERTVS.

Primo Remorum, deinde Ravennatum Archiepiſcopus, poſtea Romanus Pontifex Sylveſter II. Obiit A. MIII. d. XII. Maji. Scripſit

I.] Epigramma elegantiſſimum *in Imaginem*

---

w) vid. SIGEBERTVS Gemblacenſis de Scriptor. Eccleſ. Cap. 169. *x*) vid. Val. ANDREAE bibliotheca Belgica edit. Lovan. 1643. p. 859. *y*) vid. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenburg. pag. 193. b.

l. *a*) Martii Tom. III. pag. 659.

A. C. MIII. nem *Severini Boetii*, quod exstat apud Baronium Append. Tom. VII. *a*)

II.] *Epitaphium Lotharii* Regis hexametrum, initio:

Cujus ad obsequium coiere duces, bonæ omnes.

Exstat inter Annalium & Historiae Francorum ab Ao. Chr. DCCVIII. ad A. DCCCXC. scriptores coaetaneos XII, primum in luçem editos ex bibliotheca P. PITHAEI denuo impressos Francofurti A. 1594. *b*)

MLV.

III.
ABBO.

ALBO dictus Johanni TRITHEMIO. *a*) Abbas Floriacensis *b*) Claruit A. DCCCLXX. teste TRITHEMIO. *c*) Mortuus A. MIII. teste SIGEBERTO Gemblacensi. *d*) Annum MIV. Idusque Novembris ponit AIMOINVS. Scripsit carmine

I.) *Obsidionem Parisiorum a Normannis Danisque*, suo seculo tentatam, libris III. ex quibus tertius ad Clericos scriptus est, nihilque historici continet. Duo priores prodierunt cum & Historiae Francorum ab Anno Chr. DCCVIII. ad DCCCCXC. scriptoribus ex Bibliotheca P. Pithœi ed. Frfti 1594. *e*) Præmittitur praefatio ad Gozlinum pro-

II. *a*) pag. 4. *b*) pag. 525.

III. *a*) de Script. Eccles. n. CCCIII. *b*) vid. SIGEBERTVS Gemblacensis de Scriptor. Eccles. cap. 139. *c*) de S. E. n. CCCIII. *d*) in Chronico ad annum 1003. *e*) pag. 530.

Digitized by Google

profaica cui annexum diſtichon. Altera etiam metrica verſibus dactylicis ad præceptorem ſuum Aymoinum. Liber I. ita incipit: A. C. MIV.

Dic alacris ſalvata Deo Lutetia ſummo.

Obſervationes ad carminis aliqua loca dedit Caſpar BARTHIVS. *f*)

II.) *Epiſtolam* hexametris verſibus *ad Othonem Imperatorem*, quae exſtat inſerta Vitae S. Abbonis per AIMOINVM in Joh. a BOSCO Bibliotheca Floriacenſis edit. Lugd. 1605. *g*) ſed mutila; in Actis Sanctorum ordinis S. Benedicti Secul VI. Part. I. ed. Paris. 1701. *h*) Audiamus verba Aimoini: Ottoni quoque Imperatori Epiſtolam verſibus conſcripſit hexametris, nullis ſapientum iſtius temporis comparandam carminibus, e porphyriano utique ſibi codice exemplar ſumens, hunc verſum, materiam & quaſi fundamentum totius conſtituit operis:

Otto valens Caeſar, noſtro tu cede cothurno.

Is nempe verſus in eadem deſinit littera, qua etiam incipit: ſicque fit, ut ipſe principia verſuum omnium finemque tenens, per mediam quoque epiſtolae erectus, itemque in transverſum in modum crucis incedat; ipſe nihilominus clauſula carminis fieret. Atque hoc modo contingit, ut & ipſe ſexies diverſis

f) Adverſ. libr. XXXIII. cap. XIV. libr. XXXVI. cap. XIX. *g*) pag. 33. *h*) pag. 49.

A. C. MIV. versis modis legatur, & quatuor quadrangulos in epistola faciat, in quibus quadrangulis quatuor nomina erectim posita leguntur. In duobus quidem Otto & Caesar, in aliis vero Abbo & Abba, quae minio scripta, licet separatim hoc sonent, tamen cum aliis versuum litteris in ordine rediguntur, cujus series epistolae hujusmodi continetur ordine

OTTO VALENS CAESAR NOSTRO TV CEDE COTVRNO
Tot felix atavis quo T coelo sydera lucenT
Te dominum sibi Saxo Tulit, & roma notaviT
Orbis & ipse capit, Sol O contentus alumnO
Virtutum titulis & Vir cognoscens actV
Ac domitor patriae pAcis sectator in aulA
Lumen ubique micans jubar Luccndo vel SoL
Ergo Dei sOlita redd Entur sanCta benignE
Nec deriT virtus omNis, qua grAtia culmeN
Scandit eT occulti S - - - vEnia causS
Certe nos Omnes tibi Caesar ne Scins & nunC
Austrasios quae terra mAnet cer Alis opimA
Et foecunda seca pollEt satis ubeRe glebaE
Summis cara viriS ac saevis plena coloniS
A patris imperio non Absit ismaelitbA
Rexit eum solers & Regnans induperatoR
Nunc auguste tuum poNam venerabile nomeN
OTTO VALENS CAESAR NOSTRO TV CEDE COTVRNO
Solus enim regnans abSens, o caesaris haereS
Totus avo similis, si Te nova vita resignaT
Rex fuit ille potens Romanae legis amatoR
Omne decus patriae soliO prognatus avitO
Tem-

Tempora pacis erant, Tali dum jure vigereT A. C.
Vir tantus quem ſic - dVxi deſcribere verſV MIV.
Cur ergo nAtale tuum, Cur contrAbis & nunC
Exulis in Bellis defErs pia de Bita pompaE
Dum votes Bouis opto Dari mira Bilis iſtuD
Expandes Opus, ipſe nEum tracta Abilis indE
Caeſar ut invictis ſ Cuto munituS & ex buC
Omnibus utilior, mirO datus ante triumphO
Terribilis clemens tuTo diademate viſiT
Vultus avi patrisque tVi praeclarus amicTV
Rurſus uterque fuit diRo ſub tempore VictoR
Nunc unum vivens digNum cum patre vocameN
OTTO VALENS CAESAR nOSTRO TV CEDE CO-
TVRNO

Integrum adſcripſi carmen, ut artificium quod in editione citata latet, appareat.

IV.

AIMQINVS.

MV.

AIMONIVS dictus SIGEBERTO Gemblacenſi, *a*) AMMONIVS Joh. TRITHEMIO. *b*) Monachus Floriacenſis. *c*) Claruit ſub Ottone Imperatore III. Anno DCCCCXC. *d*) Ao. MIV. Abbonis neci interfuit. Anno MV. Abbonis vitam litteris conſignavit. Scripſit.

I.] *Hiſtoriam Translationis S. Benedicti* verſu hexametro, quae legitur in Actis Sanctorum ordinis S. Benedicti, ſeculo II. *e*)

II.] de *prima Fundatione Floriacenſis coenobii* poema heroicum, quod edidit DVCHESNIVS inter hiſtoricos Francicos Tom. III.

III.]

IV. *a*) de Script. Eccl. cap. 101. *b*) de S. E. n. CCCV. *c*) vid. Sigebertus l. c. *d*) vid. Trithemius l. c. *e*) pag. 859.

Digitized by Google

III.] Alia Poemata.

A. C. MV.

V.

GAVZBERTVS.

Monachus Floriacenſis. Vixit hoc aut praecedenti aliquo ſaeculo. Meminit enim ejus AYMOINVS Floriacenſis in ſermone de S. Benedicto ejusque praefatiunculam elegiaco carmine ſcriptam, initio:

Germine, doctrina, meritis ac nomine clari.

ſuo ſermoni inſeruit. Exſtat illa in Joh. a Bosco Bibliotheca Floriacenſi. *a*)

VI.

MVI.

ANONYMVS B.

Sacerdos Saxo. *a*) Dicit ſe ſcribere de Dunſtano, quae vel videndo, vel audiendo didicerat. *b*) Inſcribitur vita dicta Alfrico, anno poſt obitum Dunſtani octavo ad ſedem Archiepiſcopatus Cantuarienſis promoto, & A. MVI. vita functo. *c*) Scripſit *Vitam S. Dunſtani* Archiepiſcopi Cantuarienſis proſa & verſu, editam in Actis Sanctorum Maii. *d*) ex MSto Vedaſtino Atrebatenſi. Verſus inſerti ſunt Cap. I. num. 4. Cap. II. n. 9. Scripſiſſe Autorem metro perquam

---

V. *a*) pag. 280.

VI. *a*) v. Dedicationem praefixam vitae S. Dunſtani. *b*) vid. Dedicationem citatam in Actis Sanctorum Maii per Godofred. HENSCHENII &c. Tom. IV. pag. 346. E. *c*) vid. Dedicat. cit. l. c. B. *d*) Tom. IV. edit. Antw. 1685. pag. 346.

Digitized by Google

quam vacillanti judicat Godofredus HENSCHENIVS. *e*) A. C.

VII.

MVII.

HERIGERVS.

Abbas Lobienſis, *a*) vel Laubienſis, quod inſtituti Benedictini in ditione Leodicenſi coenobium eſt, ſecundo miliari a Binchio Hanoniae oppido. *b*) Fulcuino ſuffectus Ao. DCCCCXC. *c*) Floruit A. DCCCCXC. *d*) Obiit regiminis Anno XVII. prid. Kal. Novembris, *e*) A. MVII. non A. MCVII. ut habent AUBERTUS MIRAEVS, *f*) & Valerius ANDREAS; *g*) aut A. MXCVII. ut vult Guil. CAVEVS. *h*)

Scripſit *Vitam S. Urſmari* metrico ſtylo, *i*) quae MSta ſervatur Gemblaci teſte Auberto MIRAEO. *k*] Libris IV diſtincta exſtat inter alia Monaſterii Laubienſis monumenta per Aegidium WAVLDE, *l*] & in Actis Sanctorum Aprilis d. 18.

V VIII.

---

e) not. 1. ad vitas in Dunſtani autore Presbytero, eiusque prologum in Actor. Sanctor. Maii Tom. IV. pag. 347. A.

VII. *a*) v. SIGEBERTVS Gemblac. de S. E. cap. 137. *b*) v. Valerii ANDREAE bibliotheca Belgica edit. Lovan. 1643 p. 377. *c*) v. Guil. CAVE de S. E. p. m. 509. *d*) v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 307. *e*) vid. ANDREAS l. c. *f*) Schol. ad Sigeberti l. c. *g*) l. c. *h*) l. c. *i*) vid. SIGEB. Gembl. de S. E. cap. 137. *k*) Schol. ad Sigeberti l. c. *l*) vid. CAVE l. c.

Digitized by Google

A. C. MX.

VIII.
OSWALDVS.

Monachus Wigorniensis. *a*] Clauuit A. MX. *b*] Scripsit

I.] partim *carmine* partim soluta oratione quasdam *invocationes.*

II.] de *edendis carminibus* lib. I. *c*]

MXII.

IX.
THEODORICVS.

Casinensis Gymnasii Presbyter. *a*] Claruit circa Annum MXII. *b*] Scripsit Hymnum in *laudem B. Mauri*, venusto stylo, teste PETRO. *c*]

MXVIII.

X.
DITMARVS.

Germanus. Natus A. DCCCCLXXVI patre Sigefrido, Saxoniae Comite, matre Cunegunda, filia Henrici, Comitis Stadensis. Primum monachus Magdeburgensis, deinde Praepositus Wallibicensis; tandem Episcopus Martisburgensis factus A. MVIII. Obiit A. MXVIII. *a*] *Chronici* sui libris quibusdam praemisit *prologos* carmine heroico. Aliqua etiam *versibus scripta* operi ipsi inseruit. Prodiit Chronicon MDXXC Fran-

co-

VIII. *a*) vid. Joh. BALEVS Script. Britann. Cent. II, n. XLIII. *b*) vid. BALEVS l. c. *c*) vid. BALEVS l. c.

IX. *a*) vid. PETRVS Diaconus de Viris illustr. Casinens. cap. XVI. *b*) vid. Joh. Bapt. MARVS nota ad Petri l. c. *c*) l. c.

X. *a*) vid. Guil. CAVE de Script. Eccles. pag. m. 519.

Digitized by Google

cofurti opera Reineri REINECCII. Anno A. C. MDCLXXVII. Helmſtadii q. per Joh. Joach. MXVIII. MADERIVM. A. MDCCVII. Hannoverae in G. G. LEIBNITII Scriptor. Ref. Brunſu. *b)*

XI. MXXII.

NOTKERVS.

Phyſicus S. Labeo vulgo dictus, Monachus Sangellenſis. Obiit Anno MXXII. d. XXVIII. Julii. *a)* Scripſit *hymnos eccleſiaſticos.*

XII. MXXVII.

ADELBOLDVS.

Aliis ADEBOLDVS, ADELBODVS, ADEOBALDVS, ADELBANDVS & ADALBERO. *a)* Natione Friſius. *b)* Ex clerico Lobienſi epiſcopus Ultrajectenſis *c)* decimus nonus. *d)* Obiit A. MXXVII. *e)* d. V. Kal. Decembr. *f)*

In utraque litteratura plura ſui monumenta reliquit poſteris, referente SIGEBERTO Gemblacenſi. *g)* Johannes etiam TRITHEMIVS *h)* Adelboldum metro nonnulla edidiſſe narrat. Scripſit cantum nocturnalem in laudem Sancti Martini. *i)*

b) Tom. I. pag. 323.

XI. *a)* vid. Daniel. PAPEBROCHIVS de Notkero Balbulo n. 5. in Actis Sanctorum Aprilis Tom. I. pag. 577.

XII. *a)* v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 39. a. *b)* v. Valerii ANDREAE bibliotheca Belgica edit. Lovan. 1643. pag. 5. *c)* v. SIGEBERTVS Gemblac. de S. E. c. 138. *d)* v. ANDREAS l. c. *e)* v. Aub. MIRAEI Schol. ad Sigeberti l. c. *f)* v. ANDREAS l. c. *g)* l. c. *h)* de S. E. n. 312. *i)* v. ANDREAS loc. cit.

Digitized

A. C. MXXVIII.

XIII.

FVLBERTVS.

Carnotensis Episcopus. *a*) Datus Carnutibus A. MVII. & A. MXXVIII. vivere desiit; *b*) D. X. Aprilis. *c*) Scripsit.

I.] In *die Paschatis* hymnum:

Chorus novae Hierusalem:

Qui estat in Georg. FABRICII Poetis Eccles. ed. Basil. 1564. *d*) Georgii CASSANDRI hymnis Ecclesiasticis, *e*) & Bibliotheca magna Patrum edit. 1644. *f*)

II.] *Prosam de Dino Martino*, Jambo quaternario; init.

Inter Monachalis, Patres

Exstat in Caspari BARTHII Advers. Libr. XIX. cap. XIII. *g*) Notis illustratum ab eodem. *h*)

III.] *Carmina* collecta in Bibliotheca Maxima Patrum. *i*)

IV.] Carmen *de virtutibus & sententiis antiquorum de summo bono* rythmo Trochaico; Versus *de pace*; de *libra, & partibus ejus*; de *uncia & partibus ejus*, de *scrupulo & partibus ejus*; inter non edita refert Philippus LABBEVS in Biblioth. MSS. *k*)

XIV.

XIII. *a*) HENRICVS Gandavensis de Script. Eccles. cap. n. *b*) vid. Aubert. MIRAEI Scholion ad Henrici Gandav. l. c. *c*) vid. CAVE de Script. Eccl. pag. m. 518. *d*) col. 798. *e*) vid. CASSANDRI opera edit. 1626. Parisiis pag. 234. *f*) Tom. VIII. pag. 847. *g*) col. 955. *h*) l. c. *i*) Tom. XVIII. pag. 1. 499. *k*) ed. Paris. 1651. pag. 58.

Digitized by Google

XIV.

A. C. MXXX.

ADEMARVS.

Ex praenobili familia Cabannenſi. *a*) Ecoliſmae in S. Eparchi coenobio inſtitutus. *b*) Monachus. *c*) Engolismenſis presbyter ſalutatur ab Auberto MIRAEO. *d*) Florebat A. MXXX. quo tempore Hiſtoriam Pontificum Romanorum, Damaſo adſcriptam, Rocho, praeſul Ecolismenſis, deſcribi curavit opera ipſius Ademari, ut teſtantur verſus memorandi, appoſiti in fronte codicis, qui modo in Uticenſi Monaſterio adſervatur, deſinitque in Leone IV. *e*) Cui ſententiae ſubſcribere malo, quam MIRAEI, *f*) qui eum temporibus Caroli M. & Ludowici Pii floruiſſe perhibet. Scripſit carmen *ad Rohonem*, Epiſcopum Ecolismenſem, elegiacum acroſtichon & teloſtichon, initio:

Rex dominans mihi fautor ades ne codice fama

Exſtat in Joh. MABILLONII Analect. Veter. Tom. I. *g*)

XV.

ARNOLDVS.

Corbejenſis Saxo. Ord. S. Bened. Vivebat

XIV. *a*) vid. Joh. MABILLONIVS in Anal. Vet. Tom. I. pag. 419. *b*) vid. MABILLONIVS l. c. *c*) v. MABILLONIVS l. c. *d*) in Auctario de Script. Eccleſ. n. CCXVIII. *e*) vid. MABILLONIVS l. c. *f*) l. c. *g*) pag. 428.

A. C. MXXX. Ao. MXXX. *Proverbia Salomonis* heroico carmine cecinit. *a*)

XVI.

MXL. *EKEHARDVS.*

Ekkehardi nomine plures fuere. Primus Decanus monaſterii Sangallenſis ſub Ottone I. floruit. Secundus Othonis II. Sacellanus atque magiſter fuit: tertius decanus in monaſterio Sangallenſi, ſenior vulgo dictus, reſpectu quarti coaevi, &, paulo poſt junioris ſub Norperto Abbate circa annum MXL. conſtituto hiſtoriam texens de Caſibus Monaſterii. Poſt hos, unius & medii ſaeculi intervallo, rurſum alius Ekkehardus, Decani titulo inſignis etiam ipſe exſtitit, qui tempore Innocentii II. vixiſſe ſe teſtatur, & S. Notkeri vitam collegit. *a*) Noſter monachus fuit monaſterii S. Galli, tertio regnante Heinrico circa A. MXL. *b*) Scripſit *geſta Walthurii* metro heroico. *c*)

XVII.

EGEBERTVS.

ECKEBERTVS Johanni TRITHEMIO. *a*) Clericus Leodienſis. *b*) Claruit temporibus Hen-

XV. *a*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenburg. pag. 291. b.

XVI. *a*) Vid. Daniel PAPEBROCHIVS de Notkero Balbulo n. 6. in Actis Sanctorum per G. Henſchenium & D. Papebrochium April. Tom. I. pag. 577. *b*) vid. Anonymus Mellicenſis de S. E. cap. LXX. *c*) vid. Anonymus loc. cit.

XVII. *a*) de Script. Eccleſ. num. CCCXXX. *b*) vid.

Henrici Impeccatoris III. A. MLX. [forte MXL.] *c*] Scripſit metrico ſtylo de *aenigmatibus ruſticanis* librum, primo brevem, ſed ampliato rationis tenore ſcripſit de eadem re metrice alterum librum majuſculum. Ita SIGEBERTVS. *d*] A. C. MXL.

XVIII.

JOANNES.

Garlandius. Johan. de GALLANDIA minus recte dicitur in Catalogo MSStorum Marquardi GVDII. *a*) Claruit A. MXL. *b*)

Scripſit I. De *Accentu* lib. I. initio: *Eccleſiae ſacrae normam qui noſcere.* Exſtat *Accentarius* MS. Cantabrigiae in Archivis. *c*)

II. *Myſteriorum Eccleſiae* libr. I. initio: *Anglia quo tendis tua dum.* *d*)

III. *Unum omnium* lib. I. initio: *Commoda neglectis dum quaerunt.* *e*)

IV. *Satyricorum* opus Lib. I. initio; *Scribo novam tandem ſatyram.* *f*)

V. *Epithalamion D. Mariae* Libr. I. initio: *Nobilis erigitur mundi praefecta.* *g*) Exſtat Epitalamium B. Mariae Virginis ad honorem ſponſi coeleſtis & ſponſae, verſibus elegi-

SIGEBERTVS Gemblacenſis de Script. Eccl. cap. 146. *c*) vid. TRITHEMIVS l. c. *d*) loc. cit.

XVIII. *a*) p. 575. n. 356. *b*) vid. BOSTONVS Buriensis in Catalogo apud Jo. BALEVM Scriptor. Britann. Cent. II. n. XLVIII. *c*) vid. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. Scriptor. pag. 185. *d*) v. BALEVS l. c. *e*) vid. BALEVS l. c. *f*) v. BALEVS l. c. *g*) v. BALEVS l. c.

A. C. MXL. legiacis, per Joannem de Garlandia manuſcriptum in Bibliotheca Roberti COTTONI Claudius X. I. *b*)

VI. Opus *Synonymorum* libr. I. init. *Ad mare ne videar latices.* *i*) Exſtat ſine auctoris nomine expreſſo, junctum tamen aliis Joannis de Garlandia libris, manuſcriptum in Bibliotheca Ducali Guelpherbytana eaque parte, quae olim Marquardi GVDII fuit. Perſuadeor multa ex hoc libro deſumi poſſe ad veram vocis ſignificationem facientia, adeoque Lexicographis futuris utilia imo neceſſaria. Specimen dabimus collationis inſtitutae cum Fabri Theſauro edit. MDCCX. Ipſum vero librum ſectione II. poematum medii aevi ex manuſcripto codice memorato dabimus integrum, obſervantes prius gloſſam quandam codici adſcriptum auctorem libri facere Magiſtrum MATTHEVM Vindocinenſem vel illius diſcipulum GANFREDVM.

OPVS SYNONYMORVM

Ad mare ne videar latices deferre, camino
Igniculum, denſis & frondes addere ſylvis,
Hoſpitibusque pyra Calabris. dare vina Leaeo,
Aut Cereri fruges, apibus mel, vel thyma pratis,
Poma vel Alcinno, vel mollia thura Sabaeo.
Ad veterum curas curo ſuperaddere noſtras.

Sed

b) vid. Thomae SMITHI Catalogum pag. 39. *i*) vid. BALEVS loc. cit.

Digitized by Google

Sed dare lac pueris, proponens pauca, puſillis, A. C.
Quos ſolum ditant maternae munera linguae. MXL.
Sermonis tribuo pueris elementa latini,
Quorum multiplicem lector praeconſpice fru-
ctum. 10.
Quisquis abundare cupit in ſermone latino,
Atque reſervare, quæ mens cito lubrica fundit,
Eligat e multis hic mutatoria vocum.
Ut diverſimode rem ſignificabit eandem
Edocet aequivocis opus hoc, ſynonyma jungens 15.
Verſibus, & ricinis ut vocum copia detur.
Exemplis variis brevis, & producta, docetur.
Sub multis plures res, unam voce ſub una.
Ut fieri ſemper, quod fit plerumque, putamus.
Fallimus hinc alios, & ab ipſis fallimur ipſi. 20.
Eſt opus idcirco cognoſcere, qualiter & quo
Aequivocis ab univocis ſynonyma diſtent.
Significat multas res unius rationis.
Univocum, ſicut homo particularia ſignat.
Aequivocum celat ſub eadem plurima voce, 25.
Quorum nomen idem, ratio diverſa ſub illo eſt.
Quod natat, æquore; ſplendet, in aethere; la-
trat, in aede.
Significant triplici canis haec tria ſub ratione.
Diverſa ſignificant una ſynonyma voce:
Ut mucro; gladius; enſis: res una vocatur 30.
Nominibus. Rebus his eadem res ſignificatur.
Sed quia dactylici ſunt multa vocabula metri,
Qui legem fugiant operi, quibus eſt opus, iſti:
Quod breve longari placet, & longum breviari:
De multis valeant ut verſus parte locari. 35.

Digitized by Google

A. C. *Non aliter poterunt ſynonyma conſociari.*
Particulis opus hoc placuit complere duabus:
Multivocis prior, aequivocis pars altera cedit,
Ut quaerenda loco ſtatuantur ſingula certo.
40. *Hoc alphabeti geminus diſcriminat ordo.*
Pluribus officiis animae *ſunt nomina plura:*
Dum ſentit ſenſus, ratio dum indicat; eſt mens
Dum quid commemorat; k) *Animus dum cogitat;* l) *eſt cor.*
Quando quid affectat; cum vult eſt dicta voluntas.
45. *Spiritus eſt anima, manes, perfectio, vita,*
Vis, endelechia, natura, potentia, virtus
Interior, vel homo; prædictis additur umbra. m)
Orcus habet manes; n) *animabus corpora vivunt;*
Spiritus in coelis; umbrae per buſta vagantur. o)
50. *Aula, atria, caſtra, palatia regia regum.*
Aliger, ales, avis, *volucriſq; volatile, praepes.*
Si ſit avis ſpecie capio, ſit garrio vinclum.
Auſpicor, auſpicium, ſimul auſpex; Aucupor, auceps.
Augur, & augurium, ſimul auguror, efficiantur.
55. *Dic* arcas, *thecas, ciſtas, vel ſcrinia, capſas.*
Capſula, capſella, de capſa diminutiva.
Arduus, excelſus, celſus, ſublimis, & altus, *Sum-*

---

k) Non ergo mens dicta quaſi eminens pars animi, ut vult FABER. l) Hinc animus proprie non idem eſt, quod anima, ut perhibet FABER, cuius nomen in ſecuturis animadverſionibus reticebo. m) pleraeque ſignificationes omiſſae in lexico. n) Manes ergo non ſunt ſimpliciter animae corporibus exutae. o) non ergo manes ſunt.

Digitized by Google

Summus, & elatus, sublimatusque, levatus, A. C.
Et sic sublatus praedictis associatur. MXL.
Auxilium, *vel opem, suffragia dic, vel asilum* 60.
Præsidium, vel subsidium, quibus adde juvamen,
His adiumentum, simul adiutoria junges,
His adminiculum simul addas, opitulamen, p]
Et de propitior fit propitiatio nomen.
Torrens, flumen, aqua, *fluvius, lacus, undaque, lympha;* 65.
Dic rivos, latices, puteos, dic stagna, paludes;
Illis addatur amnis, simul atque fluentum
Amnis jungatur, Aqua media rana q] *vocatur.*
Glarea, vel gyphus, glis est, argilla, bitumen.
Glis *animal;* glis *terra tenax;* glis *lappa vocatur*: r) 70.
Ris s) *animal;* lis *terra tenax;* tis *lappa vocatur.*
Sic genus istius dignoscitur & genitivus.
Est sarcago, t) *patella, lebes, cacabus, vel abenum.*
A puteo dicas patinas, u) *conjunge patellas.*
Vas dico patinam, *sed quod tegit esse* patenam. w) 75.
De sarcos & ago, sic est sarcago vocata: x)
Nam sarcos graece, caro dic esse latine.

Af-

---

p) deest in lexico. q) non habet significationem lexicon. r) Hunc versum citat Faber in lexico, auctoremque eius facit Silvaticum. s) scilicet genitivus Gliris. t) ignorat vocem lexicon. u) non observavit lexicographus. w) omittitur in lexico. x) forte ipsa vox *sartago* quae idem significat, minus recte scribitur, aut scripta olim recte minus recte legitur, cum t & c in codicibus MSSis antiquis vix differant.

A. C. *Affecto*, *vel* amo, *cupio*, *desidero*, *gliſco*, y)
MXL. *Opto*, *vel ammiror*, z) *aveo*, *vel geſtio*, *capto*,
80. *Ambio*, *quod facit ambitio*, *ſimul ambitioſus.*
Eſt rector currus, auriga, *vereda vocatur.*
Plauſtrum, *plauſtellum ſubit eis annumerandum.*
De veo dic reda dictum reor eſſe vèredam. aa)
Aurigaque *ſuum dant aures & rego nomen.*
85. *Sunt ſupra redas partes epyreide* ab) *dictae.*
Porcus, aper, *verres*, *mas eſt*; *ſus*, *porcaq*; *ſcropha*
Femina; *ſed ſucula*, *porcellus*, *diminutivum.*
Sus, *ſuis. Ex illa caro debet eſſe ſuilla.*
Scrobs ſcrobis eſt fovea. Haec ſcobs ſcobis unde ſit illa.
A ſcrobe dic ſcropham ac) *cui roſtro terra*
90. *cavatur.*
Et qui verrit humum verres *de verro* ad) *vocatur.*
Eſt vervex, aries, *cui virtus eſt generandi.*
Fit bino de dente bidens. *Dic eſſe* bidental
Fulmen, *quod cecidit ubi victima facta bidente.*
95. *Sed cum balatu balantem balo figurat.*
Sacrificans ovat. Ex ovibus ſit ovatio, *plauſus.*
Vervex in capite vermem gerit. Aries ita.

Hinc

y) ea ſignificatione caret lexicon. z) fruſtra quaeras in lexico. aa) Econtrario Boxhornius Arabicam vocem habet. ab) forte *epirhedia* quod genus vehiculi eſt lexico, ſed minus recte. ac) etymologiam ignorat lexicon. ad) non de *verpes* ut habet lexicon. Satis haec pro animadverſionum ſpecimine ſunto. Reliqua lector curioſus ſuppleat.

Digitized by Google

Hinc vervecinae carnes dicuntur ovinae.
Adſtruit, affirmat, *aſſeverat: tria ſunt haec.* A. C.
Aſſerit eſt quartum, quæ ſignant quatuor unum. MXL.
Annuo, *concedo, ſimul admittoque tibi do.* 100.
Abdicat, & contradicit, negat, abnuit, *inficiatur*,
Obviat, & renuit, his unam ſignificatur.
Cum ſuffragatur, juvat, adjuvat, auxiliatur,
Subvenit addatur, ſuccurrit propitiatur,
Si permittatur a metris opitulatur. 105.
Subtrahit, attollit, ſubducit, & eripit, aufert,
Surripit, & ſpoliat, aſportat res alienas,
Privat, praedatur, defraudat eis ſociatur.
Convenit, alloquitur, pariter compellit & inter 110.
Pellat, & affatur praedictis aſſociatur.
Auget, & augmentat, exaggerat, & coacervat,
Aggerat, accumulat, congeſtat, congerit, addit,
Ampliat, amplificat, apponit, & adiicit ana,
Cum ſupradictis aſſuit, adjungit, adunit. 115.
Arcet, compeſcit, inhibet, cohibetque, coercet,
Refrenat, reprimit, anguſtiat, atque coarctat,
Cogit, conſtringit, angariat, arctat, & angit,
Urget, compellit: his ſenſus convenit idem.
Indignans onager ſervire per arva vocatur, 120.
At ſupplex aſinus ſervili lege ligatur
Foetus aſellus erit. Similantur moribus illi.
Qui non accipiunt doctrinam pectore duro.
Dicitur accuſans aequales atque minores;
Dicitur incuſans majores & meliores; 125.
Sed ſcelus excuſans minuit, vemitque recuſans.
Quod dat judicio judex, adjudicat; & quod
Aufert judico judex, abjudicat illud;

Digitized by Google

A. C. *Et litem dirimens partes dijudicat inter;*
MXL. *Et quos suppliciis affligit, judicat illos.*
130. *Judico te, damno; tibi judico, commoda quæro.*
Artificis nomen opifex assumit, & actor.
Invenit autor; agit actor; res amplias auctor.
Autor ab autentim sine c; de se dicit actor
135. *A sine v. ab ago venit; auctor ab augeo cum c.*
Est avidus, cupidus, & avarus, & ambitiosus;
Divitias cupidus capit, ambitiosus honores.
Inter se distant timidus, temerarius, audax:
Linquit omittenda, facit audax aggrediendа;
140. *Cessat ab audendis timidus simul & fugiendis;*
Audet omittenda temerarius & facienda. ae)
Nutrit, fomentat, reficit, fovet, & refocillat,
Pascit, alit: sensus bis verbis convenit unus.
Hinc nutrimentum deducitur, ac alimentum,
145. *Fomentoque comes simul ac alimonia, fomes.*
Inter se distant albescit, & albet, & albat,
Albicat, albificat. Transire suas duo prima.
Inchoat albescit. Minuit simul atque frequentat
Albicat. Istorum celebratur utrumque solutum.
150. *Candeo, candesco non transit. Candido transit.*
Dicitur unguentum, cataplasmaque, nardus, aroma.
Foetet aromaticum, Sileni quod præstat odorem.
Non redolet, sed olet, quod redolere solet.
Debet fex olei sedimen amurca vocari. af)

Est

---

ae) Curiosa audacis & temerarii differentia, quam ignorat lexicon. *af*) non ergo differt a faece, ut vult FABER.

Digitized by Google

Eſt anus vetula, minuit ſed anicula ſenſus. A. C.
Dum ſe curvat anus velut antrum ſibilat anus. MXL.
Augur, ſortilegus eſt, divinator, aruſpex, 155.
Additur ariolus. Dicitur hinc ariolari.
Atque mathematicus illis ſociatur, & auſpex.
Unum ſignificat arbor & robore ſtipes. 160.
Stips ſtipis eſt opulus, ſed ſtipes ſtipitis arbor.
Stipo conſtipo, ſtipendia dicimus inde.
Arbutus arboris eſt ſpecies, ſicut arbuta fructus.
Stips ſtipis eſt obulus; indeclinabile pondus.
Illinc eſt natus diſpondius ag) *as geminatus.* 165.
Aſtera pars aſſis ſemis duo tertia biſſe
Cuſſis, quincuſſis occuſſis ac inde decuſſis,
Dicitur aſſiduus ſtudio ſibi continuare
Dicitur aſſiduus dives ab aſſe dato.
Colliditas, aſtutia, & cautela, vel aſtus, 170.
His prudentia, vel aſtutia, verſutia conſocietur.
Exigit, ac peragit, facit, efficit, ac operatur,
Patrat, agit, complet, conſummat, perficit implet.
Exſequitur, claudit, concludit, terminat, atque
Deſidit, & ſinit, medios deducit in actus. 175.
Promtuaria, vel cellaria, dic apotecas.
De primo primus qui promtuaria ſervat.
Eſt apotheca domus, cui victus traditur omnis.
Eſt hypotheca rei non mobilis nec domus arvum.
Rerum mobilium traduntur pignora pugno. 180.
Pignora natorum dicuntur, pignera rerum.
Sed quia lex docuit pro pignore pignora poni.

Nun-

ag) imo potius quaſi duplex pondus vel pondo.

A. C. MXL. 185.
Nuncupat, appellat, cognominat, & vocat ista.
Vociferat, censat, sensit iunguntur eodem.
Applicat appellens appello nomine quamvis.
Ostia quae referat, aperit, panditque, recludit,
Ejusdem sensus depessulat additur istis.
Haec tria iungis: usurpat, & praesumit, & audet.
Sulcat, arat, versat glebas, colit, excolit agros.
190. *Alget, & algescit, friget, frigescit, & inde*
Algidus, ac algor, pariter maris ala vocatur,
Ac infrigatur praedictis associatur.
Ara, vel altare, domini vel mensa vocatur,
Atque tripos dici consvevit Apollinis ara.
195. *Aras inspiciens hinc detineatur aruspex.*
Induit, ac operit, amicit, vestit, tegit, atque
Velat: praedictis sensum largitur eundem.
Est globus, atque strues, vel acervus, cumulus, agger.
Est glomus, hinc glomero, globo, conglobo nascitur inde
200. *Dic anachoritas, recluses, ac eremitas.*
Ex eremo venis hic. Sed ab ana nascitur inde.
Hinc anachoritae quasi corde supernа colentes.
Ambulo, vel gradior, eo, vado, perambulo, pergo,
Additur his spatior, vel venero, vel proficiscor.
205. *Dicit ave veniens, salve, valeque recedens.*
Amussis, perpendiculum, quod regula signat.
Hinc ex amussim quod dicitur indubitanter.
Coelestem dic ave tibi significare salutem
Unum mussare signat, & idem dubitare.
210. *Obliquo, sinuo, curvo, simul arcuo, linquo*

Omni-

Digitized by Google

Omnibus his verbis ſenſus dedit uſus eundem. A. C.
Balſamus eſt arbor; ſunt balſama dicta liquores; MXL.
Arboris emanant opobalſama cortice caeſa.
De foliis effecta ſcias folibalſama triſtis.
Trita vel inciſa faciunt colobalſama ligna. 215.
Eſt vitis, Bacchus ſator, fore bacha ſacratos
Quemlibet inſanum bacchari dicimus inde.
Vivunt inſane qui bacchanalia vivunt.
Suſtentamentum, columen, baſis, atque figura
Pes proprie fruitur ſuſtentans, atque columna 220.
Baſilios graece rex dicitur eſſe, latine
Hinc ſcio baſilicum naſci, ſimul & baſiliſcum.
Baro baronis gravis ac autenticus eſt vir.
Signat idem barrus, elephas ſimul, & elephantus,
Nam barres graece grave dicitur eſſe latine. 225.
Lanigeras, vel oves, balantes, atque bidentes,
Dicimus ejusdem tot nomina ſunt animalis.
Eſſet in his ſi non vitaret ovicula verſum.
Balteus inſignes matronas aureus ambit:
Hunc auro mixta texerunt ſerica fila. 230.
Beta, maguderim caulem dic eſſe ſecundum
Hinc adjectivum nomen betaſius exſtat.
Significat idem bilis offenſa, rancor, & ira.
Sed proprie bilis eſt humor fellis amarus.
Ex geminis libris conſtat menſura bilibris. 235.
Dicuntur biſores geminae valvae coeuntes.
Intono, vel reſono, rebco, mugio, clamo.
A boo buccella ſunt, bucula, bucca, boatus.
De cano, de bucca, cum buccinia, bucula furit.
Os oris bucca, minuit ſed buccula ſenſum. 240.

A. C. *Infantum buccas ocella vel oſcula dicas.*
MXL. *Eſt buccella cibus quantum ſemel accipis ore.*
Inter ſe [illegible]aus, tuba, tibia, buccina diſtant.
Ex lituo gracilis ſonus exit, groſſior illis
A componenti ſortitur buccina nomen.
Bubo, bubaſtus, bos, boſtar bucria, buris,
Bubalus, & bulcus, bucrilus, baglosſa, bubulcus.
De boo præterea fit bosforus, atque bootes.
Eſt boſtar ſtatio bovis; eſt curvamen aratri
Buris; bubaſtus tumidis eſt uva racemis;
Bos parvus buculus; ſed bubalus eſt bove maior
Formae conſimilis eſt alterius ſpeciei.
Sunt piſces bulbi, ſumant armenta bubulci.
Lingua bovina ſonat, gramen buglosſa vocatur.
Sed conrnuta ſonat animalia butria græce.
Sed via bosforus eſt bovis appellata meantis.
Arctoo defixa polo ſtat ſtella bootes.
Eſt bufo, rana, ranunculus, atque rubeta.
Eſt bombex vermis, egeſtio digerit ejus.
Serica, fit teſtis hujus bombicina veſtis.
Turpis avis bubo, turpiſſima beilua bufo.
Res eadem blata, veſpertilioque vocata:
Hinc declamare garritu ſit blaterare.
Graecia conſvevit beta rana vocitare,
Sicut in Iſidoro ſcriptum reperitur Ibero,
Et bene ſi numeras agredula jungitur iſtis.
Mercedem curſus bravium victoria donat,
Aſt imbrumatus omnis qui negligis eſcas.
Bractea, bracteola, tenuiſſima lamina fertur.
Imber hiems, bruma, tribus his res una vocatur:

Sed

Digitized by Google

Sed nomen bruma trahit a brevitate dierum. A. C.
Namque brachos graece breve dicitur esse la- MXL.
tine:
Fertur ymera dies. Componunt haec duo bru-
mam:
Brucus, acelaber, res una locusta vocatur.
Hinc tres aetates tria nomina dant animali: 275.
Tunc brevis est bruchus; cum de tellure levatur,
Dicitur acalaber; postquam fit adulta, locusta.
Nomine concordi quasi longam dicimus hastam.
Conflictus, bellum, congressus, & ala, duellum,
Obsidio, mars, atque rebellio, praelia, pugna, 280.
Sunt acies, guerra praedictis asscianda.
Est fortunatus, felix, faustusque, beatus,
Detrahens atque beans trabea dic & trabeatus:
Res eadem femoralia sunt, perizomata, brachae:
A bracos bracale venit, lumbareque lumbis. 285.
Fiber, idem castorque, biver, castoria cujus
Fiunt testiculi castratos dicimus tamen.
Unum significat boletus, tubera, fungi,
Quos fructus terrae faciunt, concursus pluvi-
arum.
Additur asparagus. His sensus convenit unus: 290.
Dragma, vel aureus, uma, besantius, atque ta-
lentum.
Sed dragmam proprie speciem dic ponderis esse.
Est neutrum dragma tibi, dragmatis est geni-
tivus.
Quaestio dramaticum dicas genus esse loquendi.
Dragma melus pondus, sic dragmatis est geni-
tivus. 295.

A. C. MXL.

Sed ſit genitivus dragmae, pondus tibi denotat eſſe.
Pulcher, formoſus, procerus, vel ſpecioſus.
Agnoſce procerem: Juvenalem ſuſcipe teſtem.
Splendidus, egregius forma, ſpecieque venuſtus,
Praeclarus, nitidus, bellus, pariterque decorus.
Cunctorum procerum corpus dic eſſe procerum.
Marſupium, burſa, fornlus, loculusq;, tumetra.
Eſt canis, eſt catulus, leporarius, atque moloſſus,
Ne metra precarium odor infecus eſſet in illis.
Aether, & aethera, polus, cœlum dicatur olympus.
Eſt latrina locus idem, cacabunda, cloaca,
Signat idem quaſi triſte legens triſtega vocatur.
Chorda, fidis, reſtis, & funis, funiculusque.
Quo tu ſuſpendis fures torquimus habetur.
Eſt antemna, rudens, amentum jungitur iſtis.
Dic a rudo rudens. Fidicen fidis & cano format.
Ambulat in fune funambulus inde vocatur.
Cantharus, & patera, calices, vel pocula, crater,
Scyphus, apud veteres tractantur cornua, concha,
Cimbia, vel calathos, cartheſia jungimus iſtis.
Deque ſpata credas ſic dictos eſſe ſpadones.
Eſt cophinus, calatus, cum ſporta ſportula, corbus,
Quam lus quaxillum ſimul iſtis aſſociandum.
Fiſcina, fiſcella, quo caſeus efficiatur
Vas eſt, vas lactis multum, multraleque dicas,
Quod de mulgere ſibi nomen conſtat habere.
Balteus, & cropheum, tinctoria, cingula, Zona,
Sunt ocreae, caligae, quos tibi geſtat amictus.
Camiſiam, ſimul interulam rem dicimus unam,

Ad-

Digitized by Google

Additur his alias ſubuncula, ſubirara, veſtis. A. C.
Crudus, crudelis, auſterus, & improbus, atrox, MXL.
Eſt ferus, atque ferox, violentus, acerbus, & acer, 325.
Impius, immitis, ſaevus, moleſtus, & aſper,
Aſper inhumanus eſt, tyrannus ſum, atque protervus,
Torvus, indomitus his jungitur atq; ſeverus. 330.
Eſt chorus, atq; cohors, conventus, concio, cœtus,
Dic conſortia, contubernia, dicque choream,
Turma, phalanx, acies, ſocietur cuneus iſtis,
Eſt ſex centorum ſexaginta legio ſex,
Ut numerum peragas ſuper hoc ſex millia jungas 335.
Sed quingentorum ceterum dic eſſe cohortem.
Conventus, conventiculum, manus additur iſtis
Iſtis conſilium, ſimul & conſtabula jungas.
Cymbala, campana nola, tintinnabula jungas.
Campus, agellus, ager, rus, hortus, & hortulus, 340.
arvum,
Quam colit aſſidue venit hortulanus ab horto.
Vela, vel aulaea, cortinae ſunt anabaſtra,
Cortinae limbus eſt peripetaſma vocatus.
Dicimus aulaea, quod diſtenduntur in aula.
Cum ſit ana ſurſum bachique gradus ana- 345.
baſtrum.
Certamen lites, rixas, & jurgia vites,
Eſt contentio, vel diſtentio litigiumque,
Adſit agonia quando conjungantur agoni.
Eſt coma, caeſaries, crinis, pilus, atque capillus.
Credo caeſariem maribus tamen appropriatam. 350.
Fit de compta coma mulieribus appropriata.

A. C.
MXL. *Pars prior eſt currus capitis deraſa pilorum*
Anterior capitis pars crinis denſa pilorum.
Dicitur hinc currus, quia circumgeſtat alauda.
355. *Eſt juba quadrupedis, porcorum ſeta vocatur,*
Caeſariemque viri, comam proprie mulieris.
Hujus & illius bene dicitur eſſe capillus.
Laurea, cernane, ſertum diadema, corona,
Addas aureolam, quo pavoi ſic data dictam;
360. *Et auo quod demat credo diadema vocatum,*
Finem principium ſicut facit omne rotundum.
Utendo generale dic currum, curriculumque,
De veho vehiculum, quod verſibus eſt alienum.
Horum do ſpecies hic quae ſubſcripta ſequntur:
365. *Reddas quadrigas, carpenta, vel eſſeda, bigas,*
Iſtis pilentum, fartagum, junge libramen.
Teſtudo, cithara, chelys, & lyra dic unum.
A cithara, citharizo venit, ſimul & citharœdus.
Hinc lyricum carmen, lyricen, lyra cum cano format.
370. *Pollice tango lyram, facio cum vomere liram.*
Deliros inde fatuos cenſere ſolemus,
Et delirare diſcordes inde feruntur.
Ambigit, & dubitat, & fluctuat, hæſitat, hæret,
Nec niſi praedictis muſo ſuppeditat iſtis.
375. *Eſt domus, atque doma, praeſepe, domuncula, tectum,*
Aedes, aediculas, habitacula, dic ſtationes,
His paſtoforium, magalo, tuguria jungas,
Atque mapale, caſa, ſic ypepis, manſio junctа
Lar, & domicilium, quod tecti pars una vocatur,
380. *Eſt hera, vol domina, mulier, matrona, virago.*

De-

Digitized by Google

Doctor, & inſtructor, monitor, paedagogus & actor, A. C. MXL.
Correctior, ſimul bis didaſcalus, atque magiſter.
Deſtruo, diſſolvo, populor, conſumoque, vaſto,
Diruo, diſpergo, ſubverto, dilapidoque,
Dic dumos, frutices, & rubos, arbuſta, fruceta. 385.
Deque rubo dictas bufones crede rubetas.
Arboris & fruticis loca ſunt arbuſta, fruceta.
Quae creſcunt inſtar fructicis fructicare videntur.
Divitiae, vel opes, cenſus, pecunia, gazae,
Eſt opulentia, vel poſſeſſio, peculiumque, 390.
Res & proprietas: hinc proprietarius exit.
Eſca, dapes, epulae, cibus, atque cibaria, paſtus,
Pabula ſunt etiam, convivia, victus, & eſus,
Jentamen mane, jentacula dicimus inde,
Sed contra ſumptum veniunt obſonia ſaepe, 395.
Atque die media dat prandia debitus ordo.
Eſt ſonipes, vel equus ferus, equiferuſq;, caballus,
Iſtis quadrupedes, ſimul emiſſarius addes,
Eſt manus magnus dextrae dextrarius aptus,
Redde vectores nos dicimus eſſe veredes. 440.
Dicimus eunuchos, caſtratos, ſive ſpadones
Si quod metrum ſinet his cuintitulatus in iſtro.
Caſtratos natura facit, violenta ſpadones
Efficit improbitas, eunuchos ſola voluntas.
Vocibus his ſenſus verbalibus accidit unus: 405.
Conjecturo, reor, vel conjicio, vel opinor,
Autumo, conjecto, vel ſuſpicor, aeſtimo, credo.
Foſſa, ſpecus, fovea, ſpelunca, caverna, vel antrum.

A. C. MXL. *Scrobs ſcrobis eſt fovea, ſed ſcobs ſcobis utitur illa.*
410. *Traco, anfractus, cavus his addatur abiſſus,*
Unde fluunt imbres, coeli cataracta, meatus.
Mancipium, famulus, & cliens, & verna, miniſter,
Atq; miniſtrator. puer, aſſecla, vernula, ſervus,
Satrapa praedictis conjungitur, atque ſatelles.
415. *Cancellus, purus, forus, atque feneſtra, foramen.*
Cancellum muri quadratum dico foramen,
In quo ſunt ſolitae ſibi nidificare columbae.
Cancellus templi pars intima dicitur eſſe.
Eſt cancellare quod ſemper damnanda notare.
420. *Nomina per medium quod ſignat linea ducta,*
Quod male ſcripta limit, hinc cancellarius exit.
In cruce cancellat pro nobis brachia Chriſtus.
Raptor, vel praedo, latro, latrunculus, & fur,
Sunt & ſtratilites, abigei, veſpiliones.
425. *Tempore nocturno fur aufert, latro diurno;*
Viſpilio quaſi vi ſpolians de jure vocatur;
Quos clam ſtratiletes quaſi ſtrata dico latentes;
Qui pecus & pecudes abigunt ſunt abigei;
Raptoresque maris pirates quoque dicimus eſſe.
430. *Gratulor, exulto, laetorque, plaudoque, reſulto,*
Gaudeo tripudio, vel ovo, cum jubilo, pſallo,
Jucundor, ſimul exhilaro, ſit in his bilareſco.
Gladius rumphea, vel framea, vel mucro, vel enſis,
Additur his ſica, ſicarius exit ab illa.
435. *Eſt ſtilus, & graphium, calamus ſcriptoribus aptus.*

At-

ed by Google

Atque pugillaris dictus capiente pugillo. A. C.
Gibbus, vel ſtruma, proprie pars turgida dorſi. MXL.
Illinc gibboſus, ſtrumoſus dicimus illinc.
Horreo formido, metuo, timeoque, tremeſco,
Et tremo; cum paveo, trepido, paveoque, pa- 440.
veſco.
Ignis, & ignioulus format focus, atq; caminus.
Eſt rogus, atque pira, fornacula jungimus illis.
Inſanus, vehemens, vecors, veſanus, & excors,
Secors, & demens, bachans, & ſtultus & amens 445.
Tartarus, infernus, acheron, ſtix, orcus, avernus,
His erebum, baratrum conjungunt, atque ge-
hennam.
Eſt juncus, ſcirpus, bibilus, papirus, arundo,
Cum canna, calamus praedictis aſſociatur.
Suffio, turifico, ſuffimigo, cum quibus addo. 450.
Incenſo, ſenſum dedit iſtis uſus eundem.
Suffio derivatur quod ſic autore probatur,
Et ſufire locum ſumpta propriavit acerra.
Interimit, perimit interficit & necat, occat,
Occidit, mactat, extinguit, ſive trucidat, 455.
Suffociat, jugulat, funeſtat, ſive ſugillat,
Mortificat, truncat, determinat, exanimatve.
Janua, porta, fores, bifores ſunt oſtia, valvae.
Veneficas magicas dicas, lamias quoque, ſagas,
Iſtis ſignatur eadem, quibus aſſociatur, 460.
Hinc incantatrix, ſagana, praeſtitigatrix.
Hiſtrio, vel palpo, mimus, vel geſticulator,
Eſt epulo, nebulo, paraſitus ſcurra, legator,
Sic pantomimus, comoedus, vol joculator,
De ſerpente nepa dictis his adde nepotes,

Digitized by Google

A. C. MXL.

Calx, ſcrupus, & ſcrupulus, mola, calculus, atque molaris,
Addatur cautis quae ſaepe ſit obvia nautis,
Petra, lapis, ſaxum, populus, ſilicesque, lapillus.
Eſt chorus, & ſtratum, lectus, choreuma, grabatum,
Accubitus, his dormitoria junge, cubile.
Phoebe, vel luna, cyntania, mena,
Ac novitas lunae neumenia dicitur inde.
Cartula, vel carta, codex, liber, atque libellus,
Si breve longari licet & longum breviari.
His codicillus conjungitur, atque volumen.
Guſtu libellum, viſu cognoſce libellum.
Subligar eſt ligula, caligas quae ſubligat alte,
Junge luto, coenum, quibus adde volutabra, limum,
Hinc coenolentus, illimus dicitur inde.
Dic mare, dic ſalum, dic aequora, dicque profundum,
His pelagus, pontum, freta, jungas bicaterajſum,
Dic amphitritem, quia circuit & terit orbem.
Eſt meretrix, ſcortum, thais, lupa, capra, chimera,
Poſt novam, proſtans, novaria jungitur illis.
Gauſape, menſale, mappas, manutergia dicas.
Addas mancile manibus quod tale vocatur.
Miles eques, tyro, tyrunculus, atque quirites,
Atque neoptolomus, novus eſt regnator in illis.
Materiam, vel materiem, dic eſſe domorum;
A paritate venit paries, quae jungitur iſtis.
Sed muros proprie, vel moenia, dicimus urbis.

Dici-

Dicitur ac vallum, palus, ac vimine factum: A. C.
Hinc invallare res est includere vallo. MXL.
Sepibus, & septis, includitur hortus, & arvum.
Indago silvas, silvis & latentia claudit:
Indagare hinc res explorare latentes. 495.
Intimat, insinuat, enucleat, atque revelat,
Insignat, retegit; edisserit, atque retexit,
Duplicat & pandit, aevo dat, promit, & edit,
Nunciat, exponit, elucidat, atque serenat,
Explicat, exercet, declarat, vel manifestat, 500.
Exprimit, & referat, propalat, indicat atque
Notificat: verbis his sensus convenit idem.
Expedit, evolvit, aperit, nudatque, recludit.
Interit, occumbit, mortem signat violentam,
Interit exspirat, moritur, defungitur, atque 505.
Occumbit, vel obit, dissolvitur, examinatque,
Ad naturalem concordant caetera mortem.
Excidit, exaltat, desedit eis sociatur.
Et potes illud idem complexa dicere voce:
Tollitur e medio, naturae debita solvit, 510.
Naturae debita nostrae generale tributum,
Clausit praesentem supremo funere vitam,
Carcere corporeo resolutus spiritus exit,
Mortuus est mundo victurus postea Christo,
Praesentis vitae cursum feliciter terminavit, 515.
De corporeo spiritus se relaxavit ergastulo.
Funus, & exitium, letum, mors, excidiumque,
Adde necem, vel perniciem, simul & libitinam,
His obitum, simul interitum, conjungito fatum,
Quae de mininie libeat, sic est libitina vocata, 520.
His exterminum, simul occasum socieris.
Est linter, lembus, scapha, prora, liburna, faselus

Na-

Digitized by Google

Navis, navicula, puppis, ratis, atque carina
Eſt cum claſſe, ſclaria, vel mortaria, chelox,
Cimba, biremis eis conjungitur, atque triremis.
Quam regit ordo triplex hanc dicimus eſſe triremem.
Strenuus, ingenuus, illuſtris, velgeneroſus,
Inſignis, praeclarus, & inclytus, egregiusque,
Iſtis patronus, praeſignis nobilis aſſint.
Lucus, ſilva, nemus unum, virgulata, viretum,
Iſtis arbuſtum ſuciemus ab arbore dictum,
Lucarius luci cuſtos eſt, hic luce lucatur.
Necto nemus, ſilva ſileo, ſed luceo lucus.
Retracto, refero, & retexo, recenſeo, narro.
Negligit, & ſpernit, aſpernaturque, refutat,
Contemnit, renuit, ſimul abnuit, atque recuſat,
Sic parvipendit, & vilipendit in iſtis.
Stragula, cento, toral, pulvinum, culcitra, lodex,
Eſt & plumare ſed fulta taperibus addas,
Cum cervicali cervicidante calorem.
Lunula, luna, nychelides, torques, & inaures,
Flammea, flammeolum, cum unca, fascia, peplum,
Dextreolis, addas armillas, atque monile,
Sic cum cernale, ſpinter, vel fibula mitra,
Annulus, & gemma, lymber, chirotheca, thiara,
Iſtis pileolum conjungas, atque galerum,
De tricatura mulieribus eſt ſua cura.
Urceus, urceolus, eſt urna, vel amphora, teſta,
Olla vel hydria, vas vini dic eſſe lagenam,
Obba, vel onophorum, ſimul orca, fidelia, vas eſt,
Ampullas, phialas praedictis aſſociamus.

For-

Digitized by Google

Fornix, proſtibulum, genedea, turpido, lupinar. A. C.
Sumen, & arvina, ſagimen, pingvedo, ſagina, MXL.
Abdomen, vel adapes, praedictis adde popiſma,
Praedictis tegedum conjungas, atque proſenia. 555.
Sarcina, ſarcimula, pondus, clitellaque, faſces,
Prima quam fertur ſibi pojuiſſe lagenam
Cibum quod notes, faſces dicuntur honores,
Faſciculum, & onus, globus, moles, & acervus.
Panes, artocopus, paſtilla, liba, placenta, 560.
Jungitur arthocrea, ſimul arthocaſeus illis,
Et quia materia fruitur vice materiati
Additur his ſimila, pariter ſimilago, ſiligo.
Pallia, palliola, clamis, cum ciclade, palla,
Ac abilis, manibus, mantellus jungitur illis, 565.
Dant pelles pallis, matrix bene, & cirogallus,
Id quoque cuniculis dant ciſimus, & laerones.
Veſtes quae fuerint de ſolis pellibus haec ſunt:
Pellicium, reno, quibus endromade ſocientur.
Parvulus & puſio, puer, infans, atque puſillus, 570.
Inde puſillanimes animi ratione puſilli.
Lethofagus, cyrces, ſunt acroceramina ſyrtes,
Sirenes eſt cumque ceramina, ſcilla, caribdis.
Fluminis eſt vortex, ponti dic eſſe caribdim.
Pellis, pellicula, cutis, atque cuticula, tergus. 575.
Eſt cum carne caret cartu, cutis aſſociatur.
Eſt caro cum coreo tergum, tibi tergora pellis.
Priſcus, & antiquus, annoſus, & inveteratus,
Decrepitus, vetulus, vetus, emeritusque, ſenilis,
Longaevus ſit in his, ſic priſtinus, atque metreta. 580.
Segnis, inersq;, reſes piger, ignavus quoq; deſes,
Torpidus, & tepidus, ceſſans, torpensq;, remiſſus,

Igne

A. C. MXL. 585. *Igne animi vacuus, ignavus dicitur esse,*
Desvescit deses, & iners dormitat in arte,
Igne sine est segnis, residesq; reor a residendo
Dictos, sed pigros pedibus quos dicimus aegros.
Libra, libra, trutina, pensum, pondusq; statera
Lanx simul, examen, erit aequilibris in istis.
Appensum, stater est. Trutinam dic esse stateram.
590. *Examen apis est, examen lingva bilancis.*
Rores, & pluviae, nimbi dicuntur, & imbres,
Roscida de rore fuerit, sed hybernus ab imbre
Bajulo, gesto, fero, sustento, sublevo, porto;
Gestio si cupio, gesto si pondera porto.
595. *Pergo vel gradior, adeo, vado, vel proficiscor,*
Praedictis societur eo, vel itinero, verbis.
Vestigo, scrutor, exploro, quaeroque, rimor,
Scitor, vel indagor, praecunctor, scisscitor addo:
Rete, sagena, plaga, cum casse, sagenula, lima,
600. *Reteque, reticulum, de retis retia dictum,*
Hinc irretire quod dicitur illaqueare.
Rusticus, agricola, rudis, ruralis, agrestis,
Et cum ruricola, societur villicus istis.
Custodes ovium nos dicimus opiliones,
605. *Archimandritos constat quos esse vocatos,*
Mulio sed custos mulorum dicitur esse,
Ad quos cura boum spectat dic esse bubulcos.
Inter se distant simul orbiculare, rotundum:
Hastam dic teretem, pomum dic esse rotundum.
610. *Effigiem pomi retinet sic sphaera, vel ovi,*
Sphaerica de sphaera sic creditur esse vocata:
Regredior, repetoque, remotior, atque revertor.

Re-

Digitized by Google

Repturio, remeo, redeoque, recurro, recurso. A. C.
Pessula, sunt obices, seraque, repagula, vectes. MXL.
Dic parmas, clypeos, ancile, vel aegida, scutum, 615.
Pelta rotundatur, clypei pars umbo vocatur.
Est callis, trames, est orbita, semita, limes,
Viculus, & vicus, est publica strata, platea,
Est bivium via duplex, est trivium via triplex,
Sospita, quadrivium dic quatuor esse viarum, 620
A calle callis, sed ab orbe fit orbita, turmis
A transcendo venit, sed iter dat semita semi.
Sol, titan, phoebus, titulus venit hunc, & ephebus
Scammum, scabellum, subsellia, sella, scamellum,
Praedictis pluteum, sedemque, sedilia jungas. 625.
Est seges, atque ceres, sunt fruges, & sata, messes
Cum seritur seges est, sata cum radicibus haerent,
Fruges cum fruitur, sunt messes quando metuntur,
Deq; creando Ceres fertur quia res creat omnes.
Dicitur annona quam postulat annuus, usus. 630.
Est mausoleum, pollandum, tumba, sepulchrum,
Sarcophagus, bustum, tumulus, vel piramus una,
Dans monimenta necis conjungitur his monumentum,
Seminium, seminarium, sementis idem sunt,
Semina jungantur praedictis a sero dicta, 635.
Et sementa res est a sero semina nata.
Discus, & catinus, lanx, & scutella, perapsis,
Sic de lance bilanx, parasitus nomen, parapsis.
Est consors, socius, comes, collega, sodalis,
Dat sors consortem, comitem via, mensa sodalem 640.
Missio collegam, socium labor efficit idem.

A. C. *Signifer, aut ſignarius, rem ſignat eandem,*
MXL. *His primiferus, vexillifer aſſocietur,*
Primus pila ferens eſt primipilus in iſtis.
645. *Splendet, & irradiat, fulget, nitet atq; coruſcat,*
Emicat, atque micat, rutilat, claret, atque relucet.
Plumes, caries, ſanies, pus res eadem ſunt,
Sordes, ſpurcitia, fex, & feculentia, ſqualor,
Cum macula, tabes, his ſunt contagia, labes.
650. *Dic ſordes cupri, ſcoriam dic eſſe metalli,*
Dat tabi tabo non plus per caetera quaero.
Glabero ſit, cujus caput occupat eſt glaberoſus,
Corporis at reliqui ſcabies, hinc eſt ſcabioſus,
Puſtula corporibus totaliter haeret, & ulcus.
655. *Eſt ſerpens, hydrus, coluber ſimul hydra, cerlindrus,*
Vipera praeäictis nepa conjungatur, & angvis,
Atque dracena, draco, ſunt ſcorpio de ſpeciebus.
Immolo, ſacrifico, ſacro, lito, mactito, macto.
Nomen carnificum de mactando trahit ortum.
660. *A lanio dictos quos dicimus eſſe laniſtas.*
Calceus, eſt ſolea, pero, vel ſotularis, aluta:
Eſt quia munda luto nomen ſibi ſumit aluta.
Eſt fatuus, ſtolidus, erroneus, inſipiensque,
Inſcius, & brutus, ſimplex, idiotaque, ſtultus
665. *Indoctus, ſimul inſipidus conjungitur illis,*
Inconſultus, & eligius cui verba negantur.
Incautus, ſit in his imprudens, inque peritus.
Templa, monaſteria, delubraq;, fana vocantur,
Baſilicam, ſimul eccleſiam conjungimus illis.
670. *Pila, vel haſtile, jaculum, catapulta ſagitta,*
Mis-

Digitized by Google

Missile, vel telum, nec enim addatur arundo. A. C.
Ops humus, atque solum, rea, terra, vel arida MXL.
tellus.
Lar, thalamus, camera, simul & penetrale,
recessus,
Addas conclave, vel canapeja, penates,
Reticulum nobis scriptura notat canopeum. 675.
Sunt canopeia, tentoria, papiliones,
Quod corium supra portat sic credo vocatum.
Thuris thuribulum, dic incensoria vasa,
Et quod idem signat istis societur acerva.
Vina, merum, bacchus, bromus, vel Liber, yacus, 680.
Istis lenaeus conjungitur, atque Liaeus,
Atque tenens mentera temetum venit hinc te-
mulentus.
Est yaromel, mulsum, nectar, cervisia, cisra,
Pigmentum, mustum, mellicratumq;, falernum
Est sapa quam medici ponunt sub nomine vini. 685.
Est turbo, ventus, & flamen, flatus, & aura.
Ventorum species complectere versibus istis:
Sunt subsolanus, vulturnus, eurus, eous,
Circinus, occasum Zephirusq;, fovoneus afflant,
Sed veniunt aquilo, boreas, & chorus ab arcto. 690.
Atque die medio notbus, & africus instat.
Est indumentum, vestis, vestitus, amictus,
Exuvias, spolia, cum pannis, addite texta.
Quod tegitur tectus, depellit frigora textum,
Panniculus inopis, velamina jungimus illis. 695.
His vestimentum societur, & operimentum,
Quod vero longatum versu nequit esse locatum.
Unum significant, vinetum, vinea, vitis:

Digitized by Google

A. C. *Vinetum proprie loca ſunt, ubi vinea creſcit.*
MXL. *Pampinus eſt folium, botrus flos, vinea fructus,*
700. *Surculus, aut ramus, eſt palmes, ſive propago.*
Uvam multa ſimul, dic ſingula grana, racemos,
Vinea ſylveſtris, ſterilis labruſca vocatur.
Alvus, & alveolus, eſt venter, ventriculusque,
705. *Additur his uterus praegnantibus appropriatus,*
Virginis eſt alvus, & ſic ab alendo vocatur.
Ex utero dicti germani ſunt uterini.

Expliciunt ſynonyma.

VII. Liber de *aequivocis*. Forte idem ſcriptum eſt. quod ſine auctoris nomine inſcribitur Carmen de *nominibus & verbis latinis aequivocae ſignificationis* cum Commentario, in Catalogo librorum manuſcriptorum, quos Antonius a WOOD legavit Academiae Oxonienſi. *ab*) Eſt altera pars libri de ſynonymis quod ex verſu 38. libri ſynonymorum colligitur. Exſtat manuſcriptus liber in eodem codice Gvelpherbytano. Integrum tamen nunc exſcribere nolo ne hiſtoria noſtra verſibus obruatur. Primas ſolum ejus lineas dabo.

Anguſtus, ti, to, Caeſar vel menſis habeto.
Auguſtus, tus, ui vult divinatio dici.
Mobile cum fiat auguſtus, nobile ſignat.
Augeo dat primum, dat guſtus avisque ſecundum.
5. *Aura, favor, ſplendor, flatus dicatur, & aer.*

Eſt

ab) vid. Catalogos MSSorum Angliae & Hiberniae T. II. pag. 400. Cl. 2.

Digitized by Google

Eſt abacus menſa, metrum capitale columnae. A. C.
Haec acus eſt ſtilus, calamiſtrum, ſubula, rome. MXL.
Hoc aceris faciet, ſed acus dabit haec genitivo:
Hoc acus eſt palea, ſicut haec acus, hic acus;
ornat, &c.

VIII. *Myſteria eccleſiae.* Non differre credo hunc librum a ſuperius II. adducto, Baleumque in initio ſcripti exprimendo falli. Exſtat liber manuſcriptus in memorato Codice Gvelpherbytano, ex quo prologum operis & primum caput nunc decerpam:

Dedicatio.

Anglia quo fulget, quo gaudent praeſule claro
Londoniae, quo Pariſius ſcrutante ſophiam
Florebat ſtudium. Baſis aurea, fulgide Fulco,
Firmae juſtitiae: Myſteria ſuſcipe ſacrae
Eccleſiae, ſtudio diſtincta metroque Johannis. 5:
Tutius ut veniant in apertum judice tanto
Myſtica. Pariſius licet haec recitata probentur,
Expoſcunt ſubtile tuum pie paſtor acumen,
Qui ſacer inſtituis ſacros & ſacra miniſtros. 10:

Myſteria Eccleſiae.

Eſt domus eccleſia domini. Summus faber illam
Ex petris vivis, quadris pariterque rotundis
Conſtruit in coelis, & amoris ſchemate jungit
Fundamenta locans. Pes & baſis eſt petra 20:
Chriſtus.
Circumſtat paries populus gentilis, hebraeus.
Chriſto fundatus per paries quatuor orbis.

Digitized by Google

A. C. *Sancti quadrati lapides sunt, celte* ai) *politi.*
MXL. *Quadrata stabiles virtute, poloque parati*
Artificis summi praeducto pollice. Quorum
Quidam portantur, nec portant: simpliciores
20. *Sunt isti; Portant, portantur: sunt mediocres.*
Sunt & portantes, non portati: Tamen hi sunt
Sancti, quos Christus ad coeli sidera portat.

IX. De *ortographia* liber. Exstat & hic manuscriptus in codice laudato Gvelpherbytano, in cujus exemplaris fine leguntur verba: *Explicit, liber de orthographia, cujus Jo. de Garlandia fuit causa efficiens, & notandum quod extraxit istum librum de majori volumine Prisciani:*

En primos libri versus:

Si quis in ecclesia legis usquam verbula diva,
Ut vites vitia, sis doctus in orthographia.
Inspice si prosum, ma ne fac invidiosum
Invidiae mete. Nec laudem quaero poetae,
5. *Quamvis sit rarus. Ne sit mihi sensus avarus.*
Non sic detenta mihi tradita quinque talenta.
In te spes Christe mea figitur, ut liber iste
Per te completus sit, te fulsimine fretus,
Cum sit scripturae fons omnis litera jure.
10. *Principio quod sit de se tractatio poscit &c.*

X. *Cornutum* sive Districha lib. I. *ak*)

XI. Joannis de Garlandia liber metricus exstat

---

ai) celtes est quoddam instrumentum aptum ad scindendum lapides. Ita glossa MS. ad h. l. *ak*) v. Jo. BALEVS de scriptor. Britann. Cent. 2. n. 48.

Digitized by Google

exſtat inter codices manuſcriptos in aedi- A. C.
bus Jacobaeis n. 777. *al*)

XIX.

THEODERICVS. MXL.

Monachus ordinis S. Benedicti, *a*) Theologienſis in ditione Treverenſi, circa a. MLXVI. clarus, *b*) vel ſub Henrico rege tertio A. MXL. *c*) Tam *metro* quam proſa plura compoſuit. *d*)

XX.

ARNVLFVS.

Monachus. *a*) Juxta ſcriptores ſeculi XI. MXLI.
medii collocat eum SIGEBERTVS. *b*)

Et, ſi non differt ab ARNVLFO, presbytero & monacho Monaſterii S. Emmerammi Ratisbonenſi, cujus mentionem facit Anonymus Mellicenſis, *c*) vixit obſervante Bernardo REZ. *d*) A. MXLI. Excipiens de proverbiis Salamonis conveniéntiores ſententias & litteram & allegoriam metrico lepore ſcripſit & digeſſit, ut habet de Arnulfo SIGEBERTVS. *e*)

XXI.

INGELRAMVS. MXLV.

al) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. II. p. 246.

XIX. *a*) v. Jo. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccleſ. n. 342. *b*) v. Jo. Alb. FABRICIVS not. ad Trithemii l. c. *c*) v. TRITHEMIVS l. c. *d*) vid. TRITHEMIVS loc. cit.

XX. *a*) v. SIGEBERTVS Gemblac. de Scriptor. Eccleſ. cap. 157. *b*) l. c. *c*) de Script. Eccleſ. cap. LXII. *d*) in not. ad Anonymi l. c. *e*) l. c.

A. C. MXLV. Vel ANGELRANNVS. Abbas Centulenſis. Floruit Seculo XI. ſcripſitque ante Annum MXXIX obſervante Godofredo HENSCHENIO. Mortuus A. MXLV. *a*) Scripſit de *vita & miraculis S. Richarii* lib. IV. carmine heroico, quorum primus exſtat in Actis Sanctorum ord. S. Benedicti, *b*) quartus ſive *relatio S. Richarii abbatis ex Sithienſi monaſterio in Centulenſe*, initio:

Hactenus antiqui retinet quæ pagina libri inſerta Actis Sanctorum Aprilis per HENSCHENIVM &c. ed. Antw. 1675. *c*) & Actis Sanctorum ordinis S. Bened. per Ludowicum d. ACHERY & Joh. MABILLONIVM ed. Paris. 1685. *d*)

XXII.
GVIDO.

MXLV. Epiſcopus Ambianenſis. Fecit Epitaphium Angelranno abbati Centulenſi mortuo A. MXLV. Poeticae artis amantiſſimum fuiſſe aſſerunt GVILLELMVS Gemmeticenſis & Ordericus VITALIS. Scripſit.

I.] De *Expeditione Guillelmi Conquæſtoris in Angliam* librum heroicò carmine *a*)

II.] *Epitaphium ſepulcro Angelranni abbatis*

XXI. *a*) vid. Acta Sanctor. Ord. Bened. Secul. VI. Part. I. pag. 507. *b*) Secul. II. pag. 201. *c*) Tom. III. pag. 459. *d*) Secul. V. pag. 563.

XXII. *a*) vid. GVIL. Gemmeticenſis libr. VII. Hiſt. cap. 44 & Ordericus VITALIS libr. III. apud *Collectores Actor. Ordin. S. Benedicti Seculo VI. P. I. pag. 507.*

tis Centulenſis in Pontivo inſcriptum, elegiacum, initio: A. C. MXLV.

Quem tegit hic tumulus, lectiſſimus Angelirannus.

ſtitutus, *b*) coenobii juxta Coloniam Agrippinam ordinis S. Benedicti. *c*) Floruit ſub Henrico quinto. *d*) A. MCXI. ſub Henrico quarto ſcribere coepit usque ad Lotharium tertium, ſub quo ſcripſit annis plurimis. *e*) Claruit ſub Henrico quinto Ao. MCXXIV. & ſub Lothario moritur. *f*) Deceſſit A. MCXXXV. 4. Nonas Martias. *g*) A. C MCXXXVI

Scripſit Hymnum *ad Spiritum S* praemiſſum de glorificatione Trinitatis & proceſſione Spiritus S. Libris IX. *h*)

XXXII.

HILDEBERTVS.

Ex monacho Cluniacenſi S. Hugonis diſcipulo, Cenomanenſis epiſcopus. *a*) Ex Cenomanenſi epiſcopo Archiepiſcopus Turonenſis. *b*) Claruit ſub Henrico quarto A. MXC. *c*) Obiit A. MCXXXII. teſte Dan. PAPEBROCHIO, *d*) aut A. MCXXXVI. XV. Kalendas Januarii, ut habet Aub. MIRAEVS. *e*) MCXXXVI

Claruit tam proſa quam metro iudicante HENRICO Gandavenſi. *f*) Scripſit

b) v. Anonymus Mellicenſis l. c. Conf. HONORIVS Auguſtodun. de S. E. L. IV. Cap. 16. & Appendix ad Henricum Gandav. Cap. 5. *c*) v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 364. *d*) v. HONORIVS l. c. *e*) v. Anonymus Mellicenſis l. c. *f*) v. TRITHEMIVS l. c. *g*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Honorii l. c. *h*) v. Gv. CAVE de S. E. p. m. 564.

XXXII. *a*) v. Aub. MIRAEI Schol. in Henrici Gandav. de S. E. Cap. 8. *b*) v. HENRICVS Gand. l. c. *c*) v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 350. *d*) in Actis Sanctor. April. T. I. p. 83. *e*) l. c. *f*) l. c.

A. C. MCXXXVI

I. *Vitam Mariae Aegyptiacae* metro eleganti, ut vult HENRICVS Gandav. *g*) Exstat initio: *Sicut hiems laurum non urit nec rogus aurum*; in Actis Sanctorum Aprilis per G. HENSCHENIVM &c. *h*)

II. Exposuit metrice totum *Missae ordinem*, *i*) libro *de concordia veteris ac novi sacrificii*, *k*) elegiaco metro, initio: *Scribere proposui quae mystica sacra piorum.* Prodiit Libellus de *concordia veteris ac novi sacrificii*, annexus Brevi & admodum dilucidae in missae canonem exegesi ex priscis scriptoribns collectae. Parisiis 1548. d. *l*) Idem liber titulo de *officio missae* adjunctus Gvidonis de MONTE ROCHERI enchiridio sacerdotum, Antverpiae 1574. *m*) quo editio a praecedenti lectionibus differt, auctiorque est in fine 16. distichis. Exstat & rubro: *Versus de mysterio missae* in Bibliotheca Maxima Patrum Lugduni 1677. *n*) Idem de *officio missae* scriptum, sub nomine MAVRITII Senonensis, cui in codice quodam MSto, quem Jo. Alb. Fabricius possidet, tribuebatur, edidit FABRICIVS annexum bibliographiae Antiquariae. Ipse tamen editor postea *o*) id ipsum Hildeberto vindicat. Quod & Thomas

g) de S. E. c. 8. *h*) Tom. I. p. 83. *i*) v. HENRICVS Gand. l. c. *k*) v. Aub. MIRAEVS Schol. ad Henrici l. c. *l*) fol. 38. *m*) Gg. 2. b. *n*) T. XXI. p. 163. *o*) not. l. ad Trithemii de S. E. n. 350. p. 88. ed. Hamb. 1718.

Digitized by Google

mas IAMESIVS fecerat, qui allegat librum Manuſcriptum Collegii S. Benedicti apud Cantabrigiam titulo: *Hildebertus de ſacramentis Pr. Scribere propoſui qui myſtica ſacra priorum. p)* A. C. MCXXXVI

III. Epitaphium in *Berengarium*, elegiacum, initio: *Quem modo miratur ſemper mirabitur orbis.* Exſtat in GVLIELMI Malmeſburienſis lib. 3. de geſt. reg. Angl; *q)* in Caeſaris BARONII Annalibus; *r)* & in Bibliotheca Max. Patr. *s)*

IV. De *urbe Roma* liber elegiacus initio: *Patri Roma nihil Chryſippe tota ruina.* Exſtat in Jac. HOMMEY ſupplemento patrum. *t)* Ex hoc libro ſumtum eſt diſtichon in *Romam* initio: *Urbs felix ſi vel dominis urbs illa careret;* quod exſtat in Variis doctorum piorumque virorum de corrupto eccleſiae ſtatu poematibus per Matth. FLACIVM Baſileae 1556. *u)* & in Jo. BALEI Scriptor. Britann. Baſileae 1. 57. *w)* Perperam autem ab utroque allegatur, cum de Roma diruta per hoſtes, non, quod volunt, moribus in ea perverſis agat.

V. *Martyrium S. Agnetis* elegiacum initio: *Agnes ſacra ſui pennam ſcriptoris inauret.* Exſtat in Caſp. BARTHII Adverſariis *x)* ex

p) v. Th. JAMESII. Catalogum n. 74. 1. in Catalogis MSStorum Angliae & Hiberniae T. I. P. II. p. 194. n. 1351. *q)* fol. 64. *r)* ad A. 1088. *s)* T. XXI. p. 168. *t)* p. 456. *u)* p. 417. *w)* p. 168. *x)* L. XXXI. c. XIII.

A. C. MCXXXVI MStoPasſionem Agnetis ſub Hildeberti nomine vulgatam a Barthio & ab A. RIVINO. Lipſ. 1637. 12. cum decem homiliis Hildeberti editam ALEXANDRI Eſebienſis eſſe ex Baleo & MS. Jo. Schefferi obſervat Chriſtianus DAVMIVS ad Paulinum Petrocorium. *y*)

VI. Liber de *querimonia & conflictu carnis & ſpiritus* partim proſa, partim carmine ſcriptus exſtat in Jac. HOMMEY ſupplemento Patrum edit. Paris. 1686. *z*)

VII. De *concordia veteris & novi teſtamenti* liber hexameter, initio: *Adae peccatum quae conveniens aboleret.* Exſtat in Jac. HOMMEY ſupplemento Patrum. *aa*) Puto idem ſcriptum indicari in Catalogo. Roberti COTTONI, *ab*) hoc rubro: *Verſus Hildeberti Epiſcopi in quasdam hiſtorias veteris teſtamenti, praeſertim libri Geneſeos. Item alibi ac*) hoc titulo: *Varia poemata miſcellanea, praeſertim de argumentis hiſtoricis ex S. Scriptura petitis, Hildeberti Cenomanenſis.*

VIII. *Orationum theologicarum* liber initio: *Alpha & omega Deus meus.* Exſtat in Jac. HOMMEY ſupplemento Patrum. *ad*) In Georgii BROWN Catalogo manuſcriptorum Collegii S. Trinitatis apud Dublinium *ae*) inſcri-

y] v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin ed. Hamb. 1712. p. 717. not. [*u*] *z*] p. 421. *aa*] p. 441. *ab*] Veſpaſianus B. XIII. 14. v. Tom. SMITHI Catalogum p. 110. *ac*] Cleopatra C. I. 1. p. 138. *ad*] p. 446. *ae*] n. 328. 14. v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae Vol. II. P. II. p. 32. n. 468.

Digitized by Google

ſcribitur: *Pulcherrimus hymnus Hildeberti Cenomanenſis, cujus init. eſt* A. *&* Ω. A. C. MCXXXVI

IX. De *ſuo exſilio.* Elegia elegans de *inſtabilitate fortunae*, ſine mentione auctoris, inſcribitur in Codice quodam MS. bibliothecae Paulinae Lipſienſis. *af*) Eſt carmen elegiacum initio: *Nuper eram locuples multisque beatus amicis.* Exſtat in Jac. HOMMEY ſupplemento Patrum. *ag*) Emendationes, quas editio Hommeyana admittit ex MSto Lipſienſi memorato has notavi. v. Hom. *Ditabunt.* MS. *Ditabant.* v. 10. H. *ſomnos.* MS. *ſomnum.* v. 11. H. *moeſtos ſolantia.* MS. *moeſti ſolatia.* v. 14. H. *jam dediciſſe* MS. *dedidiciſſe.* v. 21. H. *area.* MS. *alea.* v. 37. H. *gravis ille maluque.* MS. *novus ille gravisque.* v. 43. H. *Inque.* MS. *Inde* v. 46. H. *Impulit in tumulos* MS. *Movit, & in tumidas.* v. 48 totus deeſt in editione Hommeyana ex MS. ſupplendus: *Imbre madet coelum, nox tegit atra diem.* v. 51. H. *digerit* MS. *congerit* v. 52. H. *obeſſe poteſt.* MS. *in orbe patet* v. 57. H. *miſere* MS. *miſer &* v. 59. H *paterno* MS. *paternum.* v. 60. H. *Qua.* MS. *Quam* v. 69. H. *praeſtant* MS. *praeſtantur* v. 72. H. *pati* MS. *ſequi.* v. 76. H. *vel.* MS. *nec.* v. 77. H. *Ut* MS. *Quae* v. 82. H. *& quo* MS. *ac ubi.* v. 88. H. *digerat* MS. *dirigat.*

X. De *ſacramentis*, hexametrum initio: *Hoſtia legalis tranſit, res tecta figuris*; exſtat

af] v. Joach. FELLERI catalogus p. 103. n. 4. *ag*] p. 453.

A. C. MCXXXVI. in Jac. HOMMEY ſupplemento patrum. *ah*]

XI *Quid ſignificet utraque pars altaris*, hexametrum, initio: *Eſt ratio cur pars altaris dextera Miſſae*, exſtat ibidem. *ai*)

XII. *Quid ſignificent tres miſſae in natale Domini*, elegiacum, initio: *In natale ſacroſanctae ſolemnia Miſſae*; exſtat ibid. *ak*)

XIII. De *Chriſtallo*, elegiacum, initio: *Sol, Chriſtallus, aqua dant qualemcumque figuram*; exſtat in Jac. HOMMEY ſupplemento Patrum. *al*)

XIV. *Quid ſignificent tres partes de corpore Domini*, hexametrum, initio: *Signant tres partes Chriſti de corpore; prima*: exſtat ibidem. *am*)

XV. De *tribus habitaculis*, hexametrum, initio: *Trina domus nobis, lar, tumba, poluſque paratur*. Exſtat ibid. *an*)

XVI. De *ſacramento altaris* lib. 1. Initio: *Tollimur e medio ſa.* *ao*]

XVII. *Hymnorum & orationum* diverſo metro lib. 1. *ap*)

XVIII. Verſus de *creatione mundi & operibus ſex dierum* manuſcripti ſervantur in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. *aq*) Exſcribo illos integros inter poemata huic hiſtoriae adnexa Sect. III.

Sectio

ah] p. 459. *ai*] l. c. *ak*] p. 460. *al*] p. 460. *am*] p. 461. *an*] l. c. *ao*] v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. 350. *ap*] v. TRITHEMIVS l. c. *aq*] v. Joach. FELLERI Catalogum p. 103. n. 5.

Digitized by Google

SECTIO III.

A. C. MCXXXVI

HILDEBERTI ARCHIEPISCOPI TVRONENSIS.

DE

CREATIONE MVNDI, ET OPERIBVS SEX DIERVM.

OMnipotens in principio coelumque ſolumque,
Fecit: Principium filius ejus erat.
Fecit in hoc coelum: qui coelica mente requirit,
Poſt terram: nimium terrea qui cupiunt.
Tellurem vacuam ſcriptura refert & inanem:
Sic vacui fiunt terrea qui cupiunt.
Quae denſis tenebris adoperta refertur abyſſus:
Peccati tenebris nubila corda notat.
Ille ferebatur ſupra undas ſpiritus almus:
Nam firmat mentes vivificatque vagas.
Hisque notabatur verbis baptiſma, quod ipſe
Sacraturus erat Temporibus fidei.
Et dixit dominus: Fiat lux, factaque lux eſt:
Nam baptiſma ſacrum lux fidei ſequitur.
Jureque prima fidem lux ſignat. Nam prior illa
Virtus eſt omni qui venit ad dominum.
Poſt haec diviſit tenebras lucemque creator:
Et tenebrae nox eſt, luxque vocata dies.
Per tenebras pravos, per lucem conſpice juſtos,
Praeſcia diviſit quos meritis deitas.

A. C. MCXXXVI

De secunda die.

Hinc firmamentum, quod luce sequente creatur,
Dictum scripturam significare sacram.
Quae post baptismum fidei splendore nitentes
Confirmans; hostis munit ab insidiis.
Hic divisit aquas, ab aquis duas. Inter utrosq;
Hoc firmamentum constituens medium.
Has per aquas hominum genus angelicumque notatur
Divisum meritis, conditione, locis.
In medium quorum scriptura sacra locata
Nobis praefertur, spiritibusque subest.
Nam lux divinis non est descripta ministris,
Qui plene cernunt littera quod tetigit.
Est data lux homini, quia spiritualia carnis
Sicut aquas ab aquis dividit a vitiis.

De tertia die

Tertia lux aderat. Humor confluxit in unum.
Fit mare: quae latuit arida sic patuit.
Ventosum pravos mare signat, & arida justos,
Qui donec vivunt justitiam sitiunt.
Hinc herbam viridem, fructumq; ferentia ligna
Produxit subito terra jubente Deo,
Herba virens fidei vigor est. Sunt fortia ligna
Doctores, quos non frangere dura queunt.
Haec cum seminibus produsere terra jubetur,
Quae sunt verba dei factaque justitiae.
Quae quasi menta nitet & fratribus illa ministrat:
Semine producit hoc genus ille suum.

Ari-

Arida dicta prius eſt, poſtea terra vocata: A. C.
Sic nos amoris terra vacamur aquis. MCXXXVI
Nam velut a vitiis per aquarum fluxa notatis,
Si ſejungamur terra ferax erimus;
Et domino fructum reddemus multiplicatum,
Juſtitiae ſplendens & pietatis opus.

De quarta die.

Quarta luce deus fecit duo lumina magna:
Per quae ſignantur Chriſtus & eccleſia.
In firmamento ſcripturae qui renitentes
Maxima credenti lumina dant populo.
Et velut illuſtrat proprio ſol lumine lunam:
Luce ſua Chriſtus ſic replet eccleſiam.
Lunaque noctiurnas ut pellit luce tenebras:
Sic tenebras noſtras effugat eccleſia.
In firmamento ſtellas intellige juſtos,
Qui ſcripturae haerent, atraque noſtra fugant.
Et bene terra prius cum lignis protulit herbas,
Poſtea fulſerunt lumina clara polo.
Jam tunc quiſque nitet virtutum luce fidelis,
Quodvis laudandum cum prius egit opus.

De quinta die.

Quae reptant in aquis, volitantque in aera pennis.
Dicitur in quinta luce creaſſe Deus.
Suſcepto Chriſti mens lumine noſtra jubetur
In cordis pelago noxia diſcutere.
Quaeque velut repunt tenebrisque teguntur abyſſi
Protinus admoto pellere judicio.

A. C. MCXXXVI *Quae quasi summa petunt & ceu sunt proxima coelo*
Haec retinens animo servet alatque suo.

Quod vidisse bonum Deus affirmatur utrumq;,
Hanc causam reddunt mystica qui capiunt:
Sunt mala quae tacite repunt in corde bonorum,
Nam nituntur eos ad mala protrahere.
Sed cum pelluntur, sanctique per illa probantur,
Sunt bona sanctorum quod cumulant meritum.
Hinc vidisse bonum, sed non fecisse refertur
Haec Deus illa bonos posse juvare vivens.

De sexta die.

Sexta luce deo produxit tera jubente
Reptile, jumentum cumque fera pecudem.
Haec motus hominis designant exterioris
Qui praedictorum terrea more petunt.
Quod mare produxit hominis notat interioris
Sensus, quos piscis more profunda tegunt.
At motus hominis designat exterioris,
Terreni foetus utraque nempe patent.
Hocque nota quod nil ubi signat littera carnis
Motus productum quod valet invenies
Nam caro nostra gravis natura semper ad ima
Nos trahit, & terram sic quasi nata perit.
Sic iam completis praedictis omnibus istis,
Ornatum mundo quae speciemque dabant.
Quaeque figurate quae mundum ornare minorem
Possent innueret, conditor orbis ait.
Plasmemus hominem quem nostra venustet imago,

Et

Digitized by Google

Et ſimilitudo. Munera quanta dedit. A. C.
Cuncta creans homini, ſi dantis juſſa teneret, MCXXXVI
Et ni peccando par pecudi fieret. 100.
Non tamen haec homini data credas exteriori,
Interior ſolus haec homo dona tenet.
Hinc inviſibilis immortalisque creatus 105.
Eſt rationalis ſicque deo ſimilis.
In nobis ratio quaedam deitatis imago
Et noſtri tantum pars videt illa Deum.
Praeferimur ſola mutis animalibus illa,
Quique regit coelum quaerimus hujus ope. 110.
Eſt ſimilitudo deitatis nos imitari
Iuſtitia & morum nobilitate deum.
Eſt aliud quod habet humana creatio dignum,
Quo bene verba dei myſtica ſignificant.
Dixerat in reliquis: fiat dies; hic: faciamus 115.
Dixit conſilio res quaſi digna fuit.
Iureque trina ſimul deitas haec eſt operata,
Quem ſolum propriam fecit ad effigiem.
Adjecitque deus: terrae dominetur, & illis
Quae mare, quae tellus, quae levis aer habet. 120.
Dignus hic animal deitatis imagine clarum
Praeficitur reliquis voce creantis homo.
Non vi, qua potius pollent animalia plura,
Sed ratione, dei quae tenet effigiem.
Qua bene dum fruitur, merito praeponitur illis; 125.
Dum male: jumentis efficitur ſimilis.
Sic deitas hominem cenſurae pondere quodam
Conſilioque ſuam fecit ad imaginem.
Dum dicit noſtram: deitas eſt trina notanda,
Nam noſtram ſolus dicere non poterat. 130.

Fecit

Dat Deus his eſcam, ſic potes accipere: A. C.
Parvos & magnos: herbas; & ligna fideles MCXXXVI
Accipe qui patribus dant alimenta ſacris. 160.
Nec ſolum patribus, ſed & illa bonisque malisque
Praebens, quos pecudes ſignificant & aves.
Nam Chriſti pietas poſt ſe dare praecipit omni 165.
Qui petit, ac ſanctis praecipue patribus.
Vidit cuncta deus quae fecerat, & bona valde,
Mox infertur, erant. Reſpice dicta prius.
In reliquis vidiſſe bonum per ſingula, dictum eſt:
At non formato dicitur hoc homine. 170.
Non vidiſſe bonum vox myſtica ſed bona, dicit,
Non per ſe laudans hunc niſi cum reliquis.
Spiritus ille dei, per quem ſunt iſta relata,
Hic peccaturum noverat eſſe hominem.
Noluit hunc ergo ſolum laudare creantis 175.
Qui ſolus juſtum poſtpoſiturus erat.
Atque inter pecudum laudes laus dicitur ejus,
Qui peccatis pecori par meruit fieri.
Ergo die ſexta mundus formatus, & omnis
Illius ornatus, eſt operante deo. 180.
Perfecto numero facta eſt perfectio mundi,
Diſponente bono taliter artifice.

De ſeptima die.

Complevitque ſuum ſeptena luce creator
Quod patrarat opus. Cautius iſta vide.
Nil feciſſe die dominus narratur in iſta 185.
Sed dicit quod in hac luce peregit opus.
Si tamen attente ſpectes, duo facta videbis.
Namque diem fecit & benedixit eum,

Et

A. C. MCXXXVI *Et bene cuncta deus numero complevit in isto,*
Per quem circuitus tempora semper agunt.
Hac in luce deus requievit ab omnibus illis,
Quae perpetrarat. Haec quoque dicta nota:
Num deus humano defessus more quievit?
Vel qui nostra quies est, labor hunc domuit?
Non sic. Sed domini cessare quiescere dicit.
Nam nova cessavit condere tunc opera.
Quod si perspicias animo subtilius ista
Quod dici possit altius invenies.
Nos operamur ob haec operum mercede vivaci,
Ut requiescamus. Sed deitas aliter.
Nempe deus mundum sola bonitate creavit.
Indiguit mundi non tamen ille bonis.
Et nec in his sed ab his requievit, nullius horum
Indigus, & tribuens, non requiem accipiens.

XIX. Versus de *excidio Trojae* in Codice Lipsiensi manuscripto memorato subnectuntur versibus praecedentibus & forte Hildeberti etiam sunt. Certe lectu non indigni sunt, ideoque hic inserantur.

Versus de excidio Trojae.

Divitiis, regno, specie, virtute, triumphis,
Rex Priamus clara clarus in urbe fuit.
Dum rex, dum proceres, dum starent Pergama Troja.
Quae decus, & species, & caput orbis erat.
Rex Hecubam duxit sociam sibi nobilitate,
Auspiciis, forma, rebus, amore trono.
Ex hac suscepit natos. Erat Hector in illis
Summus, & in bello fulminis instar habens.

Digitized by Google

Plus ferus ille fero, plus urſo, plusve leone; A. C.
Sic fuit abſque fere plus ferus ille feris. MCXXXVI
O fauſtum natis! o fauſtum conjunge regem!
Si pariter Paridem non peperiſſet ei.
Non in eo peperit pignus, ſed tela, ſed ignes,
Sed ſibi, ſed Priamo, ſed mala cuncta ſuis.
Hoc pater, hoc genitrix, hoc fratrum coetus, & Hector,
Hoc etiam regni gloria Troja cadit. (dit;
Hunc Paridem paritura parens per ſomnia vi-
Vidit pro puero ſe peperiſſe facem.
Dum rex in ſigno tunc ſigni percipit, horret
Quod parat in pignus impius eſſe pice.
Nam puerum natum pro juſſu regis in Idam
Servi tollentes enſe necare parant.
Sed puer aſpiciens enſem radiare coruſcum,
Arridet gladio neſcius enſe necis:
Quod percuſſurus cernens cor flectit, & ictum,
Et ferus & feriens deſinit eſſe ſimul.
Sub foliis vivum linquit, quem paſtor oberrans
Invenit, ut foliis nuper opertus erat.
Dum videt hunc ſanum, dum vivum, dumque decentem:
Extrahit, aſpectat, nutrit, adoptat, habet.
Qui paſtoris oves paſtor dum paſcit adultus:
Conveniunt ad eum Juno, Minerva; Venus:
Judicium Paridis quae ſit pulcherrima quaerunt.
Promittunt etiam munera quaeque ſua.
Juno decus; Pallas vires; Cytherea puellam:
Sed Veneri tribuit vincere, victus ea.
Rex aliquando videns hunc talem, tam ſpecioſum,

Iam

Quod cupit illud ama, quod facit illud age. A. C.
Vince prius Venerem, si vis eques esse virilis: MCXXXVI
Armis & Veneri nemo vacare potest.
Nec laus, nec probitas, nec honor, superare puellam:
Sed Veneris vitium vincere laudis opus.
Noli nunc frustra Veneris sed castra Minervae.
Haec docet, illa furit. Haec juvat, illa nocet.
Jam resipisce Pari, navesque relinque paratas.
Consilio parens jam resipisce Pari.
Cum sit amor vetitus, vetiti malus actus amoris.
Si malus, ergo nocet. Si nocet, ergo fuge.
Cujus coepta scelus, medium timor, exitus ignis:
Tu fuge, tu reproba, tu metuendo cave.
Sed concepta nequis vitare cupidine victus,
Quo quodcunque paras peste parare parem.
Te tua fata trahunt, ne coepta relinquere possis:
Ut rapias Helenam te tua facta trahunt.
Sic est omnis amans, sic se, sic omnia spernit:
Consilium, famam, foedera, jura, deos.
Hic amor ut praeceps, ut coecus, ut impetuosus,
Ut ratione carens, nescit habere modum.
Hic amor est amens, aliis inimicus, & ipsi:
Non amor, immo scelus. Non scelus, immo furor.
Instruit ergo rates, transit mare, quaerit amicam.
Hanc rapit, hac fruitur, hanc male tutus habet.
Custodes seu vi, seu munere, seu prece victi,
Vel nece, vel latebris, vel periere metu.
Quo rex audito Menelaus, dum fremit ira,

A. C. *Vix tenet a gladio je feriente manus.*
MCXXXVI *Flet, tonat, insanit, frendet, gemit, æstuat, ardet,*
Incusat superos, moenia, fata, fretum.
Odit enim vitam, simul & solatia vitae:
Divitias, requiem, gaudia, sceptra, cibum.
Mavult ipse mori, quia non moriatur adulter,
Sic sua, sic reputat se nihil absque sua.
Excidium Trojae tractat, molitur, anhelat:
Dum solum Paridem ducit obire parum.
Omnes omnino putat hostes hostis amicos,
Et quicquid pariter pertinet ad Paridem.
Legatos igitur mittens legit undique vires,
Cui parere parat quisquis ad arma valet.
Sublimes, humiles, cunctos injuria regis
Tangit, & hanc omnis judicat esse suam.
Et quamvis doleant regisque suoque dolore,
Plus pudor ablatae, quam dolor, urget eos.
In Phrygiam totam conjurat Graecia tota,
Ut pariter pereat cum regione Paris.
Junctis militiae turmis peditumque catervis,
Imperat in Paridem rex animosus iter.
Mille rates ducens petit Ilion, obsidet illud,
Irruit, atque cito vincere sive mori.
Fortiter obsistit Danais Trojana juventus,
Inque vicem strages dantque ferunt; feras.
Dumque sub incerto pendet victoria certa,
Inter utrosque diu fors velut aequa volat.
Nunc hi nunc illi versa vice ferre videntur
Insidias, ictus, vulnera, damna, fugas.
Praeter communes casus patiuntur Achivi
Multa, fames, pluvias, frigora, cauma, sitim,
Aea-

Aeacidem magnum Philotetae fasta, sagittas A. C.
Poscunt, ut possint Pergama posse capi. MCXXXVI
Hinc & eas monitis vatum Danai sibi quærunt:
Hoc furor Hectoreus, his cadit ipse Paris.
Sors melior belli Teucris stetit Hectore stante,
Qui spes, qui clypeus, qui vigor urbis erat.
At ferus Aeacides ut venit, ut Hectora vicit,
Vis Teucrum victo vindice victa fuit.
Aeacides quantus fuerit, vel qualis, & unde,
Prodit, & auctoris pagina multa docet.
Si vim, si mentem, si bella requiris Achillis:
Ut doceam paucis: Hectore major erat.
In castris Danaum Palimedes, Nestor, Ulysses,
Plus sunt consilio, quam probitate, duces.
Aeacides, Ajax, Diomedes, Pyrrhus, Atrides:
Hic flos, hic lumen, hic pietatis apex.
Quid Stelenum? quid Testoridem? quid Protheselaum?
Quid referam plures, quos sua fama refert?
Quis Dolopes? quis Mirmidonas? quis denique cunctos
Grajigenum proceres dinumerare queat?
Tandem rex Danaum per vim, per facta, per illud
Palladium Trojam post duo lustra capit.
Hac igitur capta, sed fraude, sed arte, sed armis:
Hinc perimunt Priamum Priamidasque simul.
Neve stet urbis bonos devastant caetera quæque:
Mucro viros, aries moenia, tecta rogus.

A. C. MCXXXVI *Quod tamen urbs capta eſt, quod victa, quod obruta, totum*
Arte Sinon parvi ligneus egit equus.
Viribus, arte, minis, Danaum clara Trojæ ruinis
Annis bis quinis ſit rogus, atque cinis.
Urbs bona, nunc dumi, vi flammae, turbine fumi,
Non ita conſumi digna, reſedit humi.
Nutu Junonis, & iniqui fraude Sinonis,
Clamque datis donis exſpoliata bonis.
Sponſus Penelopes paſſus mare, monſtra, Cyclopes,
Tranſtulit ad Dolopes Laomedontis opes.
Flamma Paris patriae, formae quo judice diae,
Troja caput Phrygiae, floſque jacet Aſiae.
Junonem laedit, veneri cum paſtor obedit,
Cum judex ſedit tot tibi damna dedit.
Ne quis amet temere docet obruta Troja cavere,
Quae Paridis ſcelere ſit nihil absque fere.
Priamidis laceræ regumque domus cecidere.
Turres innumerae nunc ubi? ſub cinere.
Palladis armigerae quo templa domusq; fuere.
Extendunt hederae brachia luſtra fere.
Raptu Tyndaridis furor eſt accenſus Atridis.
Bellaque Dardaridis movit amor Paridis.
Pellicis obſcoenae commovit forma Lacenae
In ſcelus effrene pectora Trojugenae.
Sic facies Helena fuit exitus urbis amoenae.
Crines, colla, genae, cunctaque comta bene.

Quam

Digitized by Google

Quam facit audaces amor in ſua damna pro- A. C.
caces! MCXXXVI
Curas mordaces inhiat atque faces.
Dum male grata places Helenae nutuſque loquaces,
Quamvis ipſa faces Ilion inde jaces.
O res fatalis, fuit omnibus exitialis
Talibus heu talis foemina cauſa malis.
Digna perire mari potius, flammisque cremari,
Qua tot privari luce ferisque dari.
Tempora bellorum rex indicens Danaorum
Aeſtuat amborum diſſociare thorum.
Partes ultoris juvat, auget, fama pudoris
Raptam raptoris queſtâ jacere thoris.
Res ea Pelidem movet, ut comitetur Atridem.
Aeoles in Paridem commovet illud idem.
Jurant Graiugenae, jurant in bella Micaenae,
Caſtra quae ſunt juvene, ſuntque referta ſene.
Hector conſilio, nutu Tritonia dio,
Pelides gladio, dant Phryges exſilio.
Praeſidium fidum ſtetit urbis in Hectore, qui dum
Stabat, Dardanidum robur erat validum.
Cuſpide Pelidae ſimul idem defuit Idae,
Studebant trepide praelia Dardanidae.
Urbs ruit Aſſaraci, quam flammae tradit edaci.
Vita res, o Thraci, demta dolis Ithaci.
Quae cecidit ſtaret, niſi Thracem mors ſuperaret,
Quaeque jacens paret regia iuſſa daret.

A. C. MCXXXVI *Quin res Ideae pereant nequit ars Cythereae*
Nec domus Aeneae tuta favore Deae,
Nec regale decus vi posset frangere Graecus
Sed dolus, atque secus moenia ductus equus.
Dumque Si non orat veniam, dum verba colorat,
Solvitur, explorat, claustra, foresque forat.
Quosque foris norat recipit, scelerique laborat,
Dum res explorat, Moenia flamma vorat.
Pastibus ablatis, custodibus & jugulatis,
Succubuit fatis urbs miseranda satis.
Urbs miseranda nimis, imo dives rebus opimis,
Inclyta, sublimis, una fit ex minimis.
O furor effrenis, patuit Neptunia poenis
Troja dolo juvenis prodita Grajugenis.
Flamma dein sedes, & regum dejicit aedes.
Hinc eques ad caedes, irruit inde pedes.
Vix sit habenda fides, quod millia sternat Atrides,
Ajax, Titides, Pyrrhus, Achilleides,
Instant ense truces, dum flammis Troja reluces,
Passos vincla, cruces, interimendo duces.
Quilibet armati primum patet impietati.
Sunt serie fati tot mala jussa pati.
Caeduntur pueri, juvenesque, senesque, severi
Omne licet sceleri, quod scelus est, fieri.
Vi jacet hostili genus Assaraci, genus Ili.
Igne lares agili sede iacent humili,
Tunc fieri cineres gemmas, ebur, ostra, videres,
Tunc Danaos celeres in scelus aspiceres.
Aspiciens flores tot parvos, tot mulieres,
Tot primi proceres, totque viros veteres.

Re-

Regum rex haeres, periit simul Hecuba, moeres, A. C
Ut corpus laceres. Ut doleas, superes. MCXXXVI
Alter Homerus ero, vel eodem major Homero, 235.
Tot classes numero scribere si potero.
Ut res declarat, igitur fundamenta locarat
Phoebus, & captarat, moenia vomer arat.
Et fit opus clarum, quod rex fabricarat, aquarum,
Lustra leaenarum, silvaque tuta parum. 240.
Atria milvorum, locus & spelunca luporum,
Pascua sunt pecudum, templa, theatra, forum.
Ad vitium thalami quod adaugent Cypridis hami
Vepres & calami regna tenent Priami.
Colminis Idaei quod gloria perniciei 245.
Sic datur illud ei contulit ira dei.
Dum sic Troja cadis tantae discrimine cladis,
Aeneam tradis, teque, ratemque, vadis.
Et Venus huic moli subduxit provida proli.
Huic domui soli nil nocuere doli. 250.
Hesperiae metas tibi longa spousponderit aetas,
Te servat pietas, ut nova regna petas.
Vi tempestatis sociis tibi rarificatis
Vel rapuit fatis per freta longa Paris.
Egrediensque fretis, qua sedes parta quietis 255.
Cursibus expletis: a sapiente petis
Hospita Cumanis, impulsibus acta profanis,
Debita Trojanis fata Sibylla canis.
Quanta parant Rutili, quam gloria surgat Juli,
Qui regum tituli, regnaque, qui populi. 260.

A. C. MCXXXVI
Ergo damnatae ſpe firmus, fidus Achate,
Heſperiae latae tendis in arva rate.
Plurima bella geris, tibi dum loca debita quaeris,
Sed fretus ſuperis obvia quaeque teris,
Turnus ut elatus tibi fata tuisque minatus
Occubuit ſtratus, aum fodis enſe latus.
Pro qua certatur tibi regia virgo dicatur,
Faxque reformatur, dum tibi nupta datur.
Hinc proceſſerunt qui Romam conſtituerunt,
Qui dum bella gerunt fortia quaeq; terunt.
Et ſibi fecerunt nomen quod in aſtra tulerunt,
Ut, qui ſcripſerunt priſtina geſta, ferunt.
Romaque turrigerum caput effert maxima rerum
Tam dono ſuperum, quam ſtudiis procerum.
Sic ex Aenea creſcunt Romana trophaea.
Sic gens komulea ſurgit ab Hectorea.

XX. Verſus rythmici latini ad *Deum & Mariam* habentur manuſcripti in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. *ar*)

XXI. *Poemata* varia, in quibus quaedam Hildeberti Cenomanenſis exſtant inter Codices manuſcriptos, quos bibliothecae Bodlejanae donavit Kenelmus DIGBAEVS. *as*)

XXII Hymnus rythmique de *Trinitate* cum Oratione metrica *ad Dominum* vulgatus eſt ab USSERIO de Symbolo p. 36. ſeq. Prod-

ar) vid. Joachimi FELLERI Catalogum pag. 122. n. 34.
as) n. 56. inter Codices bibliothecae Bodleianae n. 1666. vid. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae pag. 80.

Digitized by Google

Prodiit & ſeorſim Helmſtadii in 4. & in HOMMEVI ſupplemento Patrum. *at*) A. C. MCXXXVI

XXIII. Verſus Hildeberti *ad B. Virginem*; de *Theophilo Chriſtum negante*; de *Hildefonſo* epiſcopo Toletano; de *anima*; de *inſtabilitate mulierum*; de *Zozima* Anachoreta; ac ſimilia quamplurima edere voluit Philippus LABBEVS. *au*)

XXIV. Verſus Hildeberti, Cenomanenſis epiſcopi, de *corpore Chriſti*, de S. *Nicolao*, de S. *Zoſima* exſtant manuſcripti in bibliotheca Cottoniana Titus D. XXIV 6. *aw*)

XXV. Varia Hildeberti *poemata* inter bibliothecarum Elnonenſis, Camberonenſis, Parcenſis Codices MSS. ab Ant. SANDERO bicliotheca MSS. Belgica recenſentur. *ax*)

XXVI. Hildeberti epiſcopi verſus de *XII. plagis Aegypti* exſtant manuſcripti in bibliotheca Cottoniana Vitellius A. XII. 20. *ay*)

XXVII. Cantilena a pio quodam ante CCC. annos compoſita, in *Antichriſtum & ſpirituales eius filios*: ut Hildeberto Cenomanenſi epiſcopo, qui ante 400. annos floruit, autore ſcripta videatur. Initio: *Deduc Sion uberrimas Velut torrentem lachry-*

at) vid. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 717. not. (u) *au*) v. eius biblioth nov. MSS. ed. Pariſ. 1653. p. 59. *aw*) v. Thomae SMITHI Catalogum p. 131. *ax*) vid. CAVEVS de S. E. p. m. 544. *ay*) vid. SMITHVS loc. cit. pag. 83.

Digitized by Google

A. C. MCXXXVI. *mas.* Exſtat hoc titulo & hac coniectura in Variis doctorum piorumque virorum de corrupto eccleſiae ſtatu poematibus per Matth. FLACIVM. *az*)

XXVIII. Verſus de *corpore & ſanguine Domini* exſtant manuſcripti in collegio Sidney-Suſſex in univerſitate Cantabrigienſi n. 6. 2. *ba*)

XXIX. Verſus de *baptiſmate* manuſcripti exſtant ibidem n. 6. 3. *bb*)

XXX. Verſus *quare non copulentur in conjugio conſanguinei* exſtant manuſcripti ibidem 4. *bc*)

XXXI. Poema Hildeberti Epiſcopi Cenomanenſis de *Nummo* ex codice Godfridi Prioris S. Swithini Wintonienſis, quod ipſius eſſe aſſerit BALEVS: manuſcriptum exſtat in Collegio Corporis Chriſti in Oxonia n. 255. 5. *bd*)

XXXII. Poemata quaedam *ſacra* Hildeberti exſtant manuſcripta in Bibliotheca Cottoniana. *be*)

Hildeberti *Opera* edidit Antonius BEAVGENDRE. Pariſ. 1708. fol. *bf*)

XXXIII.

az) p. 29. *ba*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. 2. p. 104. n. 714. *bb*) v. Catalogos cit. l. c. *bc*) v. Catalogos cit. loc. cit. *bd*) v. Catalogos cit. p. 55. n. 1722. *be*) v. Th. SMITHI Catalogum p. 113. Veſpaſianus D. V. 2. *bf*) v. Jo. Alb. FABRICII. Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. ſuppl. p. 299.

Digitized by Google

XXXIII.
RVDOLPHVS.

A. C. MCXXX-VIII.

Abbas S. Trudonis in dioeceſi Leodienſi, ordinis S. Benedicti, Claruit ſub Henrico quinto A. MCXXV. *a*) Obiit circa annum MCXXXIIX. *b*)

Scripſit I. Carmina multa. *c*)

II. Verſus de *coenobio S. Pantaleonis*, hexametros, initio: *Quando vult aliquis ut fiat coenobialis.* Exſtant in Joh. MABILLONII Analector. Veter. Tom. II *d*)

XXXIV.
PETRVS.

Diaconus Caſinenſis, Chartularius ac Bibliothecarius. Quinquennis ſub Girardo Abbate Beato Benedicto oblatus a Patre Aegidio natione Romano, atque ſub eodem Abbate per octo ferme annos eruditus eſt Anno vero MCXXVIII. aetatis autem 21. in exſilium actus eſt. *a*) Exceſſit e vivis poſt annum MCXL. *b*) MCXL.

Scripſit I. Rhythmum de *noviſſimis diebus*, in quo juxta literam videtur ſecutus eſſe Joannem. *c*) Incipit: *Anno Chriſti paſſionis Finito milleſimo Satanas Averni princeps ſolvetur*

XXXIII *a*) vid. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 366. *b*) vid. Gv. CAVE de S. E. pag. m. 571. *c*) vid. TRITHEMIVS loc. cit. *d*) pag. 529.

XXXIV. *a*) v. PETRVS diac. de vir. illuſtr. Caſinenſ. cap. XLVII. *b*) v. Jo. Bapt MARVS Annotat. ad Petri l. c. *c*) v. PETRVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCXL. *vetur a vinculis.* Servatur MStus in bibliotheca Caſinenſi. *d*)

II. Hymnum de S. *Chriſtina* III. Forte & huc ſpectant *Cantus beati Marci & ſanctorum Nicandri & Marciani.* *e*)

XXXV.

RAYNALDVS.

Caſinenſis ſubdiaconus. *a*) Vir valde eruditus, & verſificandi ſcientia antiquis per omnia comparandus ſalutatur a PETRO *b*) Vixit tempore Petri Diaconi. Scripſit I. Ad Petrum diaconum ac Bibliothecarium Sanctiſſimi *Severi* Caſinatis Epiſcopi *in laudem* verſus. II. Verſus. de *vita B. Benedicti ac B. Mauri.* III. Hymnos *in laudem* ſancti Confeſſoris Chriſti, atque Pontificis *Severi.* *c*) Hymni excuſi ſunt in breviariis Caſinenſibus A. 1568. & 1572. *d*)

XXXVI.

BERNARDVS.

Morlanenſis *a*) vel Morlavenſis alias Morlacenſis Anglus. *b*) Ordinis S. Benedicti monachus Cluniacenſis. Floruit A. MCXL. *c*) Scripſit I. Rhythmos de *contemptu mundi* hexa-

d) vid. MARVS loc. cit. *e*) vid PETRVS loc. cit.

XXXV. *a*) v. PETRVS diaconus de vir. illuſtr. Caſinenſib. Cap. XLIV. *b*) l. c. *c*) v. PETRVS l. c. *d*) v. Jo. Bapt. MARVS Annot. ad Petri loc. cit.

XXXVI. *a*) v. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angliae Scriptor. n. 294. *b*) v. Chriſtoph. HENDREICH. Pandect. Brandenb. p. 532. a *c*) vid. PITSEVS l. c.

Digitized by Google

hexametros dactylicos, initio: *Hora noviſſima, tempora peſſima ſunt, vigilemus.* Exſtant in Variis doctorum piorumque virorum de corrupto eccleſiae ſtatu poematibus per Matth. FLACIVM Baſileae 1556. *d*) Poſtea A. 1597. Bremae in 8. vulgavit Nathan CHYTRAEVS: qui erat aſſerens ſe primum eos prodire feciſſe. Impr. & poſtea Roſtochii 1610. Rintelii & Lipſiae 1626. 8. cura Elhardi Lubini. Luneb. 1640. 12. *e*) A. C. MCXL.

Offendi fragmentum aliquod hujus ſcripti in MSto quodam Codice bibliothecae Helmſtadienſis Academiae ex quo nonnulla editionis Flacianae corrigi poſſunt. Exhibebo exſtantiores diverſitates: p. 251. edit. Flacianae l. 23. *nullaque mentio.* MS. *nec recreatio.* p. 253. l. 17. Fl. *recreatio.* MS. *retributio* p. 260. l. 23. F. *gramina* MS. *germina.* l. 27. F. *editis* MS. *cernitis.* p. 261. l. 4. F. *retro* MS. *rogo.* p. 264. l. 26. F. *Prava* MS. *Prima.* p. 269. F. *deſpicit.* MS. *decipit.* ibid. F. *illa* MS. *ampla.* p. 272. l. 17. F. *poſtmodo* MS. *poſtea* l. 19. F. *o male* MS. *ad mala* l. 20. F. *quid tibi* MS. *qui tibi* l. 23. F. *tua gloria.* MS. *iacet impia.* p. 273. l. 5. F. *caro* MS. *modo* l. 19. F. *atque decore* MS. *decoro nimis.* Ibidem additur in MS. integer verſus: *Non juvat aurea corona laurea ſtatus ſublimis*, p. 281. l. 4. F. *cadentia* MS. *fluentia* p. 328. F. *fit.* MS. *ſic* l. 13. F. *Sero* MS. *ſera.* p. 331. l. 26. F.

d) p. 247. *e*) v. HENDREICH l. c.

Digitized by Google

A. C. MCXL. F. *corda* MS. *corde.* p. 332. l. 1. F. *dimicat* MS. *praemicat.* ibid. F. *hoc* MS *os.* l. 3. F. *Vi.* MS. *in.* p. 333. l. 1. F. *olovitrea.* MS. *ibi vitrea* ibid. F. *vacula* MS. *vaſcula* l. 3. F. *Dammula.* MS. *Dannula* l. 22. F. *Indica* MS. indita. p. 336. l. 15. F. *Vi* MS. *O* ibid. F. *poſcitur.* MS. *paſcitur* p. 338. l. 9. F. *haud.* MS. *ac.* l. 22. F. *praevenit.* MS. *provehit.* l. 23. F. *limina* MS. *lumina.* p. 339. l. 14. F. *amodo* MS. *admodo* p. 340. l. 7. F. *carmine* MS. *limine.*

II. De mundo verſu librum unum, initio: *Vita mori mundo eſt, ſed mors eſt. f)*

III. Verſus encomiaſtici de *Symone*, abbate Eboracenſi & de *Comite Wulnotho* annectuntur Bernardi libris tribus de contemtu mundi in codice quodam manuſcripto Bibliothecae Cottonianae, *g)* qui & ipſi forte Bernhardi ſunt.

Legi praecipue dignus eſt Bernhardus inter omnes ſcriptores rhythmicos non tantum ob dictionem facilem & argutam, ſed quia corruptos ſeculi mores ingenioſe perſtringit, ſentiente Olao BORRICHIO. *h)*

XXXVII.

PETRVS ABAELARDVS.

MCXLII. Vel ABAILARDVS, *a)* vel ABELARDVS, *b)* vel ABA-

f) v PITSEVS l. c. *g)* vid. Thomae SMITHI Catalogus p. 136. Cleopatra A. VIII. 2. *h)* in diſſertationibus de poetis. 88.

XXXVII. *a)* v. Appendix ad Henricum Gandavenſem de Script. Eccleſ. cap. 3. *b)* v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 381.

Digitized by Google

ABAILLARDVS, vel ABALARDVS, vel ABELARTVS. *c*) Natione Armoricus, *d*) non Pariſienſis ortu, ut perhibet Chriſtophorus HENDREICH. *e*) Dialecticus *f*) Pariſienſis. *g*) Unde cognomentum ipſi Dialecticus. Hinc monachus San-Dioniſianus prope Pariſios, poſtea abbas Rugenſis conſtitutus. *h*) Claruit ſub Conrado Imperatore tertio A. MCXL. *i*) Obiit in Prioratu S. Marcelli Cabilonenſis, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Cluniacenſis, anno Domini MCXLII. XI. Cal. Maji aetatis ſuae 63. *k*) A. C. MCXLII.

Scripſit I. metrico ſtylo *hymnos* in monaſterio, quod vocatur Paraclitus, decantandos. *l*)

II. Verſus elegiacos ad Aſtralabum filium ſuum de *moribus & vita pia & proba*. Exſtant manuſcripti in bibliotheca Cottoniana Vitellius C. VIII. 3. *m*)

III. Proſam de B. Virgine. Exſtat in Operibus Petri Abaelardi opera Franciſci AMBOISI pag. 1136. *n*)

XXXVIII.
HILARIVS.

Petri

c) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenburg. p. 3. b. *d*) v. Ludovic. JACOB de claris ſcriptorib. Cabilonenſib. p. 139. *e*) l. c. *f*) v. Appendix l. c. *g*) v. TRITHEMIVS. l. c. *h*) v. JACOB l. c. *i*) v. TRITHEMIVS l. c. *k*) v. JACOB l. c. *l*) v Appendix ad Henricum Gandav. de S. E. c. 3. *m*) v. Th. SMITHI Catalogum p. 86. *n*) v. Ludov. JACOB de Scriptorib. Cabilonenſib. pag. 141.

Digitized by Go

A. C. MCXLII. Petri Abaelardi discipulus. Scripsit *Elegiam*, qua plangit recessum Petri ex Paraclito; quae exstat in Operibus Petri Abaelardi opera Franc. AMBOESI pag. 243. *b*)

XXXIX.

OLBERTVS.

MCXLIIX. Alias OBBERTVS. *a*) Natus est in Lederna villa Sambrensis pagi confinio. A. puero in Lobinensi monasterio educatus sub disciplina Herigeri Abbatis, hinc Parisios ad S. Germani coenobium se contulit. Audivit & Fulbertum Carnotensem episcopum. Demum Burchardum Wormatiensem, postea episcopum, Lobii sacris ipse litteris erudiit. *b*) Ex monacho Lobiensi abbas Gemblacensis *c*) quartus, ac primus S. Jacobi apud Leodicenses, *d*) vel Eburones. *e*) Obiit Leodici A. MCXLVIII. *f*) 11. Idus Julii. *g*)

Composuit cantus in honorem sanctorum, *h*) sive Canticum Ecclesiasticum de Sanctorum aliquot rebus gestis. *i*)

XL.

MALACHIAS.

Cogno-

XXXVIII. *a*) v. Lud. JACOB de Scriptor. Cabilon. pag. 140.

XXXIX. *a*) v. Valerii ANDREAE Biblioth. Belgica ed. Lovan. 1643. p. 706. *b*) v. Auberti MIRAEI Schol. ad SIGEBERTI Gembl. de S. E. Cap. 142. *c*) v. SIGEBERTVS l. c. *d*) v. MIRAEVS l. c. *e*) v. ANDREAS l. c. *f*) v. MIRAEVS l. c. *g*) v. ANDREAS loc. cit. *h*) v. SIGEBERTVS l. c. *i*) v. ANDREAS loc. cit.

Digitized by Google

Cognomento Omongair. Nobili apud Hibernos familia exortus, Archiepiſcopus Armachanus, & totius Hiberniae primas, nec non & ſummi Pontificis legatus a latere. Claravalle obiit 2. Novembris. Vid. MANRIQVEZ tomo 2. annal. ad annum 1148. A. C. MCXLIIX.

Exſtant in pervetuſto Codice monaſterii Elnonenſis verſus duo, qui Malachiae perhibentur fuiſſe familiares, ſcilicet:

Spernere mundum, ſpernere ſeſe, ſpernere nullum.

Spernere ſe ſperni: quatuor haec bona ſunt. a)

XLI.

MEDIBARDVS.

Sive MEDINGAVDVS. Quo tempore vixerit non conſtat. *a)* Conjicit tamen HENSCHENIVS *b)* eum circa A. MCL. vixiſſe. Scripſit *Vitam S. Walburgis*, cujus prologus hexametro verſu ſcriptus incipit: *Walpurgae ſacrae tot ſignis glorificatae.* Ipſa vita initium habet: *Paraclite ſancte veni perfla hortum cordis mei.* Exſtant in Actis Sanctorum per Jo. BOLLANDVM &c. *c)* MCL.

XLII.

RADVLPHVS.

De ſancto Albano, fani ejusdem Albani MCLI.

a) XL. v. Caroli de VISCH bibliotheca ſcriptorum Ordinis Ciſtercienſis ed. Colon. 1656. pag. 244.

XLI. *a)* v. God. HENSCHENIVS Commentar. de S. Walburge n. 9. *b)* l. c. n. 10. *c)* Februarii Tom. III. pag. 561.

Digitized by Google

A. C. MCLI. monachus & abbas. Obiit A. MCLI. *a*) Annum MCL. habet Jo. PITSEVS *b*) Scripſit *Vitam divi Albani* verſibus heroicis. LELANDVS terſum, canorum & rotundum opus vocat. *c*) Exſtat S. Albani Anglorum Protomartyris, & Amphibali & Sociorum ejus vita & paſſio per Radulphum de Dunſtaphian, verſibus elegiacis, manuſcriptum in bibliotheca Cottoniana Claudius E. IV. 3. *d*)

XLIII.

QVINTINVS CRASIVS.

Natione Picardus, Caroli loci quondam ſubprior. Poeta ſuo tempore celeberrimi nominis. Obiit ſecundum Seguinum Anno MCLI. 14. Auguſti. Scripſit *elegiarum* & aliorum *carminum* lib. I. *a*)

XLIV.

FRANCISCVS MAVROS.

MCLIII. Religioſus Clareavallenſis. Suo tempore poeta inſignis. Scripſit compendioſam *vitam S. Bernardi* carmine, non minus nervoſe quam dulce fluente, ut loquitur MANRIQVEZ tomo 2. annalium ad A. MCLIII. cap. 11. n. 10. vel, ut ſcribit SEGVINVS, Tractatulum exhortatorium de laudibus ipſius Sanctiſſimi Patris, ad Michaelem Boudet Lingonenſem Epiſcopum, una cum aliis ali-

XLII. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 2. n. 84 *b*) de illuſtr. Angl. Scriptor. n. 205. *d*) v. Thomae SMITHTI Catalogum pag. 45.

XLIII. *a*) v. Caroli de VISCH bibliotheca Scriptor. ord. Ciſterc. ed. Colon. 1656. pag. 282.

Digitized by Google

aliquot verſibus ad Lectorem & librum, cujus tractatuli initium eſt: A. C. MCLIII.

Te quocumque feras, nuſquam, digniſſime Praeſul,
Hoc de Bernardi codice deſtituas.

Solebat exſtare impreſſus in frontiſpicio operum S. Bernardi antiquae editionis, ut teſtatur Philippus SEGVINVS in bibliotheca ſua MS. nunc vero in recentioribus editionibus rejectus eſt ad calcem eorundem operum, ſed truncatus. *a)*

XLV.

BERNARDVS.

Natione Burgundus in Fontanenſi caſtro juxta Divionem natus. Monaſticen profeſſus eſt in Archi coenobio Ciſtercienſi ſub Abbate Stephano. *a)* Ex monacho Ciſtercienſi abbas & fundator monaſterii Clarevallenſis, *b)* in dioeceſi Lingonenſi & Comitatu Campaniae ad Albam fluvium A. MCXV. fundati. *c)* Claruit ſub Conrado Imperatore tertio A. MCXL. *d)* Obiit Claraevallis *e)* A. MCLIII. *f)* XIII. Cal. Septembr. *g)*

XLIV. *a)* v. Caroli de VISCH bibliotheca ſcriptorum Ordinis Ciſtercienſis ed. Colon. 1656. p. 112.

XLV. *a)* v. Car. de VISCH bibliotheca ſcriptor. Ord. Ciſterc. ed. Col. 1656. p. 39. *b)* v. HENRICVS Gandav. de Scriptor. Eccleſ. Cap. 9. *c)* v. Aub. MIRAEVS Schol. ad Henrici l. c. *d)* v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 361. *e)* v. Appendix ad Henricum Gandav. cap. 4. *f)* v. MIRAEVS. l. c. *g)* v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 565.

Digitized by Google

A. C. MCLIII.

Quod ad ſcripta attinet: I. Angelus MANRIQVEZ Annalium Ciſterc. tomo 2. ad A. 1153. cap. 10. annotat ſcriptum, quod omnino genuinum putat Bernardi. Eſt id carmine heroico eleganter conſcriptum nomine *Floreti*, poſtmodum a Joanne GERSONE commento illuſtratum & A. 1520. Lugduni impreſſum apud Joannem Marion in folio, ſub titulo ſequenti: Liber nomine Floretus, a Sancto Bernardo Clarevallis abbate, metrice accumulatus, cum commento M. Joannis Gerſonis, tractans de virtutibus, ſecundum praecepta Dei, & eccleſiae, ad fugam peccatorum, & electionem illorum operum, quae hominem perducunt ad Deum: hactenus titulus. Tractat vero hic liber de articulis fidei, de peccatis in genere, & in ſpecie, de Donis, de Beatitudinibus, de Poenis inferni, & Purgatorii, de gaudiis Paradiſi, & de Aureolis Beatorum. Et haec quidem Manriquez, mihi tamen Floretus nunquam viſus fuit, ut ait Carolus de VISCH, Sancto Bernardo tribuendus. Et certe Pariſiis in Codice antiquo MSS. bibliothecae Regiae dicitur Floretus eſſe compilatus a Clemente Papa teſte Philippo LABBEO in nova Bibliotheca MSS. Librorum ſupplemento 8. n. 1505. Exſtat idem liber in diverſis bibliothecis MSS. Belgii, ſed ſemper ſine nomine Authoris, ut videre eſt in catalogis dictarum bibliothecarum ab Antonio

Digitized by Google

tonio Sandero publicatis. *h*) A. C.

II. Circumfertur nomine S. Bernardi MCLIII.
hymnus: *Ave Maris Stella* &c.

III. Hymni IV. de *contemtu mundi*. Hymnum de *vanitate mundi*: *Cur mundus militat* &c. jam ſub Bernardi nomine publicavit, Bernardus Bauhuſius in Pergula ſpiritualis melodiae, ſeu libro ſpiritualium cantionum, impreſſo Antverpiae anno 1617. & iterum anno 1620. ibidem apud Hieronymum Verduſſen. Exſtatque etiam ſub Bernardi nomine excuſus Pariſiis anno 1496. per Felicem Baligault 10. Novembr. Eſtque tamen hic multo fuſior, quam a Bauhuſio & aliis ſoleat referri. Ubi notandum B. JACOPONVM Ordinis S. Franciſci religioſum ex eodem Rythmo aliquando collegiſſe verſus magis fluidos, quos frequenter decantare ſolebat, ſcriptoque aliis communicabat, atque hinc factum eſſe, ut ipſe Author putaretur eorundem verſuum. Quia autem antiqua exemplaria integri hujus Rythmi valde rara ſunt, operae pretium duxit illum cum tribus aliis inſerere Bibliothecae ſuae Scriptorum Ordinis Ciſtercienſis Carolus de VISCH edit. Colon. 1656. *k*) ex dicto antiquo codice impreſſo. Primus incipit: *O miranda vanitas o divitia-*

h) v. Car. de VISCH biblioth. ſcriptor. Ord. Ciſtere. ed. Colon. 1956. p. 41. *i*) v. VISCH l. c. p. 45. *k*) p. 45. ſeqq.

Digitized by Google

A. C. MCLIII.

rum. Secundus: *Dic homo cur abuteris Diſcretionis gratia.* Tertius: *O Chriſti longanimitas & longa exſpectatio.* Quartus: *Cum ſit omnis homo foenum.* Primi fragmentum titulo: *De contemtu mundi;* initio: *Cur mundus militat ſub vana gloria;* exſtat manuſcriptum in bibliotheca Academiae Juliae, quod cum editione Viſchiana collatum has lectiones ſuppeditabat non negligendas. v. 25. Viſch. *viris veracibus.* MS. *rebus fallacibus* v. 26. V. *miſeris.* MS. *miſeri.* v. 27. V. *Falſis in ſomniis &.* MS. *Falſus in praemiis ac.* v. 28. V. *Falſis.* MS. *falſus.* v. 43. V. *ſubtrahunt.* MS. *detrahunt.* v. 44. V. *Et ducunt.* MS. *Educunt.* ibid. V. *dura* MS. *rura* v. 46. V. *roris.* MS. *ros! o.* v. 47. V. *Ignorans.* MS. *ignoras.* v. 56. V. *potuit.* MS. *poterit.*

IV. Bartholomaeus GAVANTVS in Theſauro ſacrorum rituum, Antverpiae A. 1634. editio plures alios Rythmos Bernardo adſcribit, aut ſaltem, ab aliis adſcribi refert. I. tom. 2. ſec. 5. cap. 6. ſic ait: Hymnus *Ave Maris ſtella* Bernardo tribuitur a COSTERO. 2. ibidem fol. 70. *Amor Jeſu dulciſſime* Bernardo tribuit Michael TIMOTHEVS. In Breviario non fuit in uſu ante A. 1550. 3. ibid. col. 2. hymnum, *Quicunque Chriſtum quaeritis*, Prudentio quidem tribuit Timotheus, ſed nota marginalis in alia editione tribuit Bernardo. Non ante A. 1550. fuit in Breviario. Item tom. 1. parte 4. tit. 18. n. 5. fol. 300.

300. Bernardus piis commmentariis antiphonam *Salve Regina* illuſtravit', quae habentur in operum ejus tomo 2. & eandem auxit ultimis iis verbis: *O clemens, o Eia, o dulcis virgo Maria.* Ut habetur in lib. 12. Chronic. de Urbe Spirenſi. Quis Author ſequentiae quae legitur in Miſſis defunctorum, *Dies irae*, &c. Ex Authore ligni vitae lib. I. cap. 70. S. Gregorius eſt. Ex Stephano Proyſthinio lib. I. d. 4. Noviſſimis cap. 5. S. Bernardus, cujus initium eſt: *Cum recordor moriturus, quid poſt mortem ſim futurus.* Sed Bzovius An. 1294. n. 37. & 38. ex Leandro Alberto eam tribuit Latino Cardinali Urſino, ſeu Frangipanio, Mentio Sibyllae in 3. verſu indicat recentiorem eſſe hanc Proſam S. Gregorio, qui in ſuo Sacramentorum libro nihil prorſus gentilitatis habet, hucusque Gavantus. *l*) A. C. MCLIII.

V. Scripſit & Jubilum rythmicum de *amore, paſſione & aſcenſione Jeſu Chriſti.* *m*)

VI. Librum metricum fecit de *laudibus B. Virginis* Odis XVIII. conſtantem, cum praefatione hexametra. Praefatio incipit: *O lumen verum, quo lux eſt facta dierum.* Ode I. *Ut jucundas Cervus undas aeſtuans deſiderat.* II. *Omni die Dic Mariae Mea laudes anima.* III. *O cunctarum foeminarum*

l) v. Car. de VISCH biblioth. ſcriptor Ord. Ciſterc. ed. Colon. 1656. pag. 48. *m*) v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 566.

Digitized by Google

A. C. MCLIII. *decus atque gloria*; IV. *Salutaris Stella maris ſummis digna laudibus*; V. *Mater Chriſti Quae tuliſti ſacris hunc viſceribus*; VI. *Ave virgo Quae origo Nobis es laetitiae*; VII. *Dux ſanctorum, Spes lapſorum Virgo mater domini*; VIII. *Coeli porta Per quam orta Salus eſt fidelium*; IX. *Animarum Spes lapſarum Virgo Mater unica*; X. *O Regina Quam divina Praeelegit gratia*; XI. *Beatarum Feminarum Virgo beatiſima* XII. *O Meſſia De Maria Nata ſemper Virgine.* XIII. *Virgo ſplendens Quae transſcendens Electorum ordines.* XIV. *Vitae dator Et plaſmator Ac Redemptor hominis*; XV. *Laus fidelis Iſraelis Virgo plena gratia*; XVI. *Stella maris Singularis Mater excellentiae*; XVII. *Mater dei Per quam rei Conſequuuntr veniam*; XVIII. Ode Sapphica: *O ſalutaris virgo ſtella maris.* Exſtat in Jac. HOMMEY ſupplemento Patrum. *n*)

VII. *Epitaphia duo S. Malachiae* a S. Bernhardo compoſita ſervantur manuſcripta in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. *o*)

XLVI.

MCLVI. ## *PETRVS MAVRITIVS.*

Cognomento VENERABILIS. *a*) Eundem cum Petro noſtro eſſe MAVRITIVM Senonenſem exiſtimat Jo. Alb. FABRICIVS, ejusque de Miſſa carmen, quod Hildeberto verius tribuitur, adjecit bibliographiae ſuae antiqua-

n) p. 163. *o*) v. FELLERI catalog. p. 312. n. 37.

XLVI. *a*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Henrici Gandav. de S. E. Cap. 29.

Digitized by Google

quariae. Nobili genere natus fuit noſter in Arvernia. Primum miles deinde monachus *b*) poſtea Abbas Cluniacenſis *c*) nonus Anno MCXXIII. creatus. Obiit Anno MCLVII. VIII. Kalend. Januar. *d*) Annum MCLVI. habet Gv. CAVEUS. *e*) A. C. MCLVI.

Scripſit I. *Rythmos*, *proſas*, *verſus* & *hymnos* qui exſtant in Bibliotheca Cluniacenſi ed. 1614 *f*)

II. Hymnum de *translatione S. Benedicti* metro Choriambico & Gliconico, initio: *Claris conjubila Gallia cantibus.* Exſtat in Arnoldi WIONII ligno vitae, & ex hoc in Jo. a BOSCO bibliotheca Floriacenſi ed. Lugd. 1605. *g*)

III. Epitaphium P. Abaelardi a Petro Venerabili ſcriptum exſtat in Petri ABAELARDI operibus ed. Franciſci Amboëſi pag. 342. *h*) Duplex huiuſmodi epitaphium quorum prius hexametrum incipit: *Gallorum Socrates*, *Plato maximus Heſperiarum*; poſterius verſu elegiaco, & initio: *Petrus in hac Petra latitat*, *quem mundus Homerum*; exſtat in Ludovici JACOB de claris ſcriptoribus Cabilonenſibus ed. Pariſiis 1652. *i*)

XLVII.
PERRVS.

Dd 5 Picta-

b] v. MIRAEVS l. c. *c*] v. HENRICVS Gandav. l. c. *d*] v. MIRAEVS. l. c. *e*] de S. E. p. m. 574. *f*] Col. 1337. *g*] p. 376. *h*] v. Lud. JACOB de claris Scriptoribus Cabilonenſibus p. 141. *i*] p. 142.

Digitized by Google

A. C. MCLIX. Pictavienſis monachus, quem cum Petro Venerabili confundere videtur Jo. Bapt. MARUS. *a*) Noſtrum enim a Petro Venerabili diverſum eſſe probat ſcriptum mox afferendum. Vixit autem noſter tempore Petri Venerabilis.

Scripſit I. *Panegyricum Petro Venerabili* Abbati Cluniacenſi IX. dictum in primo adventu eius ad Aquitaniam ſecundam, carmine elegiaco, initio: *Plaudite felices, hilareſcite Cluniacenſes;* Exſtat in Bibliotheca Cluniacenſi Ed. 1614. *b*)

II. *Epitaphium Gelaſii* II. Papae hexametrum, initio: *Vir gravis & ſapiens actu verboque Joannes*; Exſtat in Jo. Bapt. MARI Annotatione ad Petri diaconi de viris illuſtr. Caſinenſib. Capit. XLV; *c*) & in Conatu Chronico Hiſtorico Danielis PAPEBROCHII ad Catalogum Pontificum Romanorum. *d*) Niſi forte hoc Epitaphium fuerit Petri Venerabilis.

XLVIII.
RADEVICVS.

Friſingenſis Eccleſiae Praepoſitus, & Othonis Friſingenſis epiſcopi ſcriba ſeu amanuenſis. *a*) Othonis huius mortui Anno MCLIX.

XLVII. *a*) in annotat. ad Petri dia. de vir. illuſtr. Caſin. c. 45. *b*) col. 607. *c*) ed Hamburg. 1718. p. 189. *d*) P. II. n. CLXIII. Annot. n. 3. in Prophylaco ad Acta Sanctorum Maji p. 9. B.

XLVIII. *a*) vi Auberti MIRAEI Auctarium de Scriptorib. Eccleſiaſt. n. 377.

Digitized by Google

MCLIX. libros de geſtis Friderici I. continuavit. Scripſit duplex *Epitaphium Ottoni* quorum prius incipit: *Libram Phoebus ſubiit, cum faci tenente.* Poſterius incipit: *Quicquid in orbe beat praeclaros & meliores.* Exſtat utrumqve in Caroli de visch bibliotheca ſcriptorum ordinis Ciſtercienſis ed. Coloniae 1656. *b*) A. C MCLIX.

XLIX.

BERNHARDVS.

Monachus Cluniacenſis. Vixit A. MCLX. Scripſit Satyras tres dactylo carmine, in quibus Clerum & Romanam curiam acriter infectatur. V. Catal. Teſt. Ver. Tom. 2. Hotting. Hiſt. Eccl. III. 105. Alſtedium in Chronol. *a*) Forte haec omnia in Bernhardum Morlanenſem & eius libros III. de contemtu mundi quadrant. MCLX.

L.

JOANNES SERLO.

Dictus *Magiſter* Serlo, a profeſſione cognominatus *Grammaticus*. Natione Anglus. *a*) Ex Eboracenſi canonico monachus Fontanus Ciſtercienſis ordinis & tandem abbas. Claruit A. MCLX. *b*)

b) p. 256. ſq.

XLIX. *a*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 527. b. & p. 530. b.

L. *a*) v. Chryſoſtomi HENRIQUEZ Phoenix reviviſcens p. 80. *b*) v. Jo. BALEUS Scriptor. Britann. Cent. 2. n. 91.

Digitized by Google

A. C. MCLX. Poeta ſuo tempore elegans iudice Chryſoſtomo HENRIQVEZ. *c*)

Scripſit I, De *bello inter Scotiae Regem & Barones Angliae* latinis rythmis librum unum, inito: *David ille manu fortis ſceptrum.* Exſtat manuſcriptus Cantabrigiae in Collegio S. Benedicti. *d*)

II. De *differentiis verborum* librum unum qui ſervatur manuſcriptus Cantabrigiae in collegio S. Petri. *e*)

III. De *morte Samerledi* libri I. initio: *David rege mortis lege clauſo.* *f*)

IV. In *Orationem Dominicam* librum unum initio: *Protector noſter Dominus Jeſus.* Exſtat manuſcriptus Cantabrigiae in Collegio S. Benedicti. *g*)

V. De *dictionibus diſſyllabis* Lib. I. init: *Dactyle conveniens digitis.* *h*)

VI. De *dictionibus aequivocis* Lib. I. init: *Eſt vates arator cultor telluris,* *i*) Serlonis verſus leonini de vocabulis aequivocis exſtant manuſcripti in Collegio S. Trinitatis apud Dublinium n. 328. 7. *k*)

VII. De *dictionibus univocis* Lib. I. *l*)

VIII. Serlonis verſus *contra Monachos* exſtant

c) l. c. *d*) v. HENRIQUEZ l. c. p. 81. *e*) v. Chryſoſtomi HENRIQUEZ Phoenix reviviſcens p. 81. *f*) v. Jo. BALEUS Scriptor. Britann. Cent. 2. n. 91. *g*) v. HENRIQUEZ l. c. *h*) v. BALEUS l. c. *i*) v. BALEUS l. c. *k*) v. Catalogos manuſcriptorum Angliae & Hiberniae Vol. II. P. II. p. 52. n. 468. *l*) v. BALEUS l. c.

Digitized by Google

ſtant manuſcripti in Bibliotheca Bodleiana ex dono Thomae BODLEII n. 58. 9. *m*) A. C. MCLX.

VIIII. Philippus L' ABBEUS in Coronide Poetica p. I. Bibliothecae novae ſcribit ſe habere verſus quosdam inſignes, de *inſtabilitate mundi*, ab hoc Serlone compoſitos. *n*) Verſus Serlonis de *contemtu mundi*, exſtant manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Julius A. XI. 6. *o*)

X. Serlonis *Carmina* cum gloſſis exſtant manuſcripta inter Codices manuſcriptos quos Kenelmus DIGBAEUS donavit Bibliothecae Bodleianae n. 53. *p*)

LI.

LAVRENTIVS.

Dunelmenſis coenobii praecentor, poſtea abbas Weſtmonaſterienſis. Claruit A. MCLX. *a*) Mortuus circa eundem annum. *b*)

Scripſit I. *Hypognoſtica*, *c*) vel *Hyponoſticon*, *d*) vel *Hypomneſticon* *e*) ad Gervaſium, *f*) de

m) v. Catalogos cit. T. I. P. I. p. 142. n. 2657 *n*) v. Caroli de VISCH biblioth. ſcriptor ordin. Ciſterc. ed. Colon. 1656. p. 298. a. *o*) v. Thom. Smithi Catalogum p. 3. *p*) v. Catalogos MSS. Angl. & Hiberniae T. I. P. I. p. 79. n. 1654.

LI. *a*] v. Jo. BALEUS ſcriptor. n. 214. *b*] v. Jo. PITSCHEUS de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 214. *c*] v. Catalogi MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. II. p. 134. n. 1351. *d*] v. Catalogi cit. T. II. P. I. p. 4. n. 42. Th. Smithi Catalogus Bibliothecae Cottonianae p. 36. D. III. 2. *e*] v. Catalogos cit. l. c. p. 247. n. 8659. & SMITHI Catalogum cit. p. 114. D. XI. 2. *f*] Catalogos cit. T. I. P. II. p. 134. M. 1351.

Digitized by Google

A. C. MCLX.

V. & N. T. *g*) h.e. de hiſtoriis ſacris utriuſque Teſtamenti, & etiam de laudibus B. Mariae virginis, de operibus Salvatoris, de Apoſtolis, Joanne & Paulo aliisque ſanctis, *h*) Carmine hexametro, *i*) libris novem, *k*) initio: *Principium rerum ſine tempore tempora formans.* *l*) Exſtat manuſcriptum in Bibliotheca Bodleiana inter Codices Gv. LAUD H. n. 31. Tr. 8; *m*) in Eccleſia S. Petri apud Eboracum n. 42; *o*) in aedibus Jacobaeis n. 937; *p*) & in Bibliotheca Cottoniana Veſpaſianus D. XI. 2. *q*) Verſus rythmici de hypognoſtico Laurentii Dunelmenſis exſtant in Bibliotheca Cottoniana Caligula D. III. 2. *r*)

II. *Dialogorum* in metro Lib. 4. initio: *Carmina conſtitui nunc pandere.* *s*)

III. Laurentii verſus de *diſſvaſione coniugii* exſtant manuſcripti inter Codices Iſaaci VOSSII n. 48. *t*)

IV.

g] v. Catalogos cit. Tit. I. Part. I. pag. 70. n. 1194. Tit. II. P. I. p. 247. n. 8649. & Thom. SMITHI Catalogum biblioth. Cottoniana p. 114. D. XI. 2. *h*] v. SMITHUM l. c. *i*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. II. P. I. n. 42. *k*] v. SMITHI Catalogum l. c. *l*] v. Catalogos cit. l. c. *m*] v. Catalogos cit. T. I. P. I. p. 70. n. 1294. *n*] v. Catalogos l. c. P. II. p. 134. n. 1351. *o*] v. Catalogos cit. T. II. P. I. p. 4. n. 42. *p*] v. Catalogos l. c p. 247. n. 8659. *q*] v. SMITHVS l. c. *r*] v. SMITHUS l. c. p 36. *s*] v. Joh. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 2. n. 88. *t*] v. Catalogos cit. T. II. P. I. p. 64. n. 2373.

Digitized by Google

IV. Conſolatio Laurentii Dunelmenſis Monachi de *morte amici*, partim proſa partim verſibus exſtat manuſcripta in bibliotheca Cottoniana Veſpaſianus D. XI. 1. *u*) A. C. MCLXV.

LII.

HENRICVS.

Lyncolnienſis eccleſiae diaconus, deinde archidiaconus Huntingtonenſis, Claruit A. MCXLVIII. *a*) Libri eius hiſtorici deſinunt in obitu Stephani Regis, qui in annum MCLIII. incidit. *b*) Scripſit A. MCLXV. epiſtolam ad Walterum de contemtu mundi. *c*)

Scripſit l. *Epigrammaton* Lib. 8. *d*) Epigrammata, ſe ſcripſiſſe teſtatur Henricus ipſe in carmine funebri, quod Waltero epiſcopo Wintonienſi ſcripſitn, iſi forte reſpexerit ſola quae in Walteri honorem fecit epigrammata. Ita enim: *Henricus tibi ſerta gerens, epigrammata primum, Praelia mox Veneris, germina deinde tuli.* *e*)

Exhis forte ſumtum eſt carmen in *laudem Elfledae*, de quo THOMAS Rudborne in Hiſtoria Maiori Wintonienſi *f*) ita; *In huius Elfledae*

u] v. SMITHUS l. c. p. 114.

LII. *a*] v. Jo. BALEUS Scriptor. Britann. Cent. 2. n. 82. *b*] v. Aub. MIRAEI Auctar. de S. E. n. 374. *c*] v. Henr. WHARTONI Angl. Sacr. T. II. p. 694. apud Gv. CAVE deſ. E. p. m. 584. *d*] v. BALEUS l. c. *e*] v. Anglia Sacra P. II. ed. 1691. p. 702. *f*] L. III. c. VI. in Anglia Sacra P. I. p. 207.

A. C CLXV. *fiedae laudem Henricus Huntungdunenſis Archidiaconus libro quinto hanc decantat Camoenam*: &c. Librum enim Epigrammaton quintum intelligi arbitror. Carmen a Thoma exhibitum eſt elegiacum initio: *O Elfleda potens, o terror virgo virorum.* Inde etiam verſus Henrici *in laudem Alfredi* forte ſunt depromti, qui inſerti eidem Hiſtoriae Wintonienſi THOMAE, *g*) quorumque initium: *Nobilitas innata tibi probitatis honorem.*

II. *Carmina* diverſi generis Lib. I. *h*)

III. De *laudibus Alfredi Magni & Elfledae* filiae verſu Librum unum. *i*) Niſi haec fuerint eadem cum Epigrammatibus paulo ante memoratis.

IV. Carmen in *obitum Walteri* epiſcopi Wintonienſis elegiacum, initio: *Henricus tibi ſerta gerens epigrammata primum.* Annexum HENRICI epiſtolae ad Walterum de Mundi Contemptu: Sive de Epiſcopis & viris illuſtribus ſui temporis. *k*

V. Forte & poetica ſunt, quorum meminit HENRICUS ipſe in carmine praecedenti his verbis: *Henricus tibi ſerta gerens, epigrammata primum* Praelia *mox Veneris*, germina *deinde tuli.*

LIII.
EALREDVS.

Sive

g) l. c. p. 208. *h*] v. BALEUS l. c. *i*] v. Joh. PITSEUS de illuſtr. Angl. Scriptor. ed Pariſ. 1619. p. 212. *k*] in Angliae Sacrae P. II. p. 702.

Digitized by Google

Sive ELEREDUS: *a*) Aliis AILREDUS, vel ADILREDUS, vel EDILREDUS, vel ETHILREDUS. *b*) Ciſtercienſium monachorum in Rhievalle Eboracenſis dioeceſis abbas. Obiit Anno MCLXVI. pridie Idus Januarii. *c*) A. C. MCLXVI.

Scripſit Vitam Sancti Eduardi, Anglorum Regis & Confeſſoris Carmine librum unum, initio: *Dum tibi Laurenti cogar parere jubenti.* *d*)

LIV.
GILBERTVS.

Seu GILIBERTUS. Ciſtercienſis familiae monachus & Ciſtercienſis coenobii abbas octavus, totiusque Ordinis Patriarcha generalis. Obiit anno Domini 1168. Haec ex faſciculo Sanctorum Ordinis Ciſtercienſis lib. I. diſtinct. 3. cap. 12 Poetam non contemnendum habet PITSEUS libro de illuſtribus Angliae ſcriptoribus aetate 13. ad annum 1180, *a*) MCLXVIII

LV.
THOMAS.

Baiocenſis vel Bayona, cognomento iunior. Vixit *A.* 1169. Compoſuit ad uſum Eboracen- MCLXIX.

LIII. *a*] v. Chryſoſtomi HENRIQUEZ Phoenix reviviſcens p. 27. *b*] v. Caroli de VISCH bibliotheca ſcriptorum ordinis Ciſtercienſis ed. Colon. 1656. p. 9. *c*] v. Jo. BALEUS Scriptor. Britann. Cent. 2. n. 49. *d*] v. HENRIQUEZ l. c. p. 32.

LIV. *a*] v. Chryſoſt. HENRIQUEZ Phoenix reviviſcens p. 61. 62.

A. C. MCLXX. racensis ecclesiae *cantus ecclesiasticos* lib. I. V. Baleus. Possev. App. S. *a*)

LVI.

GVALO.

Britannus ex Cambria natus. *a*) Floruit A. MCLX. *b*) vel A. MCLXX. *c*)

Scripsit I. Invectivas *in monachos avaros* Lib. I. Init. *Sacrilegis monachis emptoribus eccl. d*) Exstant sine auctoris mentione titulo: In Monachos carmen satyricum, & veteri quodam codice acriter taxans eorum impietatem; in variis doctorum piorumque virorum de corrupto Ecclesiae statu Poematibus per Matthiam FLACIUM Basileae 1556. *e*) Est carmen hexametrum initio: *Sacrilegis monachis emptoribus ecclesiarum.*

II. *Carmina* de rebus diversis. Lib. I. *f.*

LVII.

GALFRIDVS.

ARTHURIUS dictus, quod de Britannorum Rege Arthuro multa conscripsit. Archidiaconus fuit Monemuthensis, deinde Episcopus Elviensis seu ad S. Asaphum. Claruit A.

LV. *a*] v. Christoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 388. a.

LVI. *a*] v. Jo. BALEUS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 5. *b*] v. Thomae SMITHI Catalogum Biblioth. Cottonianae p. 124. XX. 22. *c*] v. BALEUS l. c. *d*] v. BALEUS l. c. *e*] p. 489. *f*] v. Jo. BALEUS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 5.

Digitized by Google

A. MCLII. *a*) Scripſit adhuc A. MCLXX. *b*) Scripſit l. *Carmina* diverſi generis Lib. I. *c*) II. *Vitam Merlini* verſu heroico non in venuſto ad Robertum Lincolnienſem epiſcopum, quae latet MS. in Bibliotheca Cottoniana. *d*)

A. C. MCLXX.

LVIII.

THOMAS.

Natione Anglus. *a*) Patria Beverlacenſis haud procul ab Himbro flumine. Frigidi Montis in Belvacenſi dioeceſi religioſus, non in Fonte frigido, ut HENRIQUEZ in Phoenice & alii quidam ſcripſerunt, quod conſtat ex vita Margaretae ſororis, ubi fratrem quaerens ſic loquitur:

Unica ſpes ſuper eſt germanum quaerere fratrem
Studio tam monachum Francia te repeto.

Et poſt pauca:

Belluacum veniens, ubinam ſit ſciſcitor: inde
Monſtratur Freſmons, quo manet ille, locus.

Item poſt finem totius operis: Explicat liber Thomae Monachi de Freſmont &c. Vide MANRIQUEZ tom. 3. Annal. Ciſterc. ad ann. 1192 cap. 3. & 4. *b*) Floruit circa A. MCLXX. *c*)

LVII. *a*] v. Joh. BALEUS Script. Brit. C. 8. n. 86. *b*) v. BALEVS l. c. in Appendice *c*) v. BAEVS Script. Brit. C n 86. *d*] v. Gv. CAVE Hiſtor. Lit. de Script. Eccleſ. ed. Londin. 1688. p. 674.

LVIII. *a*] v. Chryſoſtomi HENRIQUEZ Phoenix reviviſcens p. 258. *b*] v. Caroli de VISCH bibliothec. ſcriptor. Ordin. Ciſter. ed. Colon. 1656. p. 311. *c*] v. VISCH l. c. p. 312.

Digitized by Google

A. C. MCLXX. Scripſit *Vitam* Beatae *Magaretae* cognomento Hieroſolymitanae ſororis ſuae librum unum, *d*) proſa & carmine, docte & venuſte. *e*) Exſtat MS. in monaſterio S. Mariae de Fitero Ordinis Ciſtercienſis in regno Navarrae, & apud R. P. Franciſcum Bivarium, *f*) item in monaſterio Nucalenſi, & in Clarevalle, quam etiam Angelus Manrique ex codice, ut ait, Clarevallenſi, pro magna parte inſeruit Annalibus ſuis, partim ad annum 1187. cap. 8. partim annis aliquot ſequentibus. *g*)

LIX.
THOMAS.

Cognomento BECKETTUS. Londini in Anglia natus. *a*) Juris Canonici Doctor Oxonienſis. *b*) Archidiaconus primum. *c*) Ab Henrico II. ſummus Angliae Cancellarius conſtituitur, & paulo poſt Theobaldo defuncto Archiepiſcopus Cantuarienſis deſignatur *d*) anno 1162. *e*) ſed orta inter eum & Regem ob eccleſiaſticam libertatem diſſenſione patria & ſede pulſus, exſul in Galliam

d) v. Chryſ. HENRIQVEZ Phoenix reviviſcens p. 159. *e*) v. Car. de VISCH bibl. ſcript. Ord. Ciſterc. ed. Col. 1656. p. 511. *f*) v. HENRIQVEZ l. c. *g*) v. VISCH l. c.

LIX. *a*) v. Chryſ. HENRIQVEZ Phoenix reviv. p. 152. *b*) v. Car. de VISCH bibl. ſcript. Ord. Ciſter. p. 309. *c*) v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 2. n. 100. *d*) v. HENRIQVEZ l. c. p. 153. *e*) v. VISCH l. c.

Digitized by Google

am perrexit, ubi in Pontigniacenſi coenobio habitum ordinis Ciſtercienſis induit. Regi tandem reconciliatus in Angliam rediens non multo poſt tempore martyrio coronatur, 29 Decembris anno MCLXXI. ut ex eius epitaphio colligitur, quod tale eſt: A. C. MCLXXI.

Annus millenus, centenus, ſeptuagenus
Primus erat, Primas quo ruit enſe Thomas:
Quinta dies natalis erat, flos orbis ab orbe
Pellitur, & fructus incipit eſſe poli.

Scripſit encomium rythmicum de *ſeptem gaudiis B. Virginis* initio: *Gaude flore virginali.* Quod operi ſuo de Marianis Antiſtitibus inſeruit Hippolitus MARACCIUS ut ipſemet teſtatur. *f*) BALEUS illud barbarum & ſine ſapore, PITSEUS, HENRIQUEZ, VISCHIUS elegans habent.

LX.

HILDEGARDIS.

Abbatiſſa coenobii S. Ruperti confeſſoris in oppoſito Bingenſis oppidi ex altera parte Naji fluvii Moguntinae dioeceſis ordinis D. Benedicti. Moritur ſub Frederico Imperatore primo A. MCLXXX. Aetatis ſuae 82. Indictione 13. XV. Calend. Octobris. Scripſit *Carmina* diverſa lib. I. Init: *Qui ſunt hi qui ut nu.* *a*) MCXXC.

f) v. Car. de VISCH biblioth. ſcriptor. Ord. Ciſterc. LX. *a*) v. Joh. TRITHEMIVS, de Scriptor. Eccl. n. 405

A. C. MCXXC.

LXI.

GVILHELMVS.

De Rameſey, vel Rameſienſis a monaſterio profeſſionis, non a natalitio ſolo ut teſtatur Pitſeus, ſic cognominatus, & tandem in coenobio Croylandenſi Ciſtercienſis congregationis abbas creatus. *a*) Obiit Anno MCLXXX. in Craſtino Epiphaniae ſub Henrico ſecundo. *b*)

Scripſit I. *Mortem Waldelphi* cruentam lugubri libello partim ſoluta partim conſtructa oratione. *c*)

II. *Vita S. Guthlaci* ſacerdotis, per Gulielmum Abbatem Rameſeyenſem, verſibus hexametris deſcripta anno 1180. exſtat manuſcripta in Bibliotheca Cottoniana Vitellius D. XIV. I. *d*)

III. *Vita S. Neoti* carmine libr. I. initio: *Anglia quae totum modo regi*, *e*) exſtat manuſcripta in Collegio S. Mariae Magdalenae in Oxonia, *f*) n. 53.

IV. *Vita S. Edmundi* regis & martyris, per Gulielmum Croylandenſem, verſibus elegiacis cum verſibus rythmicis in laudem eius in fine; exſtat manuſcripta in Bibliotheca

LXI. *a*) v. Chryſoſtomi HENRIQVEZ Phoenix reviviſcens p. 216. *b*) v. HENRIQVEZ l. c. p. 218. *c*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 9. *d*) v. Thomae SMITHI Catalogum p. 93. *e*) v. HENRIQVEZ l. c. p. 217. *f*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. II. p. 73. n. 2194.

Digitized by Google

theca Cottoniana Vitellius D. XIV. 2. *g*) A. C.

V. *Vita S. Birini*, Epiſcopi & Confeſſoris, MCXXC. ad Petrum, Wintonienſem Epiſcopum, per eundem, verſibus hexametris, exſtat manuſcripta ibidem n. 3. *h*)

VI. *Vita S. Fredemundi* Regis ac martyris, per eundem, verſibus hexametris, exſtat manuſcripta ibidem n. 4. *i*)

VII. De *translatione veteris Eccleſiae Sariſberienſis*, per eundem, verſibus elegiacis, exſtat manuſcriptum ibidem n. 5. *k*)

LXII.

DANIEL.

Churche dictus, ſeu Eccleſienſis, *a*) non Beccleſienſis, ut habet Georgius BROWN. *b*) Claruit A. MCXXC. Elegans poeta habetur a JO. BALEO. *c*)

Scripſit I. Latinis verſibus *Urbanum*, de morum comitate Lib. I. *d*) Exſtant Urbani Danielis Beccleſienſis Carmina de moribus initio: *Cum nihil utilius*; manuſcripta in Collegio S. Trinitatis apud Dublinium n. 135. 25. *e*)

II. *Carmina* rythmica Lib. I. *f*)

g) v. Thomae SMITHI Catalogum p. 93. *b*) v. l. c. p. 94. *i*) v. l. c. *k*) v. l. c.

LXII. *a*) v. J. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 8. n. 17. *b*) in Catalogo librorum MStorum Collegii S. Trinitatis apud Dublinium. v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae Vol. II. P. II. p. 23, n. 275. *c*) l. c. *d*) v. BALEVS l. c. *e*) v. Catalogos l. c. *f*) v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCXXC.

LXIII.

ROGERVS.

Ciſtercienſis in Fordans monaſterio ad Axi fluminis ripao. Claruit A. MCXXC. *a*) vel A. MCXXCI. *b*)

Scripſit *Encomium D. Mariae* Lib. I. quod tanquam parergon canoris verſibus ſcriptum adiecit revelationibus Elizabethae. *c*)

LXIV.

RICARDVS PLVTO.

Dobernenſis ſeu Cantuarienſis Eccleſiae monachus. Claruit A. MCXXC. *a*) vel A. MCXXCI. *b*)

Scripſit I. *Unde malum* carmine Lib. I. Init: *Janua clauſa diu nunc appe. c*)

II. *Aequivoca* verſus quae exſtant manuſcripta inter Codices quos Gv. Laudus bibliothecae Bodleianae donavit J. n. 45. Tr. 10. p. 159. b interque Codices bibliothecae Bodleianae n. 1385. *d*)

LXV.

PHILIPPVS.

MCLXXX. De *Eleemoſyna* dictus Gothefrido HENSCHE-

LXIII. *a*) v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 3. n. 23. *b*) v. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. Scriptor. n. 250. *c*) v. BALEVS l. c.

LXIV. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 16. *b*) v. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. Scriptor. n. 249. *c*) v. BALEVS l. c. *d*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 72.

Digitized by Google

SCHENIO. *a*) Cognomento HARVENGIUS. *b*) Abbas Bonae ſpei *c*) coenobii quod eſt canonicorum Ordinis Praemonſtratenſis primo lapide a Binchio Hannoniae oppido ſitum, haud procul a via militari Romana, quae Bavaco Nerviorum ducit Aduatucam Tungrorum. Fuitque ejus loci Abbas ſecundus. *d*) Obiit poſt A. MCXXC. *e*) A. C. MCLXXX.

Scripſit I. *Epitaphium S. Ivoni* epiſcopo Carnotenſi metro elegiaco, initio: *Reddidit affectus Patrem doctrina Magiſtrum*; quod inſeruit God. HENSCENIVS Commentario praevio de S. Ivone. *f*)

II. Varia *Carmina*, *Epitaphia*, & *Logogryphos*, quae exſtant in Operibus per Nicolaum CHAMART. Duaci 1620. f. *g*)

LXVI.

NICOLAVS MANIACVTIVS.

Canonicus regularis Lateranenſis ordinis S. Auguſtini. *a*) Eugenii Papae tertii, electi A. MCXLV. d. 14. Febr. mortui A. MCLIII. d. 8. Jul. tempore exaratus eſt Catalogus memorandus quod conſtat ex verſu 167. & continuatus ad Alexandrum III. creatum Anno MCXXCI

LXV. *a*) in commentario de S. Ivone epiſc. Carnotenſi n. 4. v. Acta Sanctorum Maji per G. HENSCHENIUM &c. T. V. d. 20. Maj. p. 248. C. *b*) Aub. MIRAEI Auctar. de S. E. n. 353. *c*) v. HENSCHENIVS l. c. *d*) v. MIRAEUS l. c. *e*) v. Gv. CAVEVS de S. E. p. *m.* 580. *f*) l. c. *g*) v. Cave l. c.

LXVI. *a*) v. Inſcriptionem verſuum editam

Digitized by Google

A. C. MCLIX. d. 7. Sept. mortuum A. MCXXCI.
MCXXCI. d. 25. Aug.

Scripsit Versus de *Romanis Pontificibus ad Alexandrum III.* hexametros initio: *Si vis Pontifices Romanae noscere sedis.* Editi sunt ab Onuphrio PANVINIO ex veteri MS. Archivi Lateranensis; Coloniae recusi 1626; a Daniele Papebrochio in Conatu Chronico Historico ad Catalogum Pontificum Romanorum. *b*) Annotata ad versus illos dedit Daniel PAPEBROCHIVS. *c*)

LXVII.
SILO.

Serlo nominatur a Magistro ODONE de Seryton, vel Ceriton, anno Dom. 1181. florente in speculo laicorum cap. 35. cui tit. est de festis Sanctorum MS. in Bib. Bod. Magister fuit Parisiensis. Siloni discipulus fuit artis Sophisticae studiosus adeo, ut eidem diebus quoque festis insudare non intermitteret. Ad hunc extremum spiritum trahentem accessit Silo, impenseque rogavit, ut, si mori eum contingeret, ad se brevi remearet, certioremque de statu ejus inter defunctorum animas faceret. Ille vero fato post paulo defunctus idem fertur praestitisse: apparuit enim Caputio, argumentis una Sophisticis ardentique flamma referto, indutus, his sese praemiis, ob egregiam, qua polle-

b) P. II. in Propylaeo ad Acta Sanctorum Maji per God. HENSCHENIVM &c. p. 27. *c*) l. c.

Digitized by Google

pollebat fallendi arte, peritiam, cumulatum ingeminans. Porro antem cum Silo poenam haud ita moleſtam arbitratus, porrecta manu flammas tentaret, tantis repente cruciatibus conflictabatur, ut, affirmante ſpectro eosdem ſe toto corpore pati, in animo ſtatim decreverit, mundo valedicere, Deoque ac rebus ſacris inpoſterum vacare; quapropter accitis confeſtim diſcipulis hoc illis diſtichon abſceſſurus donavit: A. C. MCXXCI.

Linquo coax ranis, crax corvis, vanaque vanis.
Ad Logicam pergo, quae mortis non timet ergo.

Vide Steph. Baronis de ordine Minorum in ſermonibus declamatis coram Univerſitate Cantabrig. impreſſ. per Winandum de Word. Joh. Waldbus in Symbolum Apoſtolorum MS. & in fine cuiusdam MS. in Bib. Coll. Oriel. *a*)

Verſus Serlonis Pariſiacenſis ad Muriel, Sanctimonialem Virginem deo ſacratam, de *capta Baiocenſium civitate*, & invectio *in Gilbertum*, Abbatem Cadomi, item verſus ad *Odonem*, Baiocenſem epiſcopum, cum aliis: Exſtant manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Vitellus A. XII. 17. *b*)

LXVIII.
ARNVLPHVS.

Nor-

LXVII. *a*) v. Ant. a WOOD in Hiſtoria & Antiquitat. Oxon. L. I. p. 20. 21. ed. Oxon. 1674. *b*) v. Th. SMITHI Catalogum p. 82.

A. C. MCXXCII. Normannius *a*) Ex Sagienſi archidiacono Lexovienſis in Gallia epiſcopus A. MCXLI. ordinatus. Expeditioni transmarinae Ludovici VII. Francorum regis A. M. XLVII. interfuit, ut GVILIELMVS Tyrius l. 7. cap. *I.* nar. rat. Poſt Epiſcopatum annis XL. adminiſtratum ſeceſſit ad Pariſienſe S. Victoris coenobium. *b*) Adeoque vixit adhuc Ao. MCXXCI. Obiit A. MCLXXXII. d. 31. Auguſti. *c*)

Scripſit *Epigrammata*, quae exſtant in Operibus Arnulphi per Odonem TVRNEBVM Pariſ. 1585. 8; *d*) in Bibliotheca Patrum ed. Colon. Tom. XII; *e*) Part. II. fol. 458; Pariſienſ. Tom. III; *f*) ab Andrea RIVINO cum notis edita Lipſiae 1655.; *g*) & in Bibliotheca Maxima Patrum Tom. XXII. p. 1034. *h*) Arnulphi Epiſc. Lexovienſis Epiſtolae, Epigrammata & ſermones aliquot exſtant manuſcripta in bibliotheca Bodleiana ex dono Thomae Bodleii n. 5. 2. Ubi nonnulla habentur in MS. quae deſiderantur in excuſo. *i*)

LXIX.

LXIIX. *a*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenburg. p. 293. b. *b*) v. Aub. MIRAEVS in Auctar. de S. E. n. 367. *c*) v. Gv. CAVE de S. E. p. m. 581. *d*) v. CAVE l. c. *e*) v. MIRAEVS l. c. *f*) v. HENDREICH l. c. *g*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 720. *h*) v. CAVE l. c. *i*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. I. p. 128. n. 2488.

Digitized by Google

LXIX.

JOANNES.

A. C. MCXXCII.

Sarisburienſis. *a*) Joannes Severianus dicitur a Joh. LELANDO p 206 de ſcriptoribus Britannicis. *b*) Natione Anglus patria Wiltunenſis. *c*) Epiſcopus Carnotenſis Obiit A. MCLXXXII. *d*) Annum MCLXXX. habet Aubertus MIRAEVS. *e*)

Scripſit I. *Euteticum* in Polycraticum. Ita inſcribitur in Tho. JAMESII Catalogo MSR. bibliothecae publicae acedemiae Cantabrigienſis. *f*) *Autor ad uſus ſuum* inſcribitur in editione Lugdunenſi 1639. Verſu elegiaco ſcriptum eſt initio: *Si mihi credideris, linguam cohibebis, & aulae.* Eſt praefatio quaſi Polycratici ſive de nugis curialium & veſtigiis Philoſophorum librorum octo, qui prodierunt Pariſiis 1513. 4. Lugd. Bat. 1595. 8. Pariſiis 1610. 8. *g*) Lugduni Batavorum ex officina Joannis Maire 1639. 0; Amſtelodami 1664. 8; *h*) & in Bibliotheca Maxima Patrum Tom. XXIII

II. *Euteticus* de *dogmate philoſophorum*, editus ad Thomam Cancellarium, poſtea Archiepiſcopum, verſibus elegantibus non mi-

LXIX. *a*) v. Aub. MIRAEVS in Auctar. de S. E. n. 369. *b*) v. Jo. Alb. FABRICII Bib. Lat. ed. Hamb. 1712. Suppl. p. 308. *c*) v. MIRAEVS l. c. *d*) v. BALEVS Script. Britann. Cent. 3. n. 1. *e*) Auctar. de S. E. n. 369. *f*) n. 122. 3. v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. II. p. 168. n. 2302. *g*) v. Jo. Albert. Fabr. Bibl. Latin. edit. 1718. p. 787. *h*) v. FABRICIVS l. c.

A. C. MCXXCII. minus quam eruditis & doctis; exstat manuscriptus in bibliotheca publica academiae Cantabrigiensis n. 122. *i*) Incipit *Dogmata discutiens veterum.* *k*) Andreas RIVINVS Eutheticon sive Nutheticon cum animadvers. suis recudi jussit. *l*)

III. De *membris conspirantibus* carmen Lib. I. Initio: *Concilium celebrant humani.* *m*) Recudi illud jussit cum suis animadversionibus Andr. RIVINVS. *n*)

IV. Diversi generis *carmina* Lib. I. *o*)

V. Tribuitur & Joanni nostro Nigelli speculum stultorum in Thomae SMITHI Catalogo bibliothecae Cottonianae, *p*) ubi ita legitur adductum: Speculum stultorum: libellus compositus a Joanne Sarisberiensi, S. Theologiae Doctore eximio, ad Willielmum, de ratione Nigellum cum praefatione & vindicatione tituli, qui quibusdam videbatur esse ridiculus.

LXX.

GODEFRIDVS.

MCXXCVI Viterbiensis presbyter. *a*) Conradi III. Frederici I. & Henrici VI. Imperatorum Capellanus ac Notarius. *b*) Claruit sub Frederi-

i] v. Catalogos l. c. p. 167. *k*] v. Jo. BALEVS Script. Britann. Cent. 3. n. 1. *l*) v. FABRICIVS l. c. p. 720. *m*] v. BALEVS l. c. *n*] v. FABRICIVS l. c. *o*] v. BALEVS l. c. *p*] p. 118. Vespasianus E. XII. 3.

LXX. *a*] v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 402. *b*] Aub. MIRAEI Auctar. de S. E. n. 378.

Digitized by Google

derico Imperatore primo, & Henrico ejus filio A. MCLXXXV. *c*) Circa quod tempus desinit ejus Chronicon. Obiit Ao. MCXXCVI. *d*) A. C. MCXXCVI

Scripsit I. *Pantheon* sive *Chronicon* partim soluto partim ligato stylo, quod exstat in Jo. PISTORII Germanicorum scriptorum Tom. II. Hanoviae 1613. p. 1.

II. Tractatus varii partim prosa partim carmine, exstant manuscripti inter Codices quos Gv. LAVDVS bibliothecae Bodlejanae donavit H. n. 33. Tr. I. Inter Codices bibliothecae Bodlejanae n. 1296. *e*)

III. De genealogia B. Virginis & Elisabethae, & de nominibus, ortu, & actibus Patrum principalium novi Testamenti puta S. Joannis Baptistae Apostolorum, &c. partim prosa, partim versibus, per GODOFRIDVM Viteribiensem. Exstat manuscriptum in Bibliotheca Cottoniana Titus D. III. 10. *f*)

LXXI.

SAXO.

Sialandicus. Grammaticus dictus. *a*) Historiam suam perduxit usque ad A. MCXXCVI. *b*) Claruit A. MCC. *c*)

Scrip-

c] v. TRITHEMIVS l. c. *d*] v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 593. *e*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 70. *f*) Thomae SMITHI Catalogum p. 128.

LXXI. *a*) v. Aub. MIRAEI Auctar de S. E. n. 398. *b*) v. Gv. CAVE de S. E. p. 594. ed. Genev. *c*] v. MIRAEVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCXXCVI Scripsit *Historiae Danicae* Libros sexdecim ad Andream in Dania Episcopum, editos primum a Christiano PETRI Parisiis 1514; a Johanne BEBELIO Basileae 1534; a Philippo LONICERIO & Joanne FICHARDO Francofurti 1576; *d*) a Stephano Joanne STEPHANIO Sorae 1644. fol. Inserta illi historiae sunt *carmina* plura varii metri & elegantia & ingeniosa.

LXXII.

ALDREMANNVS.

MCXC. Londinensis. Claruit A. C. MCXC. Versificator elegans, qui magis sensum, quam verba curabat, scripsit *Carminum* lib. 1. V. GYRALDVM de Poet. *a*)

LXXIII.

BALDWINVS.

Devonius, tenui loco Exceſtriae natus. *a*) In ipsa civitate Oxoniensi natum vult Chrysostomus HENRIQVEZ. *b*) Scholarum rector primum, tum postea archidiaconus. Praeterea Cistercienſis, monachus & Abbas Fodienſis coenobii. Fuit deinde Wigornienſis praesul, &, mortuo Ricardo, Cantuariorum archiepiscopus, ac totius Angliae primas. Obiit A. MCXC. *c*) Tyri atque

d) v. CAVE l. c.

LXXII. *a*) v. Christoph HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 102. b.

LXXIII. *a*) Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 27. *b*) in Phoenice revivisceate p. 15. *c*) v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

que ibi humatus, *d*) aut A. MCXCIII. referente Jo. PITSEO, *e*) & Chryſoſtomo HENRIQVEZ. *f*) Annum MCXCI. aut MCXCII. habet (v. CAVEVS. *g*) A. C. MCXC.

Scripſit I. Carmen *devotionis* Lib. I. *h*)

II. Exſtat Aldelmus Baldwinus Anglus in Pentateuchum & alios libros metrice; manuſcriptus in Collegio S. Trinitatis apud Cantabrigiam n. 7. *i*)

LXXIV.

HENRICVS.

Svineſius. Ordinis S. Benedicti monachus & tandem Glaſconienſis Abbas. Claruit A. MCXC. Latini ſermonis elegantiam oratione tum ſoluta, tum conſtructa accurate calluit, & ſtylo exercuit. Ex multis tamen quae & oratorio ſtylo ſcripſit & poetico nullum titulum praeter Diverſi generis *poemata* Librum unum apud ſcriptores invenit Jo. PITSEVS. *a*)

LXXV.

RICARDVS.

Praemonſtratenſium canonicorum abbas. Claruit A. MCXC. *a*)

d) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 394. a. *e*) de illuſtr. Angl. Scriptor. n. 270. *f*) l. c. p. 26. *g*) de S. E. p. m. 599. *h*) v. BALEVS l. c. *i*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. II. p. 99. n. 448.

LXXIV. *a*) de illuſtr. Angl. Scriptor n. 267.

LXXV. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 34.

A. C. MCXC. Scripsit I. De *mysteriis sacrorum* Lib. I. Initio: *Scribere proposui quae mystica.* b) Versum hujus scripti barbarum habet BALEVS. c) Puto idem esse scriptum quod Hildeberto forte rectius tribuitur, & de quo diximus in Hildeberto. Interim inter manuscriptos codices occurrunt RICARDI Praemonstratensis carmina in Missam. d)

II. Alia tam prosa quam *carmine.* e)

LXXVI.

CONRADVS.

Monachus Hirsaugiensis coenobii in confinibus Svevorum ordinis S. Benedicti Spirensis dioecesis. Claruit sub Conrado Imperatore tertio A. MCXC. Poeta insignis iudice TRITHEMIO. Scripsit de *laudibus S. Benedicti* metrice lib. I. Initio: *Luce velut solem.* v. Jo. TRITHEMIVS *de Scriptor. Eccles. n. CCCXXXIV.*

LXXVII.

HENRICVS.

MCXCII. Septimellensis ex Etruria oriundus, pago quodam agri Florentini qui septimo ab urbe Florentia lapide Lucam euntibus occurrit, idquod in exemplo Elegiae manuscripto notaverat Marqv. GVDIVS. Alias Samarienſis vulgo Henricus Pauper appellatur in Codice quodam manuscripto biblio-

b) v. BALEVS l. c. c) l. c. d) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae Vol. I. P. II. p. 87. n. 45. e) v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

bliothecae Paulinae academiae Lipſienſis. *a*) A. C. Florentinus dicitur in gloſſa manuſcripta MCXCII. Codicis Helmſtadienſis. Genus ſuum agreſte eſſe & tenue ipſe fatetur auctor. *b*) Studiis operam dedit Bononiae. *c*) Adeo pauper fuiſſe proditur, ut cum papyrus deeſſet, verſus ſuos in veteri & attrito pellitio deſcribere cogeretur. *d*) Fuit poeta ſeculi XIII. ut vult Chriſtianus DAVMIVS. *e*) Scripſit Carmen, cujus mentio fiet A. MCXCI. aut MCXCII. quod ex libri II. verſibus 61. 62. 63. 64. patet. A. enim MCXCIII. Henricus VI. Siciliam omnem expugnavit, cum antea idem infeliciter tentaſſet, quam adverſam expeditionem innuit Auctor. Meminit etiam *f*) tanquam rei noviter geſtae captivitatis a Richardo Angliae Rege Ao. MCXCII. perpeſſae.

Scripſit Elegiam de *diverſitate fortunae & philoſophiae conſolatione*, ut inſcribitur in Codice MS. bibliothecae Paulinae academiae Lipſienſis. *g*) Gaviſus antea ſumma felicitate, & poſtea ad ſummam inopiam redactus carmen hoc compoſuit. *b*) Scripſit

LXXVII. *a*) v. Joach. FELLERI Catalogum p. 289. n. 9. *b*) v. HENRICI Elegia Lib. II. v. 205. *c*) v. HENRICVS l. c. Lib. III. v. 71. *d*) v. Mich. NEANDRI Ethice vetus & ſapiens ed. Lipſ. 1590. P. III. p. 259. *e*) epiſt. ad Joannem Gebhardum in epiſtolis philologico-criticis ed. Chemnicii 1709. p. 184. *f*) Elegiae Lib. III. v. 164. *g*) v. FELLERVS l. c. *b*) v. Gloſſa MS. Codicis Helmſtadienſis.

A. C. MCXCII.

hunc librum ad Episcopum Florentinum. *i*) Mille versus habet Elegia. *k*) Dividitur carmen in quatuor libros. In primo queritur Henricus de sua miseria & adversitatibus hujus mundi. In tertio introducit philosophiam ipsum acriter reprehendentem. In quarto eandem ipsum consolantem. *l*) Evulgavit Opus hoc Christianus DAVMIVS *m*) ex MSto Codice bibliothecae Lipsiensis, quae tamen dimidiam solum ejus partem suppeditaverat; *n*) & ex membranis Florentinis. *o*) Forte & usus est Marq. Gudii manuscripto. *p*) Excusa est editio Daumiana A. 1684. aut postea. *q*) Caruerat editor exemplari MSto Equitis Lucensis Marii Florentinii, cujus Manuscriptum cum nonnullis obscuris in excuso locis contulit Barthol. Beverinus, & ad Daumium misit. *r*) Caruit & codice quodam MSto Patavienſi. *s*) Notas se textui additurum promisit Christianus DAVMIVS. *t*) Exstat aloqui cum commento manuscripto in bibliotheca Academiae Lipsiensis. *u*)

Recepi in me novam Henrici Septimellensis editionem in oratione de ficta medii aevi

i) v. Glossa MS. cit. *k*) v. Glossa cit. & HENRICVS Eleg. Lib. IV. v. 245. *l*) v. Glossa cit. *m*) v. DAVMII epistolas philologico criticas p. 163 164. *n*) v. DAVMIVS l. c. p. 178. *o*) vid. DAVMIVS l. c. p. 184. *p*) v. DAVMIVS l. c. p. 178. *q*) v. DAVMIVS l. c. p. 257. *r*) v. DAVMIVS l. c. p. 265. *s*) v. DAVMIVS p. 163. *t*) l. c. *u*) v. FELLERI Catalog. p. 289. n. 9.

Digitized by Google

aevi barbariae, ignorans tum typis jam esse a Daumio vulgatum. Quamvis vero post-ea de editione Daumiana certior fuerim factus, tamen quoniam & rarior occurrit & forte minus nostra correcta est, in proposito persistam, daboque carmen integrum in adpendice Sect. IV. A. C. MCXCII.

Adhibui ejus rei gratia duos codices, quorum prior in Helmstadiensi Academica bibliotheca antiquiori, posterior in Illustri Ducali Gvelpherbytana, inquam ex Marquardi Gudii penu delatus est, servatur. Ex his posterior Codex variorum aliorum Codicum manuscriptorum, ad quae correctus est, vicem praestat.

SECTIO IV.

HENRICI SEPTIMELLENSIS.

ELEGIA.

DE

DIVERSITATE FORTVNAE ET PHILOSOPHIAE CONSOLATIONE.

LIBER I.

Quomodo sola sedet probitas? flet, & ingemit aleph, x)
Facta velut vidua, quae prius uxor erat.

x) Aleph est prima litera sono suo gementem referens.

Digitized by Google

A. C MCXCII. *Cui de te, fortuna, querar? cui? Neſcio. Quare*
Perfida me cogis turpia probra pati?
Gentibus opprobrium ſum, crebraque fabula vulgi.
Dedecus agnoſcit tota platea meum.
Me digito monſtrant. Subſannant dentibus omnes.
Ut monſtrum monſtror dedecoroſus ego.
Mordeor opprobriis. De me mala cantica cantat
Vulgus, & horrendus ſum ſibi y) *pſalmus ego.*
Fama per antiphraſin cantat, multumque cachinnum
De me ludificans impia turba movet.
Concutit a tergo mihi multa ciconia roſtrum.
Hic aures aſini fingit, & ille canem.
Turba molenatini; Grex furni; Concio templi,
In mea foecundis vocibus acta ſonant.
Si me commendat Naſo; ſi muſa Maronis;
Si tuba Lucani, vix bona fama foret.
Quem ſemel horrendis maculis infamia nigrat
Ad bene tergendum multa laborat aqua.
Fata Neronizant z) *in me. Mihi triſte prophetant*
Aſtra poli. Mihi dat triſtia ſigna polus.
O dolor! o pudor! o gravitas! o triſtia fata!
Sum

y) pro *ipſi*. Frequens ſcilicet in ſcriptoribus medii aevi uſus eſt pronominis reciproci. z) crudeliter inſurgunt.

Digitized by Google

Sum miſer & nulli ſum miſerendus ego. A. C.
O bona proſperitas ubi nunc es? Nunc mea ver- MCXCII.
ſa eſt 25.
In luctum citbara. Fit lacrymoſa lyra
O mala dulcedo, ſubito quae ſumta venenas,
Quae nunc compenſas mellea felle gravi.
O felix, qui non eſt uſus proſperitate.
Nam venit ex ſola proſperitate dolor. 30.
Non ſine felle ſuo dulcet fortuna, nec albet
Absque nigredine. Nec mons ſine valle fuit
Cui multum mellis multum dedit ipſa veneni.
Mel vomuit primum felleus ipſe ſapor.
Ut gravius cadit hic, quem format forma gi-
gantis, 35.
Quam nanus, cujus parvula forma ſedet
Ut plumbum gravius pluma, paleaque lapillus:
Sic gravius cadit hic qui bona multa tulit.
Hinc ego, qui fueram ſatur omni proſperitate,
Hoc verum fateor omnibus eſſe modis. 40.
Numinis ambiguos vultus aa) *deprendo. No-*
vercam
Sentio fortunam, quae modo mater erat.
Sum miſer, & miſeri nullus miſerans miſeretur.
In pejus veniunt omnia fata mihi.
Temperat aſſidue pro me fortuna venenum, 45.
Quo ſitit ab) *illa caput mortificare meum.*
Nil agit infelix, Perii. Nequit ergo nocere
Amplius. Extincto vulnera nulla nocent.

aa) Fortunae bini ſunt vultus, proſpor & adverſus
ab) deſiderat.

A. C. MCXCII. *Heu quid agam! quid agam? Plorabo. Sufficit iſtud?*
Non: Quia fata mihi deteriora parant.
Quid tibi magne tuli? Quid? Jupiter? Unde nocendi
Iſta ſitis? Coelo fulmina nulla tuli.
Nec petii thalamos Junonis, nec volui. Nec
Saeva giganteis fratribus arma dedi.
Cur mihi ſaeve noces? Cur? Cur? Dic, Neſcio. Neſcis.
Ergo quid innocuo Jupiter alte noces?
Hic nimis inſanum redolet. Caret & Salomone, ac)
Qui nocet innocuo quique nocere cupit.
Nam nimis iratus, nimis ille ſuperbus, & ultor,
Qui ferit inſontem, crimine dante locum.
Quid me perſequeris? O quam victoria parva ad)
Eſt: miſerum multis taedere poſſe malis!
Deſine. Quid mirum, Davum ae) *ſi vincat Achilles?*
Et ſi Terſitem conterat Hector equo.
Nam quoties miſerum probus expugnare laborat
Se miſero ſimilem nititur eſſe probus.
Ad lacrymas redeo, quarum mihi copia, quarum
Excurſus ſalis potibus ora rigant.

Eſt

ac) Salomon pro *ſapientia* *ad*) MS Helmſtad. *prava* *ae*) MS. H. *Darium.* Darius dicitur fuiſſe in bello Trojano nullius reputationis quia, ad pugnandum non valuit, & Achilles fortis & magnae reputationis. Ita Gloſſa MS. Cod. Helmſtad.

Digitized by Google

Eſt cibus anxietas; lacrymae ſunt pocula; poena A. C. MCXCII.
Panis; Vina dolor; eſt mihi vita mori.
Quod patior pallor loquitur, maciesq; figurat,
Indicat exſangvis turpiter alba cutis.
Nam facies habitum mentis ſtudiumq; fatetur,
Mensque quod intus agit nunciat illa foris.
Interiique ſtatus liber eſt, & pagina, vultus.
Exterior macies intus amara legit. af)
Heu miſer, heu coecus, heu demens. Semina mundi
Iratos animos in mea fata trahunt.
Eſt mihi terra nocens, ignis gravis, unda nociva.
Aer triſtitia perfidiore nocet.
Sic mihi ſeptenis nocet impia turba planetis.
Quilibet in noſtra morte planeta furit.
Saturnus falcem; Fulmen fert Jupiter; Arma Mars; Sol Fervorem; Dira venena Venus;
Mercurius virgam; cupidas fert luna ſagittas.
Septem ſeptena concitat arma cohors
Quo fugiam? vel quid faciam? Mors undique claudit,
Ne fugiam, cunctas imperioſa vias.
Vae mihi! vae miſero! vae proſperitate carenti!
Vae cui ſcire datur, quicquid in orbe nocet!
Ex quo prima parens vetito ag) *jejunia fregit,*
Nullus in hoc miſero tam miſer orbe fuit.

af) oſtendit ag) pomo.

A. C. MCXCII. *Nec Tityus* ah) *lacerus*, ai) *refugis nec Tantalus undis*,
Nec male qui rexit lora paterna puer. ei)
95. *Orbatus Niobes; Job vermes; ſibila* al) *Cadmi;*
Haec collecta am) *mihi proſperitate vigent.*
Ergo quis infelix patitur pejora? Quis ille
Triſtanus, an) *qui me triſtia plura tulit.*
Obruor oceano, ſaevisque reverberor undis.
100. *Neſciat hinc reditum merſa carina ſuum.*
Decidit in cautes incauta carina. Procellas
Suſtinet innumeras invidioſa ratis.
Me ſi tanta pati natura voleb at amara.
Ponere debuerat perfidiore ao) *loco.*
105. *Aut gelida Sithia nivium*, ap) *vel ſolis in ortu,*
Aut ubi ſoligeris occidit aq) *ardor equis.*
Aut ubi perfidior quadrangulus orbis habetur,
Vel quo perpetuum torrida Zona calet.
Aut aliquo peiore loco, qui gente vacaret,
110. *Quo minus opprobrii cognita fama foret.*
Dulcius eſt miſeris aliena vivere terra,
Quam propria male, qua ſingula probra patent.
Malo meum ſciri longinquis dedecus Indis,
Quam quos vicinos efficit ipſe locus.
115. *Hic*

ab) Tityus, filius Jovis ex Elura, ab Apolline ſagittis confectus cujus cor vultures & apud inferos depaſcere non deſiſtunt. *ai*) laceratus. *ak*) Phaëton. *al*) ſerpentes. *am*) MS. Helmſt. *collata* i. e. comparata *an*) Triſtianus fuit quidam miles. qui multa mala ſuſtinuit. Ita Gloſſa MS. Cod. Helmſt. ad h. l. *ao*) pejore. *ap*) Scythia terra nivium *aq*) MS. Helmſt. *Concidit.*

Digitized by Google

Hic inter notos ſocios miſer, inter amicos, A. C.
Quod nugor, querula fertilitate premor. MCXCII.
Omnibus invideo melioribus. Invida ſemper
Mens tantum rodi pro meliore ſolet.
Quot ſub ſole vigent, fateor tot me meliores,
Sim licet Arturus, ar) *qualis habebor ero.*
Omnibus invideo, nullus mihi. Mens dolet hinc, quod
Reciproca caret hic tranſitione dolor.
Nam caret invidia miſer, immo miſerrimus ille
Qui nimis omnimoda proſperitate caret.
Quid ſim? quid fuerim? cujas? ubi? quis vocer? unde
Natus? homo vel humus? neſcio montis inops.
Me domini, ſocii, noti, quod magis eſt, & amici,
Proh! ſcelus, in medio deſeruere mari.
Dum Zephyrus flabat multis ſociabar amicis:
Nunc omnes aquilo turbine flante fugat.
Ut philomela canens frondes ſonitumq; canorum,
Et nemus & ſilvas frigore tacta fugit.
Sic hyemis caſus horrendaque nubila vitans
Omnis in adverſis rebus amicus abeſt.
Delicias veris ſequitur, ſed tempora brumae
Deſerit, ablato remige falſus amor.

Vul-

ar) Ad haec Gloſſa MS. Codicis Helmſtadienſis: *Arturus dicitur fuiſſe Britanniae multum probus & honorandus, qui iniens certamen cum quadam bellua perdidit milites ſuos, tandem interfecit eandem belluam, nec tamen domi revertebatur, etiam poſtquam fuit mortuus, unde adhuc a Britannis exſpectatur ut veniat. Vult ergo Hinnius quod ſi eſſet filius Arturi, tunc eſſet ſatis deſpectus.*

A. C. MCXCII.

Vultur edax, corvusque niger, praesagaque as) *cornix,*
Ventris ad ingluviem semper adesse parant.
Leccatrix at) *mel; musca, lupusque cadavera; sic nunc* au)
Praedam, non homines, pens parat ista sequi.
Vilis amicitiae species, quam ax) *qualibet aura*
Quam variis variat fluctibus orba ay) *dea.*
Si tales olim Eurialus Nisusque fuissent,
Non durasset eis ille perennis amor,
Verus amor miserum non dedignatur amicum:
Vera fides tantum nescit amoena sequi.
Participat flores, & grandem grandinis iram
In concussa fero turbine vera fides.
Taliter unanimes loquitur scriptura sodales,
Quos strinxit vero vimine verus amor.
Praevalet hoc solo mala sors, quod monstrat amicos.
Qui bene qui male sit monstrat, vtramque fidem.
Vt fornax aurum; mare navem; mucro catenas:
Sic gravior corda casus amica probat.
Nam citius sociis sociabitur, unica Phoenix,
Atque lupi citius pace fruentur ovis.
Et prius Arturus veniet vetus ille Britannus, az)

Quam

as) astuta. at) apis. au) MS. Helmst. *Leccatrix quaerit mel musca lupusque cadaver.* ax) interjectio. ay) coeca fortuna az) MS. Helmst. *Britannis.*

Digitized by Google

Quam ferat adverſis falſus amicus opem. A. C.
Job collata meis anguſtia vincitur, inde MCXCII.
Quod conjux fuit, & ternus amicus ei. 160.
Aſt ergo deſertus non illam cerno, nec illos.
Me praeter nihilum conſtat habere nihil.
Si Codrus foret hic eſſem nunc codrior illo:
Nam nihil hic habuit. Aſt ego plura nihil.
Tot mea ſunt, quod non ſine me regina jaceret: 165.
Si foret hoc verum pauper vbique jacet.
Temporibus cunctis jejunus proſperitatis
Morte minante nimis, aſperiora gemo.
Ver dedit indicium; mala ſed mihi contulit aeſtas;
Nutrit & autumnus; frigida paſcit hyems. 170.
Nocte dieque malum me ſcyphis potat amarum,
Ut vigeant in me gaudia nulla mei.
Luce queror; lacrimas fundo; ſuſpiria ructo;
Scindo genas; plango pectora; rumpo comas.
Colloquium turbae tamen eſt ſolatia luce: 175.
Et minuit poenas lectio crebra meas.
Nocturna longe minor eſt anguſtia lucis,
Quae mea non minimo corda dolore ligat.
Nocte furit furiis nimium juror impius in me, ba)
Qui mea majori vulnere corda vorat. 180.
Nocte gemo, gemino gemitus, cumulusque dolorum
Creſcit, corque coquit crebra gehenna meum.
Vae mihi, ſermo meus mea fabula crebra dolenti;

Dum

ba) MS. H. *immo.*

A. C. MCXCII.

Dum tali mecum voce dolenda loquor.
Saeuit, & innumeris cor lanceat bb) *ira sagittis,*
Poenarumque fero turbine turba furit.
Volvor & evolvor, lectus bene mollis acutis
Urticat spinis tristia membra meis.
Nunc nimis est altum, nimium nunc decidit unquam
Pulvinar, medium nescit habere modum.
Nunc caput inclino; nunc elevo, parte sinistra
Nunc ruo, nunc dextra: nunc cado, nunc-que levor,
Nunc hac, nunc illac, nunc sursum, nunc rotor infra.
Et modo volvo caput, qua mihi parte pedes.
Non ita stare queo, surgo, lectumque revolvo.
Sic modo volvo pedes qua mihi parte caput.
Non sic esse bc) *queo, propero, maledico clientem*
Quod male cum lecto me facit esse meo.
Vocibus iratis insontem clamo ministrum:
Huc miser Hugo veni! huc maledicte veni!
Quid facis? Hugo jaces? Lectus meus iste quid hoc est,
Quod male cottidie sternitur? unde locus? bd)
Tunc ipsum colaphis & pugnis verbero diris, be)
Et sic quod patior verbere vendo malum.
Voluit & evoluit, plumasque reverberat ulnis,
Et modo quae tulerat vindicat acta puer.
Tunc iterum jaceo. Dormire puto. Nihil est quod
Uno momento firmiter esse queam. Sic

bb] MS. H. *lacerat.* *bc*] MS H. *ita stare.* *bd*] causa, ratio. *be*] MS. Helmst. duris.

Sic ſolet arboreas, boreas evellere bf) *frondes;* A. C.
Sic rota mortales; ſic aqua ſaeva rotam. MCXCII.
Nunc calor ignitus; nunc frigus membra ge- 210.
latum;
Nunc hoſtilis eis ſudor aquoſus habet.
Tunc gemo. Tunc oculi lacrimas ſua pocula potant.
Immo vomunt gemino fonte rigante genas,
Si ſopor irrepſit, quod rarum, ſomnia ludunt 215.
Multimodis animos motibus aegra meos
Mergor in Oceano, tenuem taxillor bg) *ad aſſem.*
Armatos video currere ſaepe deos.
Flumina parva fluunt, aret mare, corruit athlas,
Et geminas fortes bh) *concutit orbis ales* 220.
Sum velut implumis, quem rodit in ilice cadmus, bi)
Quae diro matrem carmine clamat avis.
Sum velut eſuriens, qui ſomniat aurea tecta,
Uſibus & veſtes pauper habere ſuis.
Sum velut exſpectans properantem ruſticus a-
mnem, 225.
Qui cupit excurſis pergere ſiccus aquis. bk)
Sum velut eluſus quem detinet alea luſor,
Qui cum perdiderit perdere plura parat.
Sum velut inſanus, qui cum plus laeditur,
hoc plus
Fuſtibus & jactu liberiore furit.
Ah nimis infelix, qui ſuſtinet innumeranda, 230.
Qui patitur numeris omnia bl) *plura ſuis.*

Tot

bf) MS. H. *evolvere.* bg) taxor, aeſtimor. bh) MS. Helmſt. *fortis.* bi) ſerpens. bk) Ruſticus aliquis veniens ad magnum fluvium exſpectare volebat donec defluente amne ſicco pede tranſire poſſet. bl) MS. H. *Crimina.*

A. C. MCXCII. *Tot mala, tot poenas patior, quod ſi quis arenam*
Conferat in numero, cedat arena meis.
Pagina ſit coelum; ſint frondes ſcriba; ſit unda
Incauſtum: mala non noſtra referre queant.
Tam gravibus laedor, quod non peiora timeſco.
Qui ſumme miſer eſt plus nequit eſſe miſer.
Sit maledicta dies, in qua concepit, & in qua
Me mater peperit, ſit maledicta dies,
Sit maledicta dies, qua ſuxi pectus, & in qua
In cunis vagii ſit maledicta dies.
Sit maledicta dies vitae de ventre ſepulcro
Me transmutaſſet o Deus illa dies.
Cum dabat ubera mater, ne mala tanta viderem
Debuerat jugulis praeſecuiſſe caput.
Mortua nam melius abſcondere membra ſepulchro,
Quam vivendo pati deteriora bm) *nece*
Omnia conjurant in me. Pater alme miſertus
Succurras miſero, ſpes mea, ſumme pater.
Omnia conjurant in me tu Kyrieleiſon.
Succurras miſero ſumme creator, ymas.

LIBER II.

Finitur primus liber incipit hicque ſecundus.
Plange miſer. Palmas, Henrice miſerrime, plange. Et

bm] MS. H. *deteriore*. *bn*] Quid *ymas* ſibi velit non apparet. Deeſt integrum diſtichon in Codice Gvelpherbytano, nec puto Henrici eſſe. Stylus non ſolum repugnat ſed etiam numerus verſuum quorum 250. quemque librum abſolvunt. *bo*] fortuna.

Digitized by Google

Et caput, & dura pectora, plange miſer. A. C.
Me ſic privignum Ramnuſia bo) *dira noverca* MCXCII.
Ardet in horrendis perpetuare malis.
Eſt fortuna mihi ſerpente Neronior bp) *omni.*
Nam ſerpens fugit. At ſaepius illa fugat.
Quando mihi tribuet ſors proſpera proſperitatem?
Non hodie, nec cras, quod puto, forſan heri. bq)
Cum me blandifero reſpexerit alea vultu,
Arne br) *retro properas* bs) *fonte recurre tuo.*
Quam male fructificat, quae nunquam floruit arbor.
Spes quoque meſſis abeſt, cum male germen obit.
O pudor! o timor! o dolor! o mala taedia vitae!
O comes aſſiduus, plusque furore furor!
Quid faciam? Vos hoc mea dicite turba malorum:
Nam vos auxilium conſiliumque meum.
O Deus! o quare ſubito fortuna rotatu
Cuncta molendinat bt) *mobiliore rota?*
Sors mala, ſors pejor, ſors peſſima, ſorsque maligna
Facturam bu) *turpi proteat* bx) *arte ſuam.*
O pater! hanc animam, miſera quam carne recludis,

bo) fortuna. bp) ſaevior. bq) ironia. br) Arnus eſt fluvius juxta Florentiam curvis ambagibus defluens. bs) MS. Helmſt. *properans*. bt) volvit. bu) creaturam. bx) mutat

A. C. MCXCII.

Hanc lacrimis plenam ſuſcipe; redde polo.
Alme parens animam, quam paenae turma flagellat,
Suſcipe, quam Stygiis occat Erinnis equis.
Quam ferit Alecto, quam Theſiphoneque fatigat,
Cui fortuna nocet, quamue Megaera ferit.
Ergo pium pietas te reddat, ut impia ceſſet
Allecto, miſerum quae lacerare cupit.
Tu quoque veſani promtiſſima cauſa doloris
Auſcultа, & ſceleris perfida ſiſte rotam.
Verberibus praeceps diris fortuna quid hoc eſt,
Quod caput affligis inſidioſa meum?
Quo rapis, o fera! me? Croeſum facis impia Codrum;
Neſtora by) *Terſitem,* bz) *turpius auſa nefas.*
Numquid ego Scarioth? ca) *Numquid ſum Pontius? unde*
Tam graviter merui tanta flagella pati?
Stulta quid inſanis? caput hoc, caput hoc quid acerbas? cb)
Pone modum ſceleri, perfida. Pone modum.
Deficiunt alii? Me ſolum ſola fatigas.
Sed videas quid agas, ultio raro perit.
Proſpice ne tua te paenarum turba ſagittet:
Nam ferit auctorem cc) *ſaepe ſagitta ſuum.*
Heu quid agis? quid agis? quid me quid perfida perdis?

Pone

by) MS. Helmſt. *Neſtore* bz) ex prudente reddis me ſtultum. ca) Judas cb) MS. H. *Stulta quid inſanis caput hoc quid poenis acerbas.* cc) MS. H. *actorem.*

Pone modum ſcelari perfida. Pone modum. A. C.
Dic mihi quid feci. Reſponde lingua doloſa. MCXCII.
Reſponde per eum, qui ſuper aſtra ſedet. 45.
Si nobis veſana tui ſi copia detur,
Dilacerata feris turpiter eſca fores.
Quis furor? Unde furis? Quid me furioſa laceſſis?
Pone modum ſcelerи perfida. Pone modum. 50.
Talibus orba ſuas dictis dea praebuit aures.
Haec ait, & ſeleris circinat cd) *ipſa rotam:*
Quid mea mordaci laceras vaga fata Camaena?
Quem fore plus miſero plusque dolente ce) *dedi.*
Nonne meo mundi clauduntur regno pugillo? 55.
Nonne meum regnum climata cuncta tremunt? cf)
Graeçus & Ebraeus: & Barbarus; atq; Latinus:
Me timet; exorat; me veneratur; amat.
Nonne poteſtates mundi, mundique minores,
Imperio cogo ſubdere colla meo? 60.
Nuper Alemannus cg) *ſiculam delatus in oram*
Ludendo ch) *Fericam* ci) *perdidit ipſe ſuam.*
Perdidit hic equites, rochos, ck) *pedites que, boves que.* cl)

cd] volvit *ce*) magis quam doles. *cf*] timent. *cg*] Henricus VI. Friderici I. Imperatoris filius A. MCXCI. infelicem in Apuliam expeditionem ſuſcepit adverſus Tancredum Siciliae uſurpatorem. *ch*] pugnando. *ci*) MS H. *Pberiſam.* Denotat uxorem Henrici Conſtantiam, quam Tancredus cepit. *ck*] Vocabulum ex terminis technicis ludi ſcacchici, in quibus hic loci procul dubio duces belli. *cl*] MS. Gvelpherb. *minores.*

A. C. MCXCII. 65. *Perdidit & calphos Vix bene tutus abit.*
Meque Soladinus, cm) *nimium vexilla ſalutis*
Expugnans, hoſtem ſentiet cn) *eſſe ſuam.* co)
Quid veteres referam, quorum fert fama ruinam?
Mater Pompejo deinde noverca fui.
Verba ſic Dario, poſt verbera; mellea Cyro,
70. *Fellea poſt; nutrix ingenioſa dedi,*
Tu quem fama ſilet, quem noſcit dedecus, iram
Opprobriis laceras opprobrioſe meam.
Quidve minas cp) *agitas? Reus eſt pro crimine laeſae*
Majeſtatis, & hoc tota propago luet.
Proſpice quid facias, nondum perit omne venenum.
75. *Et mea vis nondum deſinit eſſe mea.*
Quae pejora potes meretrix fortuna, noverca
Peſſima, Medea dirior, hydra ferox?
Ad nihilum veni. cq) *Reſtans nunc* cr) *ſpiritus oſſa*
80. *Non habet, in quo nil haec tua probra valent.*
Morte nocere putas? Foret haec mihi cauſa ſalutis.
Dupliciter mors eſt, morte carere mihi.
Quam laetus, quamcumque Deus donaverit horam,
Suſcipiam. Poſt hanc ſtercus in ore tuo.

Quid

cm] Saladinus A. MCXXCVII. Hieroſolymam & Palaeſtinam occupavit. cn] MS. H. *ſenſerat.* co] MS. H. *ſuum.* cp] MS. H. *Quid me minis* cq] MS. Helmſt. *veni.* cr] MS. H. *Reſtat nec.*

Digitized by Google

Quid toties varias ſumis furioſa figuras? A. C.
Nunc alacris rides: nunc lacrymoſa gemis. MCXCII.
Aurea nunc, nuuc ſordida: nunc nigra, nunc 85.
rubicunda:
Florida nuuc, nunc es ſordida facta luto.
Proteus esve, vagusque. Movet tua viſcera
ventus.
Vel tua diabolus viſcera creba movet. 90.
Semper es inconſtans, vaga, mobilis, aſpera,
coeca,
Inſtabilis, levior, perfida, ſurda, fera.
Tunc ea ſubridens: O quanto pulvere noctis.
Humanae mentis lumina coeca latent. cs)
Numquid obaudiſti: ſermones ponderet unus, 95.
Quisquis ct) *ſuos ſapiens, cogitet ante lo-*
qui cu)
Legibus indictis utor. Si legibus: Ergo
Juſtis. Si juſtis: jure. Fit ergo bene.
Nonne ſua licito ſic quilibet utitur arte.
Quod ſibi ſors dederit utitur omnis homo. 100.
Miles equis; piſcator aquis; & clericus hymnis;
Nauta fretis; pugiles marte; poeta metris.
Ruſticus aſper arat; numerat mercator avarus;
Virgo legit flores; ſtultus amator amat.
Aſt ego, quae dea ſum, qua nulla potentior
orbe, 105.
Quem ligat oceani circulus orbe ſuo.
Nonne meam licite, ſtultiſſime, proſequar
artem?

cs) MS. Helmſt. *manent* ct) Unusquisquis conjungenda ex utroque verſu. cu) antequam loquatur.

A. C. MCXCII. *Sic opus eſt, ut te praecipitando rotem.*
Ergo vide quid agas. Sapiens deliberat ante
Quam faciat. Sic tu praemeditare miſer.
Ah genus humanum mea quantis aſperat acta
Morſibus, atque meum dentibus occat opus.
Si ſibi cx) *divitias digitis porrexero laxis*
Laudibus extollar Imperialis ego.
Tunc ego, ſumma parens, & tunc regina verenda.
Tunc dea ſumma; deo praeferor ipſa Jovi.
Sed ſi forte meam retinentem clauſero dextram,
Morſibus & ſtimulis mordeor ipſa feris.
Tunc ego periura, cy) *tunc turpis adultera dicor.*
Tuncque ſacerdotem me vitiaſſe ferunt,
Tu modo ſed quare me dentibus aſper acutis
Infelix laceras, colloquiisque tuis;
Arbitrio loqueris: nam juris pondus abhorres,
Et dedignaris de ratione loqui.
Sed docet injuſtam cauſam partemque tueri,
Qui ſolis probris certat iniqua loqui.
Sic ſolet ignarus, cum deſunt verba, ſophiſta
Garrulus, ut videat voce tonare ſui.
Sic quoque, cum deſunt tibi jura, recurris ad ipſam,
Quam bene noviſti, garrulitatis opem.
Ergo ſi qua tuis, quod non puto, mentibus haerent
Juſta, refer: vel tu, quod magis oro, file.
Tunc

cx] generi humano. cy] rectius *perjurans.*

Tunc ego: Veſanum, meretrix Ramnuſia, monſtrum! A. C. MCXCII.
Non licet hoc ſolum verba referre mihi.
Tu facis, & dicis. Lacerас me perfida factis.
Improperas cz) *poſt haec facta nefanda mihi.*
Nunc ſcio de facto, quod ſemper culpa redundat
In miſerum, qui non unde tuetur habet.
Lis quoties oritur aquilas ac inter olores,
Culpa ſolet minimis ſemper iniqua dari.
Sic quoties certant actaeon, da) *rexq; ferarum,*
Peſſima qui minor eſt jura fovere ferunt,
Et quoties rabies ſaevit Germanica Tuſcis,
Opida teſtantur levia fracta fidem.
Tu quoque me. Sed ſi vim vi depellere poſſem,
Vel taceas, tua vel parcior ira foret.
Cautius ergo tuas ſatyras, inimica deorum,
Inſere vel tibi quae ſunt reticenda vide.
Nam male caſtigat ſocios, quem crimen eadem
Labe premit pariter, quam removere ſtudet.
Sic Paris Aegidem; Sic Lucius ille Cethegum;
Sic quoque retrogradum mater aquoſa db) *ſuum.*
Non igitur ſtudeas alios damnare, quod in te eſt:
Ne cadat in barbam paena pudenda tuam.
Nam fatuum nimis eſt, aliquem damnare ſeipſum
Quod tibi ne facias, litigioſa, cave.
Tu levis & laeva, tu praeceps, tu furioſa,

cz) objicis. *da*) Cervus in quem Actaeon mutatus. *db*] Alludit ad fabulam de cancri matre filio greſſus obliquos objiciente.

A. C MCXCII. *Tu ratione carens neſcis habere modum.*
Me feris atque furis. Laceras mea membra dc) *laceſſis,*
Et latus, & latum deſtruis omne meum.
Tunc ea: non unum mecum lucrabere nummum,
Qui dominam quaeris dedecorare tuam.
Namq; ſuo ſervus domino luctando repugnans,
Calcitrat in ſtimulum perfidus ipſe ſuum.
Diſcant mortales dominos proprios venerari: dd)
Nam qui fraude nocet fraudibus ille perit.
Nunquid Alexander? nunquid tu Caeſar es? unde
Tanta ſuperbia, vel tantus inique furor?
Tu quis es? Unde furis? Te ſcimus; Et unde fuiſti;
Quae ſit origo tui; quive fuere patres.
Te decet horrendis vexare ligonibus arva,
Quod genus agreſti poſtulat arte tuum.
Et quis es? Unde venis? cro cro de) *veſane recede.*
Et geme perpetuum, perpetuumque late.
Quicquid agas, quicquid dicas, quicquid patiaris,
Non facit, ut retrabas, quod mea dextra trahit,
Sic ego primatum, venerandaq; ſceptra, tenebo.
Et,

dc) MS. Helmſt. *me mene.* dd) MS. H. *vereari.* de] Gloſſa MSti Helmſtadienſis ſubſtituit: *reoch, reoch.* Videntur ambo notare exſibilationem.

Digitized by Google

Et pro velle meo, mel tibi felque dabo. A. C.
Tu formica brevis, mus parvus, gnanus inanis? MCXCII.
Quid mihi tu facias gnane pudende? Nihil. 180.
Nil tua proba, minas, generalis oeconoma rerum,
Curo, sed in cathedra glorior ipse mea.
Nec minus unguipotens df) *volucres; leo papiliones;*
Nec polis dg) *anguſtum tibur* dh) *avara minus.* di)
Nec minus archivolans dk) *tremulas generoſa* 185.
cicadas;
Quam tua vaniloqua dl) *verba minasque*
tremam. dm)
Quid tua ſanna poteſt. Si quis deriſor, & ipſe.
Deriſus turbis omnibus eſſe ſolet.
Nictimine dn) *ſonita deridet nocte volucres;*
Nunquid eam lacerat caetera turba die. 190.
Sic qui derident alios ridentur & ipſi.
Nil magis in populis eſt generale. Nota!
Ergo quieſce miſer! miſer ergo quieſce quieſce?
Nam leve verba potes ferre, ſed acta grave.
Tunc ego: deliris ſtomachor Ramnuſia dictis, 195.
Dum mihi proba tuis objicis orba metris.

df] accipiter vel aquila. dg) Conſtantinopolis. *db*] Roma. *di*] Senſus eſt. Nec minus Conſtantinopolis Romam curat. Sine metri damno ſenſus clarior redderetur verſum ita ſtruendo: *Nec minus anguſtum Tibur avara Polis.* *dk*] aquila. *dl*] MS. Helmſt. *vaniloquas.* *dm*] Verſus integer rectius ſtrueretur hoc modo: *Quam tua verba tremam vaniloquasque minas* *dn*] noctua.

A. C. MCXCII. *Dum mea veriloquis recitas convicia verbis*
Nil gravius vero ſaevior ira tenet.
Non opus eſt verbis, gladio qui percutit hoſtem:
Nam ſatis ad vulnus ſufficit enſis atrox.
Improper asne mihi genus? uſuraria! monſtrum!
Fronte capillata, ſed retro raſa caput!
Simia non es. Turpior es. Turpiſſima rerum
Res es: neſcio quid, quam nihil eſſe velim.
Sim licet agreſti tenuique propagine natus,
Non vacat omnimoda nobilitate genus.
Non praeſigne genus, nec clarum nomen avorum,
Sed probitas vera nobilitate viget.
In tenui calamo latitat mel ſaepe ſuave.
Et modici fontis temperat unda ſitim.
Nil tremis. Unde locus: Bucifal do) *ſaepiſſime muſcis,*
Et formicarum ſaepe fit eſca lupus.
Nil adeo validum, quod non quandoque teratur.
Hoc & ab invalido ſaepe videre potes.
Vomer humo; lapis unda; pollice gemma; quid ultra?
Saepe quod eſt ſolidum frangere molle ſolet.
Non ſemper Marium, nec ſemper ſaepe rotatum
Voluis Appollonium. Fortior alter erit.
Qui redimens mea probra fero pugnabit agone,
Et tibi forſan atrox auferet ille caput.
Tunc ea: pacificis loquar ex ratione loquelis,
Si placet & mecum pacificare velis,
Deſpicerer nimium, ſi ſtarem ſemper eodem
Vel

do) Bucephalus. Hic innuitur bos.

Digitized by Google

Vel bona, vel mala, vel inter utrumque manens. dp) A. C. MCXCII.
Omne, quod eſt crebrum, nimio ſordeſcit in uſu.
Omne, quod eſt rarum, carius eſſe ſolet.
Pullegio piper eſt generoſum vilius Indis,
Vilior herbicolor cautibus aſpis dq) *ibi.*
Carior eſt griſea gelidis chlamys aſpera Gothis
Qua fera carnificum dextera nudat ovem.
Bononiae dr) *claro plus milite clarus habetur*
Clarus, & horrendus marte furente pedes.
Non adeo potes, ipſe queri. Tibi ſaepe benigna,
Et, quamvis nunquam prodiga, larga fui.
Nunc ego ſic tibi, propono clementior eſſe,
Si libet & mecum pacificare velis.
Abſit iniqua canis, me tecum pacificare.
Sed tibi pacificet ſoeva Brunellus ds) *iners.*
Nam tibi nulla fides; nullus modus; ordine nullo
Vivis, & eſt ſocius pro ratione furor.
Tunc ea: judicio non tecum ſtare recuſo,
Ut videat lex hoc luſtiniana ſcelus.
Si bene dicis, habes, quod abeſt, jus, & rationem:
Si male, praeceptis ergo quieſce meis.
Ni melius, quam jura, ſcias, ignava, rotatus
Staret, quem gyras orbis in orbe tuo.
Siſtere judicio furioſae lege vetantur,
Ergo tibi jus, cum ſis furioſa, vetat.

Tunc

dp. MS. Helmſt. *tenens.* *dq*) MS. H. *jaſpis.* Rectius quod ad ſenſum Verſus ſimul ratio haberetur ſi ſcripſeris: *Cautibu jaſpis.* *dr*) Forte *Poloniae.* Gloſſa marginalis MSti Helmſtadienſis alios *Pannoniae* legere monet. *ds*) Aſinus a Nigello Wirekero Brunellus dictus.

A. C. MCXCII. 250. *Tunc ea: vade ferox. Hostis meus esse memento:*
Tu quoque vade, hostis esse memento mea.

LIBER III.

Finitis binis libris ternum sociemus.
Cum mea lamentans elegiaca dt) *factu referrem,*
Et cum fortunae verba inimica darem.
Ecce nitens proba, quae salomonior du) *est Salomone,*
Ante meum mater lumen amoena stetit.
Quam facies elevat, variat quam forma vicissim,
Nunc coelum, nunc plus, nunc capit illa solum.
Hanc phronesin dictam septena cohors comitatur,
Praebuit officium cuilibet illa suum.
Prima dx) *fovet pueros; alia* dy) *silogizat; amoenat,*
Tertia dz) *colloquiis; pertica illa* ea) *solum;*
Haec abacum monstrat alia ac) *philomenat; & altum*
Erigit ad superos septima ed) *virgo caput.*
His praedicta dea sedit comitata deabus,
Et, quasi compatiens jus patientis, ait:
Quae lethaea tuus potavit pocula sensus?
Quo tua dormitat mens peregrina loco?

Cer-

dt) miserabilia MS. Helmst. *Elegica.* *du*) sapientior *dx*) Grammat. *dy*) Logica. *dz*) Rhetorica *ea*) Geometria *eb*) Arithmetica. *ec*) Musica. *ed*) Astronomia.

Digitized by Google

Certe caecus es, & tua mens exorbitat idem, ee) A. C.
Tantillum neſcis, quod ſchola docta dedit MCXCII.
Heu quantum pateris. De ſola mente doleſco:
Quod tuus hoc peregre tempore ſenſus abit. 20.
St foret hic Hypocras, ef) *& tota medela Salerni*,
Morbida non vel ſic mens tua ſana foret.
Nam nequit antiquum medicina repellere morbum,
Quodque diu crevit durat in eſſe diu.
Heu doleo ſuper hoc, quod mentem perdis, & omni 25.
Bruteſcis ſenſu, beſtia factus homo.
Quid tibi cum lacrimis? Lacrimarum copia nullum
Participem voti debilis eſſe facit.
Qui gemit ingeminat ſua damna; dolore dolorem
Ampliat; & duplici funere viuus obit. 30.
Quid tibi & injuſtae fortunae? multaque ſemper
Paſſus es opprobrii vincula propter eam.
Vis ipſam non eſſe vagam? Natura repugnat,
Quae dedit inſtabilem ſemper & eſſe vagam
Seminat in ſpinis naturae jura retractans. 35.
Garrula divelli rana paludē nequit.
Qui cupit auferre naturam ſeminat herbam,
Cujus in Arturi eg) *tempore fructus erit.*

Te

---

ee) Rectius: *Es certe coecus. Tua mens exorbitat. Idem*
ef) Hippocrates. eg) Cum Arthurus in Britanniam redibit, id eſt nunquam.

Digitized by Google

A. C. MCXCII.

Te nimis aura rotat, nimiumque moveris amaris,
Et nimium ſtolidum te facit eſſe dolor.
Non hominem redolens hominis denigrat honorem,
Qui nequit adverſis proſpera juncta pati.
Utitur ignare dulci, non uſus amaro:
Namque per oppoſitum noſcitur omne bonum.
Diſce gravanda pati. Patientia temperat iram.
Et diros eh) *animos mentis oliva domat.*
Nonne recordaris: veluti ſtimulante tyranno
Moriger innocua Seneca morte perit?
Nonne meus Severinus ei) *inani jure peremptus*
Carcere Papiae non patienda tulit?
Nonne cupidineus metroſus Naſo magiſter
Expulſus patria pauper & exſul obit?
Quid referam multos, quorum ſine crimine vita
Verbera fortunae non patienda tulit?
Silua capillorum numeratis cederet illis,
Quos necis immunes inclita vita dedit.
Aſpera ferre decet. Maturant aſpera mentem.
Et bene matura plenius vua ſapit.
Per nimios aeſtus gelidas tranſitur ad umbras:
Sicque per oppoſitum dulcia quaerit homo.
Laurea pro poena, pro morte corona, reſultat.
Unde laborat homo, praemiat inde labor.
Quid facis immunde, mundique immunda quid optas?

Im-

eb) MS. Helmſt. *duros.* ei) Boëthius.

Immundus mundus quae tibi munda dabit? A. C.
Vivere ſtulte putasne per omnia ſecula? per MCXCII.
te ek) 65.
Factus es inſanus credulitate tua.
Inſani ſane capitis gravitate laborat,
Qui putat hoc mundo vivere poſſe diu.
Senſus abeſt tuus, & tuus intellectus oberrat.
Et tua lethaeis mens peregrinat aquis.
Dic ubi ſunt, quae te docuit Bononia quon- 70.
dam?
Haec, ego, dic, ubi ſunt, quae tibi ſaepe dedi;
Te multum foui, docui te; ſaepe rogavi;
Et mea ſecreta ſaepe videre dedi.
Tu mea vitis eras; tu palmitis umbra nouelli;
Tu fructus validam ſpem mihi ſaepe dabas. 75.
Te raſtris colui, ſepis ac munimine cinxi:
Et lapides ex te, & cuncta nocenda, tuli.
Tempus adeſt fructus: vitis dedit ipſa labruscas
Proque roſa creuit aſpera ſpina mihi. 80.
Heu cadit in ſpinas, quod ego in te ſemino, ſe-
men;
Et mentem ſpina ſuffocat ipſa tuam.
Quod loquor & moneo, quod ſemino ſuffocat ipſa
Quae male multiplicat ſemen arena ſuum.
Tu nimium tuus es, nimis & tibi credis, inepte, 85.
Et ſolus credis providus eſſe Cato.
Philoſophus nimis es, nimiumque platonior el)
ipſo.
Ultra philoſophos mens tua ſaepe fluit.

Abs-

ek) Italica formula jurandi. MS. Helmſt. *partim.* el) inſignior philoſophus ipſo Platone.

A. C. MCXCII. *Absque labore ſequi pythagorica cornua cervae* em)
Virtutem en) *dextro lumine nemo poteſt.*
90. *Aſt alia furca eſt facilis deſcenſus averni,*
Ut docet archiloqua voce poeta Maro.
Non ſine ſudore probitatis ſcanditur arbor:
Nec ſine ſudore martia palma venit.
95. *Laudo te, ſed in hoc non laudo, quod ipſa caduca*
Aufugiſſe citis greſſibus orbe gemis.
Proh! dolor! unde doles! proh dolor! unde times? dolor! unde
Ploras? quae tua ſunt o miſeranda cinis?
Primitus in mundo tecum tua quanta tuliſti?
100. *Nudus eras primo, & poſtea nudus eris.*
Tunc ego: mira refers, quid & hoc eſt vera ſophia,
Quod dicis? Nimis eſt hic mihi ſermo gravis.
Quis modo tam mitis, tam dulcis, tamque benignus,
Quem nimis haec ultra non ferat ira modum.
105. *Nunc ego cum videam paleis poſtponere grana,*
Cum ſuperet molles nunc ſaliunca eo) *roſas;*
Cum fructus hodie ante ſuos paret edere flores,
Arbor abortivis prodigioſa comis;
Cum, quod grande nefas, tollantur ad alta nefandi,
Et premitur vita deteriore probus;
Dic mihi: qui mores, quae vita, quis ordo, Neroni
Ur-

em) litera Y. en) MS. Helmſt. *Virtutum.*

Urbis & urbis opes, imperiumque, dedit? A. C.
Ecce, ſed id taceo, multi probitate vetante MCXCII.
Nomen habent, quibus eſt nominis umbra pudor.
Tunc ea: deciperis, nec te ignorantia juris
Excuſat, nimis es, imperioſe, rudis.
Quam gravis hic labor, & quam magna induſtria mentis,
Noſcere veraci cognitione probos.
Saepe bonos mendax mentitur opinio pravos
Atque e converſo promovet ipſa malos.
Omnis quae niveo volucris plumeſcit amictu,
Non eſt ſi ſimulet vera columba tamen.
Saepe ſub agnina latet hircus pelle lycaon;
Subque Catone pio perfidus ipſe Nero.
E contra, bene ſcis, inter latet hiſpida mollis
Tegmina ſanguineo tincta rubore roſa.
Tamque duces claros Itacum, ep) *prolemque Philippi* eq)
Membra per obſcuras littera priſca refert.
Multa vides igitur phaleris circumdata fictis,
Quae ſe longe aliter, quam videantur, habent.
Injuſtos habuiſſe doles faſtigia rerum:
Longa tibi ſtatus hic cauſa doloris erit.
Quam ſit ad alta trabi miſerum mortalibus omen
Neſcis. Si ſcires hoc, ſiluiſſe velis.
Promovet injuſtos fortuna volubilis, ut quos
Scandere praecipites fecit ad ima rotet.

ep] Ulyſſes dicitur Ithacus. eq] Alexandrum M.

A. C. MCXCII.

Nam graviore ruit turris tumefacta ruina,
Et gravius, pulsat alta cupressus humum.
Mens hominum quantis errorum coeca tenebris
Mergitur, ut reputet sola nefanda bonum.
Non felix, qui non, ubi crescat honore, sed hic qui
Non ubi decrescat quo neque possit habet.
Vae tibi! vae mortale genus! quod semper ad alta
Niteris, vt lapsu perfidiore cadas.
Hic gladios, hic pocula, saevus & hostis & hospes
Temperat interitus dira venena sui.
Aspice cui er) *toties capitolia celsa triumphos*
Obtulerant famulum fata tulisse suum.
Aspice quem es) *Babylon cupido potavit in auro.*
Fataque quam et) *tulerit Caesar acerba suis.*
Nonne ferox Macedo protectus ab hoste tyrannus
Corda venenatus inter amica perit?
Quid Darium referam? Quid Cyrum? quidve Neronem?
Nam tenui semper omine pendet honor.
Ecce modernorum priscis exempla relictis.
Paupertate nihil tutius esse potest.
Unicus ille leo, fidei vigor, vnicus imo
Murus, & hostis erat, eu) *vnicus ille timor.*
Dux ferus & nostrae Cunradus ex) *causa salutis,*

Cur

er) Julio Caesari. es) Crassum. et) MS. Helmst. quae. eu) MS. H. hostilis. ex) Marchio de Monteferrato qui pugnaverat contra Saracenos.

Digitized by Google

Cur quia magnus erat proditione perit. ey)
Qui modo regnantes & fortes fregerat arces, A. C. MCXCII.
Cui genus & cenſus robora multa dabant:
Nuper idem ez) *miſero ſub paupertatis amictu*
Captus & incluſus Anglicus fa) *acta luit.*
O coecum mortale genus! quid tutius ergo
Paupertate? Fere nil. Nihil abſque fece.
Vade per Hiſpanos. & nigros vade per Indos.
Vade per inſidias. Vade per omne nemus.
Vade per hoſtiles cuneos, turmasque latronum:
Dum modo ſis verus tutus egenus eris.
Quid faciet vacuus coram latrone viator?
Laetus & intrepidus fundet ad aſtra melos.
Qui rutili torques? quid proſunt ergo thiarae?
Quid ſceptrum? quid honos? quid loculuſve ſatur?
Quidve magiſtratus? & quid precioſa ſuppellex?
Paupertate nihil tutius eſſe poteſt.
Tunc ego: ſcire velim, ſi non nimis eſſet onuſtum:
Mundus an hic vitae deterioris erit?
An proprium, quod amo, ſcelus exuet? an magis iſto,
Quod jacet, infelix ſtabit in eſſe ſuo.
Dic tamen, vnde ſupra memini, bene cum retuliſti:
Immundus mundus quae tibi munda dabit.

ey) Richardus juſſit eam occidi. v. Gloſſa MS. Codicis Helmſt. ez) MS. H. *vac.* fa) Richardus Rex Angliae captus A. MCXCII.

A. C. *Tunc ea: Vix umbram gerit haec. Praeludia rerum*
MCXCII. *Solvere propoſitum luciditate queunt*
185. *Numquid ad argentum puro venimus ab auro,*
Alter ab argento curſus ad aera fuit.
Tertius in ferrum ſit curſus ab aere. Quid eſt nunc?
Decidit in curſu deteriore lutum.
Deficiente luto quid erit? Veniemus ad ipſum
190. *Stercus, & in tali foeteat omnis homo,*
Ecce vides, quantis putreſcit ſordibus iſte
Mundus, & hoc ipſo nomen habere nequit.
Omnia degenerant. Pejoribus omnia currunt
Curſibus, & fracto remige navis abit.
195. *Mundus amat; ſpernit; tenuat; ſectatur; abhoret:*
Peſſima; juſtitiam, jura; nefanda; bonum.
Mundus alit fraudes; refovet ſcelus; arcet honeſta;
Recta fugit; violat foedera; foeda cupit.
Ipſa caput mundi venalis curia Papae
200. *Proſtat, & infirmat caetera membra caput.*
Sacrum cerne nefas, utrumque pudentius aevo,
Venditur in turpi conditione foro.
Criſma ſacrum; ſacer ordo; altaria ſacra; ſacrata
Dona; quid haec ultra? Venditur ipſe deus.
205. *O ſacra, quae ſacras maculant commercia ſedes!*
O ſacra quae faciunt coelica templa forum!
Tale tuus mundus, ſi mundus jure vocatur:
Tale frequentatum ſudat fb) *habere forum.*

Ecce

fb) Mſs. Helmſt. *ſudet*

Ecce ſed iſta pudet circumvaga turba ſcholarum A. C.
Sectantur propria venditione forum. MCXCII.
Citra legis iter proh tam pretioſa propago 210.
Venit ſervili conditione dolor.
Libertas vitiata fugit; nec quamque vocari
Ingenium talem de ratione decet.
Ecce nefas ſeſe ſtimulante cupidine nupta 215.
Vendit, & innuptae contigit illud idem.
Si foret ut quondam Lucretia caſta, crumena
Cum ſibi porrigitur, cedet amara tibi
Penelope viduae nunc mercenaria vitae
Ad nummi ſonitus audiet illa preces. 220.
Venditur, o dolor! omnificis ſententia nummis,
Judiciumque pium copia frangit opum.
Deviat a vero corruptus munere judex,
Falſiloquumque facit jus pia gaza pium.
Luxus edax; livorque macer; malus ardor habendi: 225.
Vaſtat opes; mordet optima; corda cremat.
Peſtis adulatrix, pro ficto riſula vultu,
Cuncta poteſt, ſatrapis delitioſa comes.
Ecce ſuo Pylades, ſcelus! inſidiatur Oreſti.
Nuptaque ſub proprium ſanat fc) *iniqua virum.* 230.
Clericus edoctus; fd) *miles rudis; & levo vulgus:*
Negligit; horret; alit: jura; modeſta; malum.
Migrat in exſilium virtus; vitiumq; triumphat;
Regnat, & in populis grande tribunal habet.

fc) legendum *ſannat* & anterius *ſub* conjungendum. Rectius forte verſus ſic ſtrueretur: *Subſannat proprium nuptaque iniqua virum.* *fd*) legendum *indoctus*

A. C. MCXCII. *Neſcio quo coeco linita papavere dormit,*
Mensque creatorem neſcit iniqua ſuum.
En iterum toto lingua crucifigitur orbe.
En iterum patitur dira flagella deus.
Veſpaſiana manus iterum conſurgit, & omne
Diruit oceanum, qui ſcelerata patrat.
Factorem factura ſuum ſtimulante tyranno
Delicti factis deſpicit orba ſuis.
Inde fames venit, inde gravis diſcordia regnis,
Inde Cananaeis praeda cibusque fumus.
Inde premit gladius carnalis ſpiritualem,
Et vice converſa ſpiritualis eum.
Hinc ſubitos Atropos praedatrix occupat artus,
Nec ſinit, ut doleat poeniteatque miſer.
Jure vides igitur, quod recta ligatio nectit
Immundus mundus haec duo verba ſimul.

LIBER IV.

Vtiliter quartum debes hic diſcere librum.
Hactenus unde dolor, & quae fomenta doloris,
Vidimus, inventa perfiditate mali.
Nunc opus eſt, morbum lenis ut medicina refraenet,
Atque hoſtem faciat hoſtis abeſſe ſuum.
Primitus inſanas lacrimarum pelle procellas,
Quarum conjugio perditur omne bonum.
Nam dolor attenuat vires ubi planctus abundat,
Triſtitiamque mali decaplatiſſe ſui.
Si mala dat planctus, malus eſt hic ergo neceſſe:
Si malus, ergo nocet: ſi nocet, ergo fuge.
Contra moerorem: cape gaudia; velle refraena;
Atque mali finem ſemper adeſſe puta.

Gra-

Gratia ſuperveniet quae non ſperabitur hora, A. C.
Quae compenſabit fellea priſca favis. MCXCII.
Vna ſerena dies multorum nubila penſat, 15.
Et luteum tergit, quod facit vnda, ſolum.
Fortunam dimitte vagam, permitte vagari,
Quae nunquam ſtabili ludere fronte poteſt.
Contra fortunam ſis conſtans, ſis patiens, ſis
Ferreus, adverſis te neque frangat hyems. 20.
Fortuna ridente gemas; plorante joceris;
Ipſa ſit auſpicium tempus in omne tuum.
Cuncta rotat fortuna rota, qua cuncta rotantur:
Sic tenui magnus orbis in orbe perit.
Firmus in adverſis; piger ad mala; tardus ad iram; 25.
Promtus ad obſequium; triſtis ad omne nefas.
Sis tibi diſcipulus, aliisque magiſter, & intus.
Sis tuus, extra ſed totus alius eris.
Virtutem pete, ſed vitium fuge; quod ſit honeſtum
Quaere, quod utile, quod turpe fugando fuga. 30.
Amplexanda tibi cleri theſaurus honeſtas,
Et ratio populis heu modo rara comes.
Nec viſcoſa manus, oleoque nec uncta ſit, immo
Inter virumq; tenens, reſpuat omne nimis
Inter Democritum ſe) *triſtemque Demoſtena*
ff) *curre.* 35.
Inde ſtatum libret virga modeſta tuum.
Stillet in ore favus, ſed mente reſultet oliva.
Et non ſit totus ſenſus in ore tuus.

ſe) qui ſemper ridebat. ff) Gloſſa MS. Cod. Helmſt. ad hanc vocem: *Democenas fuit quidam philoſophus, qui ſemper flevit.*

A. C. MCXCII. *Respue multivagos; stabiles sectare; caduca*
Pensa; peccantes argue; siste leves.
Dicta minus sint; facta magis; sis parcus in hymnis; fg)
Parcus in opprobriis; largus ad omne decus,
Factaque si desint, non desint verba benigna:
Nam multos caros mellea lingua parit.
Majores sectare; patres venerare; minores
Instrue; vel juvenes punge, vel unge senes.
Ebrietatis onus fuge, sperne cupidinis arcum;
Exsulat hinc virtus haec ubi jura tenent.
Sibila nec vulgi, nec dona retrograda, cures.
Extra virtutem sit tua cura nihil.
Si petra sit glacies, quid ad hoc? magis utilis esset
Paganus tibi, quam claviger uncus homo. fh)
Aurum plumbescit. Quid ad hoc? Et nectar acescit:
Quodque monarcha negat saepe tetrarcha facit.
Ergo Dei porro confidas in bonitate,
Et tua virtutum jure secundet ea.
Natura contentus eris; mala scandala vita;
Et tua consilium quaelibet acta probent.
Ad tempus lusor fi) *nequam delusor amicus*
Semper sit minus in corpore, mente magis.
Sacriloquos rimare libros; mansuesce rogatus;
Legibus insuda; nil nisi justa refer.
Paucis dedecus; omnibus obsequium; caveas, ne
Frons

fg) laudibus. *fh*) Curvus semper attrahens ad se ut uncus. *fi*) laetus, jucundus.

Digitized by Google

Frons rugoſa neget, quod manus ipſa facit. A. C.
Qui decus oblatum rugoſa fronte venenat. MCXCII.
Plus mihi diabolo diſplicet ille dator.
Dona ſerenus homo, carumque ſerenat amicum,
Atque datum facie duplicat ipſe ſuum.
Nil niſi quod dederis premittas, namque trutanam
Eſſe facit linguam ſaepe chiragra manus.
Mallem te podagrum quam taliter eſſe chiragrum.
Invalidis pedibus auxiliantur equi.
Quod donare velis dones ſine ſpe redeundi:
Ne quod aperta dedit detrahat unca manus.
Nam dator ablator cancrum gradiendo figurat,
Quem cancrum faciat dedecus eſſe ſuum.
Nec circa famulos te peſſima conſiliatrix
Concitet iratis vocibus ira gravis.
Major enim virtus clementer habere clientes,
Quam quos majores efficit ipſe gradus.
Nec ſis linguoſus, nec in omni famine mutus,
Sed ſola ſtudeas utilitate loqui.
In te cognoſcas alios: magis utile nil eſt,
Et magis urbanus nullus in orbe poteſt.
Ne ſit amica tibi pruegnans extenſio ventris,
Nam nimis eſt miſerum corpus habere cibis.
Nulla minor virtus, ſocium quam vincere menſa,
Et ſacro ventris aequiparare peram.
Hypocritae vitium, Simonis contagia, quae nunc
Clericus omnis amat, ſint inimica tibi.

A. C. MCXCII.

Accuſare cave, quae non accuſat abuſus:
Ne male procedens tu patiaris idem.
Proſpera non ſemper, nec quaeras ſemper amoena:
Non ſemper dulcis lingitur ore favus.
Non omni pratum feſtinant tempore flores,
Nec ſemper viridis purpurat herba ſolum.
Vtere diſcretis, quibus inclyta vita ſit, unde
Non niſi diſcretum ſumere nemo poteſt.
Namque bonis bona, ſed de pravis prava trahuntur.
Dulcia de dulci palmite vina fluunt:
Non roſa dat ſpinas, quamvis ſit filia ſpinae.
Nec violae pungunt, nec paradiſus obeſt.
Plus tibi ſit carum mundum, quam mundus; amicus,
Quam ſocius, quam ſit ſanguinis ipſe gradus.
Ne nimium ſtolide tu credas credulitate:
Nam plus quam Scarioth tradidit illa viros.
Non magis Iconium Fredericum fk) *tradidit olim,*
Quam nunc credulitas ſuſpicioſa ſuos.
Plurima ſuſtineas, jungas medicamina morbis,
Vt multum morbum multa medela fuget.
Vt varias optant diverſa negotia leges,
Sic varias phyſicas inualetudo tremens.
Hae ſuccos, hae ſemen amant, hae corticegaudent,
His coma, radices his, medicina favent.

Phre-

fk) De Friderico I. Barbaroſſa dictum intelligit Chriſtianus DAVMIVS in epiſtol. philog. critic. p. 164.

Digitized by Google

Phreneticos maluae, colicos abſinthia curant, A. C.
Empticus anetum, lac quoque ſpaſmus amat. MCXCII.
Sic non officium celebrat quinarius vnum
Senſus, ſed propria quilibet arte viget.
Ille colores; ille ſonos; ſapit ille ſapores;
Alter odoratus; alter amoena ſapit. 120.
Tu quoque, quem nimio vitium deforme fatigat
Pondere, virtutum pocula plura bibas.
Sit tibi cara tui victoria plus aliena,
Et te plus aliis vincere marte ſtude.
Crede mihi magis eſt virtute domare ſeipſum, 125.
Quam vice Samſonis ſternere mille viros.
Quemlibet officiis, nec quaeras quis ſit, honorà;
Nam multos claros fl) *laetus amicat honor.*
Greſſibus aſſiduis quisquis bene quaerit honorem,
Reciprocis gradibus hunc quoq; quaerit honor. 130.
Blandus adulator, & proditor impius, aequo
Semper, dum vivis, ſint in amore tibi.
Nam naturali blanditor jure tenetur
Riſibus & phaleris proditor eſſe ſuis.
Fiſtula dulce canit, ſi non mihi, crede Catoni, 135.
Dum lyra dulciſono carmine prodit aves.
Nec nimis aſtutis vulpeſcat lingua querelis:
Nam dubiam pariunt vulpida verba fidem.
Neve tuum jactes alienum deprecor hymnum:
Ne volucrum ſynodo nuda cachinet avis. 140.
Nunquam cervicem ſine cauda pingere tentes;
Nam ſine fine ſuo primitiare nocet.
Mutus ad opprobrium; ſurdusque ad murmura; coecus

Ad

fl) MS. Helmſt. CAROS.

A. C. MCXCII.

Ad vanum; ſtolidae claudus ad artis iter.
Hymnificet de te tua non, ſed vox aliena:
Nam bene feſtivos ſtercorat illa viros.
Sit tibi plus inimica noverca ſuperbia morum,
Quam quae Chriſticolas gens Soladina necat.
Sitque magis ſolito fm) tibi guſtus amoris amarus:
Nam ſcio quod ſcio quod tu fere fn) ſtultus amas.
Quid tibi cum ganea? quid cum meretricis alumno?
Credis tu Paridi? ſtultus es atque pater.
Spurius ille puer nullum ſvadebit honeſtum.
Natus adulterio ſemper adulter erit.
Quos heremitat amor potius deremitat & ipſe,
Fac, amet Hypolitus, mente Priapus eris.
Eſt fugiendus ob iſta fide jejunus ab omni,
Qui nimis orbiculat ſeque crumenat, amor.
Proſcribas igitur gladiis & fuſtibus ipſum,
Et fugiendo fuga, quae fuga ſola fugat.
Nec te pigritiae conſors dilatio tardet:
Ad bona nam cupiens omnia tarda putat.
Nam mora denigrat donum, meritumque minorat,
Sed cita grandificat munera parva manus.
Ne credas ſolos magnates eſſe timendos:
Eſt fidus ſocius eſt & amicus amans.
Major honor Pyladem carumq; timere ſodalem,
Quam Syriae regem caeſareosque duces.
Invidiam fugias morſusque ſororis iniquae,
Quae

fm) MS. Helmſt. ſalice. fn) MS. H. vere

Quae rapido clarum dente caninat opus. A. C
Nec te praetereat humanae ſortis origo: MCXCII.
Terrea teſta; luti gleba; miſerque cinis.
Heu caro noſtra dolor, plus flore caduca caduco,
Qui parvo ſpatio fit puer atque ſenex.
Quam fragilem textrix contexit aranea telam:
Tam fragili tegitur tegmine vita brevis.
Quemlibet in propriis gradibus probitatis honora:
Optimitas tibi ſit plus bonitate placens.
Simplicitate fruens hic Scotica fercula fo) *miſcet,*
Qui plus atque minus aequat honore pari.
Fermentat claros numeroſa pecunia mores,
Quae tibi ſi fuerit hoſpes & hoſtis ego.
Moribus excultus; ſincerus mente; modeſtus
Actibus; exemplum voce; rigore gravis;
Dura; modeſta; probis: patiens; maturus; abundans:
Perfer; ama; tribuas: mente; vigore; manu.
Contra ventoſas rabies, & fulminis ictus,
Plus quercu ſolida lenis arundo poteſt.
Praevalet in cunctis diſcreta modeſtia rebus.
Qua ſine virtutum grande peribit opus.
Nam pravis dare nil aliud quam prava fovere,
Unde probis tantum debet adeſſe manus.
Sint licet obſcuri ne ſpernas corporis artus,
In quibus ingenium plus brevitate poteſt.
Lampadibus templum ditans, dulcore palatum,
Eſt

fo) Scoti conſvevere fercula miſcere omnia in unam ollam.

A. C. MCXCII.

Eſt brevis & fructu duplice ſeruit apis.
Eſt brevis accipiter, volucrum tamen obruit agmen:
Et fugat elatum vipera parva bovem.
Sit tibi perpetuum ſpolians deriſio dentes
Hoſtis, & inſidiae ſit dolus illud idem.
Diſcretus ſis, & ſapiens, vrbanus honorus,
Providus, intentus, ſtrenuus, eſto vigil.
Scripta legens veterum rigidum ſectare Catonem,
Morigerum Senecam, pacificumq; Probum.
Dulichium; Araſtum; Ciceronem; Neſtora; Titum:
Pectore; conſilio; more; loquendo; manu.
Indue virtutum trabeam, mentemque tyrannim fp)
Exue, quaere bonum deſpiciasque malum.
Non Hypocras, non ipſe ſuis Podalirius herbis,
Non licet ingenium fundat Apollo ſuum.
Omnia verboſis memorant medicamina linguis,
Quae ſi tentarem ſingula, tempus abit
Et mihi ſecaneos ubi noſtra palatia muros,
Sic ſtat propoſitum mentis adire libet.
Ergo dicta tuis jungas medicamina morbis,
Et quaecunque vides proficienda tibi.
Litibus hoſtis; fraudibus hoſtis; criminis hoſtis;
Et quae deprauant omnibus hoſtis eris.
Juris amicus; honoris amicus; amicus honeſti;
Et quae juſtificant rebus amicus eris.

Haec

fp) MS. H. *Tratannam.* Gloſſa addit: *Joculatorem.*

Digitized by Google

Haec praecepta libens vigili trahe morbidus aure, A. C. MCXCII.
Quae permixta ſimul combibe, ſanus eris.
Et licet haec bona ſint, multo potiora relinquo,
Quae non ſunt humeris officioſa tuis.
Haec tibi ſufficiant. Non omnia poſſumus omnes. 225.
Tu quod habere vales ſuſcipe, velle ſive.
Argento fruitur, rutilans cui deficit aurum:
Et violas carpit, qui nequit ungue roſam.
Tunc iter arripiens, ait: Haec Henrice reconde,
Et finem verbis hunc dedit illa: Vale. 230.
O meus alter ego probitatis alumnus & hoſpes,
Longepres Henricum ſuſcipe mente tuum.
Nulla remota via ſolidum partitur amorem,
Et quem partitur integritate caret.
Nec mons, nec planum, nec pars ſpecioſa marina, 235.
Diſſiungunt hos, quos copulat unus amor.
Longepres unde locus quod amor dimittat amorem?
Talis ab oppoſito dicitur eſſe locus.
Ergo, ut vivat amor, concordia donat, & unum.
Velle, duos unum mentibus eſſe facit. 240.
Tuque nec immerito, cui nomen floris adhaeret,
Florentine ſtatum mente reſume tuum.
Parco tibi quia parco tuis, flos inclyte, culpis
Ni tua vivifices fq) *tiſibus acta tuis.*

Suſcipe

fq) MS. Helmſt. *Damnifices.*

A. C. MCXCII. *Suſcipe millenis citharam, quam dirigo, neruis*
Orpheus ignota carminis arte rudis.
Inclyte, cui vivo, ſi vivo, prouide praeſul
Florentine, ſtatum ſcito benigne meum.
Sum paſſus gravia, graviora, graviſſima, quarto
Paſſio, ſi velit ars, poſſit ineſſe gradu.
Ergo vale praeſul. Sum veſter. Spiritus iſte
Poſt mortem veſter, credite, veſter erit.
Vivus & extinctus te ſemper amabo. Sedeſſet
Viventis melior, quam morientis amor. fr)

Explicit liber Henrici Florentini.

In MSto Helmſtadienſi adduntur ſequentes hexametri verſus:

Aſſignant cauſam quidam ſic efficientem
Hoc opus exegit metroſus philoſophus dux
Ex te nomen habet qui Sangelſinus habetur
Creditur & nomen Hinricus quod ſibi detur
Hinricus veram docuit qui philoſophiam
Praeſcriptos libros dictavit quatuor iſtos
Pauperis in ſpeciem qui deridetur ubique
Oſtendens plures homines nimis impatientes
Quando res perdunt vel corpus debile tremunt
Qui cum fortuna promunt turpiſſima verba
Et mallent flentes ſe genuiſſe parentes
Qui poſt converſi poſſunt ubicunque doceri
In rectamque viam duci per philoſophiam

Quae

fr) Quatuor verſus poſtremi ſuperant numerum mille verſuum, quo auctor paulo ante Elegiam ſuam ſcriptam eſſe docuit.

Digitized by Google

Quae dat in his libris documenta perophina cunctis A. C. MCXCII.
Quae cuncto populo proſunt veterique nouello
Ergo diſcendi bene ſunt iſti tibi libri
Verſus praedictos dictauerat Hugo ſacerdos
Qui propriis librum manibus conſcripſerat iſtum.

LXXVIII.

MAVRITIVS.

Somerſetus. Ciſtercienſis monachus in coenobio Fordenſi. Claruit A. MCXC. *a*) vel MCXCIII. *b*)

Scripſit I. de *ſchemate Pontificali* Lib. I. carmine, quem Reginaldo Bathonienſi epiſcopo dedicavit. II. *Carmina* plura Lib. I. *c*)

LXXIX.

LEO.

Eum Pariſiis vixiſſe ſedente Coeleſtino III. P. R. ab A. MCXCI. ad A. MCXCVIII. & Poëtam fuiſſe colligo ex AEGIDII Pariſienſis Karolino, ejuſque Libro V. in Franc. DUCHESNE *Scriptor. Francor. Hiſtor. T. V. ed. Pariſ. 1649. p. 323.* vbi hae leguntur:
Nec minus in ſacris melico ſermone Leonem Ludentem hiſtoriis (ſcil edidit Lutetia:)

a) v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 3. n. 30. *b*) v. Joh. PITSEVS de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 271. *c*) v. Jo. BALEVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII

LXXX.
PETRVS.

MANDUCATOR dictus, *a*) seu COMESTOR cognomento. *b*) Trecis oriundus. *c*) Presbyter ecclesiae Trecensis. *d*) Decanus salutatur ab Aub. MIRAEO. *e*) Claruit sub Friderico imperatore primo A. MCLX. *f*) Obiit A. MCXCVIII. XII. Kal. Novembr. *g*)

Carmine exercitatus fuit & prosa, scripsitque utroque stylo quaedam praeclara opuscula. *h*)

Comestoris metra in *laudem B. Virginis* manuscripta habentur in bibliotheca Paulina academiae Lipsiensis. *i*)

Scripsisse Petrum nostrum *allegorias super utrumque Testamentum*, easque redegisse in librum metricum, quem intitulavit *Auroram*, perhibet Chronicon quoddam MS. inter Codices Thomae BODLEII MSS. n. 14. Tr. 10. nunc bibliothecae Bodleianae Oxoniensis n. 1979. *k*) Illius autem auctorem Petrum Comestorem cum Petro de Riga confundere existimo.

LXXXI.
AEGIDIVS.

IOAN-

LXXX. *a*) v. HENRICVS Gandav. de Scriptor. Eccles. Cap. 32. *b*) v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 380. *c*) v. HENRICVS l. c. *d*) v. TRITHEMIVS l. c. *e*) Schol. ad Henrici l. c. *f*) TRITHEMIVS l. c. *g*) v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m 592. *h*) v. TRITHEMIVS l. c. *i*) v. Joach. FELLERI catalogum p. 391. n. 638. *k*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 100.

IOANNES. Aegidius appellatur a Joh. Alb. FABRICIO. *a*) Natione Graecus, ſi fides habenda Joh. TRITHEMIO, *b*) privatim Athenienſis ſi credendum Chriſtophoro HENDREICH. *c*) Fortaſſe dictus fuit Athenienſis, quod Athenis per aliquod tempus verſatus eſſet ſtudiorum cauſſa, perinde ut alii quidam Angli illa aetate, de quibus LELANDVS p. 266. Jo. LELANDVS p. 251. de ſcriptoribus Britannicis refert Aegidium ex anglia patria contuliſſe ſe Lutetiam Pariſiorum. *d*) Parienſis ortu habendus eſt teſtimonio alius cujusdam AEGIDII Pariſienſis. *e*) Monachus ordinis S. Benedicti *f*) Corbejenſis, teſte codice quodam MSto bibliothecae Paulinae Lipſienſis, *g*) vel Corbolienſis. *h*) Hinc Corboilenſis dicitur in inſcriptione libri manuſcripta de virtutibus & laudibus compoſitorum medicaminum. Corbolium, vernacule Corbeil, oppidum vetuſtum eſt in ſinistra ripa Sequanae, ſex aut ſeptem parvis leucis, hoc eſt quinque aut ſex horarum itinere Lutetia Pariſiorum diſtans. Carbolienſius quidam Aegidius diverſus habetur A. C. MCXCVIII

LXXXI. *a*) Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 872. & Supplem. p. 347. *b*) de Scriptor. Eccleſ. n. CCXLI. *c*) Pandectar. Brandenb. p. 44. b. *d*) v. FABRICIVS Supplem. l. c. *e*) in Karolino Lib. V. v. Franc. DVCHESNII Hiſtor. Francor. Scriptor. T. V. p. 323. *f*) v. TRITHEMIVS l. c. *g*) v. FELLERI Catalog. p. 255. n. 21. *h*) v. FABRICIVS Bibl. Lat. ed. cit. p. 872.

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII a noſtro in Chriſtophori HENDREICH Pandectis Brandenburgicis. *i*) Claruiſſe Aegidium A. DCC. vult TRITHEMIVS, *k*) & Chriſtophorus HENDREICH. *l*) is tamen contradicit Jo. Alb. FABRICIVS, *m*) & ſcriptorem ſeculi XII. Aegidium noſtrum habet. Favet poſtremae ſententiae AEGIDIVS Pariſienſis *in* Karolino tempore Coeleſtini III. ab A. MCXCI. ad A. MCXCVIII. Pontificis Romani ſcripto, qui Libro V. ita: *n*)

Nominis ille mei celeberrimus arte medendi
Cum ſit & hic (Pariſiis) ortus, cujus facundia
grata eſt,
Et nunquam laudanda ſatis, nec in agmine
vatum
Nominis extremos ſortiri debet honores.

Scripſit 1. Opus inſigne metro compactum de *pulſibus* Lib. I. Initio: *Ingenii vires modicis*; *o*) verſu hexametro. *p*) Prodiit cum libro de Urinis cum Commentariis Gentilis de FVLGINEO Venet 1494. in 8. Cum Petr. LEONIS de Urinis tract. Venet 1514. F. Ex correct. Avenant. de CAMERINO Lud. 1566. (vel 1505. *q*)) 8. & Baſil. 1529. 8. *r*) Exſtat cum commentario manuſcripto inter codices

i) p. 45. a. *k*) l. c. *l*) l. c. p. 44. b. *m*) in Bibl. Lat. l. c. & in not. ad TRITHEMII l. c. *n*) in DUCHESNIO l. c. *o*) v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 241. *p*) v. Joh. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1718. p. 873. *q*) v. FABRICIVS l. c. *r*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 44. b.

Digitized by Google

ces quos GV. LAVD donavit Bibliothecae Bodleianae G. n. 87. Tr. 7. *s)* Exſtat & Liber Aegidii de Pulſibus metrice cum Commentario proprio in Collegio Martonenſi in Oxonia manuſcriptus n. 221 *t)* Idem liber cum gloſſis exſtat manuſcriptus in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis *u)* A. C. MCXCVIII

II. De *vrinis* librum verſu hexametro. *w)* Non de *venis*, vt habet Joh. TRITHEMIVS *x)* Nec de *venenis*, vt legitur in HOFMANNI Lexico Univerſali T. I. p. 41. *y)* Initio: *Dicitur vrina quia fit in renibus una* *z)* Prodiit cum libro de pulſibus. Aegidii verſus de vrinis cum gloſſis manuſcriptis exſtant in Bibliotheca Paulina Academiae Lipſienſis. *aa)* Liber Aegidii de Urinis cum commentario GILBERTI vel Gileberti Anglici ſervatur manuſcriptus in Collegio Mertonenſi in Oxonia n. 220. *ab)* & n. 221. *ac)* & n. 288. *ad)* item in Bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. *ae)*

III. Scripſit & de *Antidotis*, quod in quibusdam Bibliothecis Manuſcriptum occurrit

s) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. I. p. 69. n. 1252. *t)* v. Catalogos cit. P. II. p. 20. n. 688. *u)* v. FELLERI Catalog. p. 265. n. 21. p. 278. n. 28. *w)* v. FABRICIVS l. c. *x)* l. c. *y)* v. FABRICIVS l. c. not. (*t*) *z)* v. FABRICIVS not. ad Trithemii l. c. *aa)* v. FELLERI Catal. p. 262. n. 48. p. 270. n. 9. p. 280. n. 39. *ab)* v. Catalogos cit. l. c. n. 687. *ac)* v. l. c. n. 688. *ad)* v. l. c. p. 23. n. 755. *ae)* v. FELLERI Catalog p. 256. n. 24.

A. C. MCXCVIII rit. *af*) Non differre hoc ſcriptum a poe mate de *compoſitione Medicamentorum* e huius praefatione colligo. Eprologo huiu poematis quatuor hexametros affert Gabri el NAVDAEVS Quaeſtione Jatrophiloſophic 3. p. 94.. *ag*) Exſtat liber hic manu Mar quardi Gudii exſcriptus in Bibliotheca Du cali Gvelpherbytana, quem inregrum edam;

SECTIO V.

LIBER

DE

VIRTVTIBVS ET LAV-DIBVS.

COMPOSITORVM MEDICAMINVM METRICE COMPOSITVS

EDITVS A

MAGISTRO AEGIDIO, CORBOILENSI.

INtroducendis in practicam, ex nullo libr medicinali tam foecunda & fertilis phy ſicae experientiae ratio comparatur, tam fru ctifera practicae adminiſtrationis doctrina col ligitur, ex nullius diſciplinae munimentis me dendi artifex naturae vernaculis ah) *in re mediandis corporibus, in reſarciendis defecti bus*

af) v. Jo. A. FABRICII Biblioth. Lat. ed. 1712. p. 87
ag) v. FABRICIVS l. c. *ah*) Gudius legit: *nonaculi*

Digitized by Google

bus, in curandis aegritudinibus, ita ad ple- A. C.
num armatur & accingitur, ſicut ex libro MCXCVIII
ANTIDOTARII. Qui ideo ANTIDOTARIVS inſcribitur, quia in eo ſumma omnium antidotorum & medicaminum ad morborum curationes pertinentium, ſummatim & breuiter texitur. Priori ſecundum ordinem alphabeti omnium antidotorum, electuariorum, emplaſtrorum, cataplaſmatum, & vnguentorum, & ne diſcurram per ſingula, omnium peritiae medicinali ſuffragantium virtutes & potentiae diſtinguuntur, & contra quas valeant aegritudines exprimitur & modi exhibitionum determinantur. In eo ſingulorum medicaminum receptiones declarantur, & omnium, quae recipiuntur in medicinis, ponderum quantitates appenduntur. Vnde iudicio meo, vt fatear verum, vt ſine nube mendacii, vt ſine inuolucro ambiguitatis nuda veritas prodeat in apertum, practicae ſtudioſi ſi prouida cauſarum diſcretione pollerent, ſi eorum operibus ſpeculationes theoricae praeradiarent intellectus, ne operatio fatua carens regimine contemplationis in praecipitium traheretur erroris, abiectis inutilibus quarundam practicarum ſarcinulis, ſatis larga & diffuſa Antidotarii diſciplina poſſent eſſe contenti. Ex ipſo Antidotario amariolo artifex frameatur: ſi eius exercitium habuerit & diligenti ac ſedula eius doctrinam obſeruatione coluerit, vt ſciat quando debeat addere,

A. C. MCXCVIII

quando ſubtrahere, quando vnum ex aliis contemperare; omnem humani corporis peſtem, omnem naturae incommoditatem ſufficiet expugnare. Sed inquis: modo hunc librum euolvere volo, modo illum. Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare, quae vbi varia ſunt & averſa, inquinant, non alunt. Probatos itaque ſemper lege libros, & ſi quando ad alios diuertis, ad priores redi: & cum multa percurreris, vtiliora quaedam excerpe, quae illo die ſtudii calore & frixorio meditationis decoquas. Diſtrahit nos librorum multitudo, confuſio experimentorum. Itaque cum legere non poſſis, quantum habeas: ſatis eſt habere quantum legas; vbi animus ad plura diſtrahitur, minor ad ſingula reperitur. Mens diviſa non impetrat.

Scita bipartito cum mens diſcurrit vtroque
Alterius vires ſubtrahit alter amor.

Multitudo librorum locupletat aream, depauperat rationem: fragilis eſt memoria & rerum turbae non ſufficit.

Atque opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Magna dementia eſt in tanta temporis egeſtate ſuperfluitati librorum intendere, cum tempus breue ſit & anguſtum, cum ſit quaſi punctum & fere puncto minus. Breuitati itaque inſudantes meliora eligamus capitula & libros magis foecundos, ſine quibus non poteſt coena duci practicae diſpenſationis, de quibus librum Antidotarii elegimus, vt ſecundum medi-

Digitized by Google

medicam rationem, quae memoriae concilian- A. C.
dae habilior eſt, laudes & virtutes omnium MCXCVIII
medicaminum ſecundum antidotarii ſeriem exponamus, ſubſtramentum & materiam noſtrae expoſitionis ſumentes gloſſas ſuper antidotarium a magiſtro Matthaeo Plateario editas conſtituentes. His decurſis ad rem accedamus, & propoſito operi, inuocato diuino auxilio, quo praetermiſſo nullum rite fundatur exordium, more debito inſiſtamus.

PROLOGVS.

Quae ſecreta diu noctis latuere ſub vmbra
Clauſa, verecundi ſigno celata pudoris,
Geſta ſub inuolucris mentis, clareſcere quaerunt.
Eruta de tenebris cupiunt ſub luce videri.
Tecta patent. Obſcura nitent. Scintillaque mentis.
Fulgurat, accenditque novum fax ignea vatem.
De tepida concepta prius tenuique fauilla
Iam large rutilos emittit lampadis ignes.
Provehitur ſeges in culmum, foecundaque multo
Ordine granorum canis albeſcit ariſtis,
Granaque proſiliunt ſtudii concuſſa flagello.
Vinea turgeſcit botris, iam palmes adultus
Germinat, & ſterili vindemia pendet in vlmo.
Muſta fluunt multo praetorculata labore,
Iamque ſuis digeſta latent abſcondita cellis,

A. C. MCXCII. *Suſcipe millenis citharam, quam dirigo, neruis*
Orpheus ignota carminis arte rudis.
245. *Inclyte, cui vivo, ſi vivo, prouide praeſul*
Florentine, ſtatum ſcito benigne meum.
Sum paſſus gravia, graviora, graviſſima, quarto
250. *Paſſio, ſi velit ars, poſſit ineſſe gradu.*
Ergo vale praeſul. Sum veſter. Spiritus iſte
Poſt mortem veſter, credite, veſter erit.
Vivus & extinctus te ſemper amabo. Sedeſſet
Viventis melior, quam morientis amor. fr)

Explicit liber Henrici Florentini.

In MSto Helmſtadienſi adduntur ſequentes hexametri verſus:

Aſſignant cauſam quidam ſic efficientem
Hoc opus exegit metroſus philoſophus dux
Ex te nomen habet qui Sangelſinus habetur
Creditur & nomen Hinricus quod ſibi detur
Hinricus veram docuit qui philoſophiam
Praeſcriptos libros dictavit quatuor iſtos
Pauperis in ſpeciem qui deridetur ubique
Oſtendens plures homines nimis impatientes
Quando res perdunt vel corpus debile tremunt
Qui cum fortuna promunt turpiſſima verba
Et mallent flentes ſe genuiſſe parentes
Qui poſt converſi poſcunt ubicunque doceri
In rectamque viam duci per philoſophiam

Quae

fr) Quatuor verſus poſtremi ſuperant numerum mille verſuum, quo auctor paulo ante Elegiam ſuam ſcriptam eſſe docuit.

Digitized by Google

Quae dat in his libris documenta perophina cunctis A. C. MCXCII.
Quae cuncto populo proſunt veterique nouello
Ergo diſcendi bene ſunt iſti tibi libri
Verſus praedictos dictauerat Hugo ſacerdos
Qui propriis librum manibus conſcripſerat iſtum.

LXXVIII.
MAVRITIVS.

Somerſetus. Ciſtercienſis monachus in coenobio Fordenſi. Claruit A. MCXC. *a*) vel MCXCIII. *b*)

Scripſit I. de *ſchemate Pontificali* Lib. I. carmine, quem Reginaldo Bathonienſi epiſcopo dedicavit. II. *Carmina* plura Lib. I. *c*)

LXXIX.
LEO.

Eum Pariſiis vixiſſe ſedente Coeleſtino III. P. R. ab A. MCXCI. ad A. MCXCVIII. & Poëtam fuiſſe colligo ex AEGIDII Pariſienſis Karolino, ejuſque Libro V. in Franc. DUCHESNE *Scriptor. Francor. Hiſtor. T. V. ed. Pariſ. 1649. p. 323.* vbi hae leguntur:
Nec minus in ſacris melico ſermone Leonem Ludentem hiſtoriis (ſcil edidit Lutetia:)

a) v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 3. n. 30. *b*) v. Joh. PITSEVS de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 271. *c*) v. Jo. BALEVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII

LXXX.

PETRVS.

MANDUCATOR dictus, *a*) seu COMESTOR cognomento. *b*) Trecis oriundus. *c*) Presbyter ecclesiae Trecensis. *d*) Decanus salutatur ab Aub. MIRAEO. *e*) Claruit sub Friderico imperatore primo A. MCLX. *f*) Obiit A. MCXCVIII. XII. Kal. Novembr. *g*)

Carmine exercitatus fuit & prosa, scripsitque utroque stylo quaedam praeclara opuscula. *h*)

Comestoris metra in *laudem B. Virginis* manuscripta habentur in bibliotheca Paulina academiae Lipsiensis. *i*)

Scripsisse Petrum nostrum *allegorias super utrumque Testamentum*, easque redegisse in librum metricum, quem intitulavit *Auroram*, perhibet Chronicon quoddam MS. inter Codices Thomae BODLEII MSS. n. 14. Tr. 10. nunc bibliothecae Bodleianae Oxoniensis n. 1979. *k*) Illius autem auctorem Petrum Comestorem cum Petro de Riga confundere existimo.

LXXXI.

AEGIDIVS.

IOAN-

LXXX. *a*) v. HENRICVS Gandav. de Scriptor. Eccles. Cap. 32. *b*) v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 380. *c*) v. HENRICVS l. c. *d*) v. TRITHEMIVS l. c. *e*) Schol. ad Henrici l. c. *f*) TRITHEMIVS l. c. *g*) v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m 592. *h*) v. TRITHEMIVS l. c. *i*) v. Joach. FELLERI catalogum p. 391. n. 638. *k*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 100.

Digitized by Google

IOANNES. Aegidius appellatur a Joh. Alb. FABRICIO. *a*) Natione Graecus, ſi fides habenda Joh. TRITHEMIO, *b*) privatim Athenienſis ſi credendum Chriſtophoro HENDREICH. *c*) Fortaſſe dictus fuit Athenienſis, quod Athenis per aliquod tempus verſatus eſſet ſtudiorum cauſſa, perinde ut alii quidam Angli illa aetate, de quibus LELANDVS p. 266. Jo. LELANDVS p. 251. de ſcriptoribus Britannicis refert Aegidium ex anglia patria contuliſſe ſe Lutetiam Pariſiorum. *d*) Pariſienſis ortu habendus eſt teſtimonio alius cujusdam AEGIDII Pariſienſis. *e*) Monachus ordinis S. Benedicti *f*) Corbejenſis, teſte codice quodam MSto bibliothecae Paulinae Lipſienſis, *g*) vel Corbolienſis. *h*) Hinc Corboilenſis dicitur in inſcriptione libri manuſcripta de virtutibus & laudibus compoſitorum medicaminum. Corbolium, vernacule Corbeil, oppidum vetuſtum eſt in ſiniſtra ripa Sequanae, ſex aut ſeptem parvis leucis, hoc eſt quinque aut ſex horarum itinere Lutetia Pariſiorum diſtans. Carbolienſius quidam Aegidius diverſus habetur A. C. MCXCVIII

LXXXI. *a*) Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 872. & Supplem. p. 347. *b*) de Scriptor. Eccleſ. n. CCXLI. *c*) Pandectar. Brandenb. p. 44. b. *d*) v. FABRICIVS Supplem. l. c. *e*) in Karolino Lib. V. v. Franc. DVCHESNII Hiſtor. Francor. Scriptor. T. V. p. 323. *f*) v. TRITHEMIVS l. c. *g*) v. FELLERI Catalog. p. 255. n. 21. *h*) v. FABRICIVS Bibl. Lat. ed. cit. p. 872.

A. C. MCXCVIII a noſtro in Chriſtophori HENDREICH Pandectis Brandenburgicis. *i*) Claruiſſe Aegidium A. DCC. vult TRITHEMIVS, *k*) & Chriſtophorus HENDREICH. *l*) is tamen contradicit Jo. Alb. FABRICIVS, *m*) & ſcriptorem ſeculi XII. Aegidium noſtrum habet. Favet poſtremae ſententiae AEGIDIVS Pariſienſis in Karolino tempore Coeleſtini III. ab A. MCXCI. ad A. MCXCVIII. Pontificis Romani ſcripto, qui Libro V. ita: *n*)

Nominis ille mei celeberrimus arte medendi
Cum ſit & hic (Pariſiis) ortus, cujus facundia grata eſt,
Et nunquam laudanda ſatis, nec in agmine vatum
Nominis extremos ſortiri debet honores.

Scripſit 1. Opus inſigne metro compactum de *pulſibus* Lib. I. Initio: *Ingenii vires modicis*; *o*) verſu hexametro. *p*) Prodiit cum libro de Urinis cum Commentariis Gentilis de FVLGINEO Venet 1494. in 8. Cum Pet. LEONIS de Urinis tract. Venet 1514. F. Ex correct. Avenant. de CAMERINO Lud. 1565. (vel 1505. *q*)) 8. & Baſil. 1529. 8. *r*) Exſtat cum commentario manuſcripto inter codices

i) p. 45. a. *k*) l. c. *l*) l. c. p. 44. b. *m*) in Bibl. Lat. l. c. & in not. ad TRITHEMII l. c. *n*) in DVCHESNIO l. c. *o*) v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 241. *p*) v. Joh. Alb. FABRICII Bibl. Lat. ed. Hamb. 1712. p. 873. *q*) v. FABRICIVS l. c. *r*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 44. b.

ces quos Cv. LAVD donavit Bibliothecae Bodleianae G. n. 87. Tr. 7. *s)* Exſtat & Liber Aegidii de Pulſibus metrice cum Commentario proprio in Collegio Martonenſi in Oxonia manuſcriptus n. 221 *t)* Idem liber cum glosſis exſtat manuſcriptus in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis *u)* A. C. MCXCVIII

II. De *vrinis* librum verſu hexametro. *w)* Non de *venis*, vt habet Joh. TRITHEMIVS *x)* Nec de *venenis*, vt legitur in HOFMANNI Lexico Univerſali T. I. p. 41. *y)* Initio: *Dicitur vrina quia fit in renibus una* *z)* Prodiit cum libro de pulſibus. Aegidii verſus de vrinis cum glosſis manuſcriptis exſtant in Bibliotheca Paulina Academiae Lipſienſis. *aa)* Liber Aegidii de Urinis cum commentario GILBERTI vel Gileberti Anglici ſervatur manuſcriptus in Collegio Mertonenſi in Oxonia n. 220. *ab)* & n. 221. *ac)* & n. 288. *ad)* item in Bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. *ae)*

III. Scripſit & de *Antidotis*, quod in quibusdam Bibliothecis Manuſcriptum occurrit

s) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. I. p. 69. n. 1252. *t)* v. Catalogos cit. P. II. p. 20. n. 688. *u)* v. FELLERI Catalog. p. 255. n. 21. p. 278. n. 28. *w)* v. FABRICIVS l. c. *x)* l. c. *y)* v. FABRICVS l. c. not. (*t*) *z)* v. FABRICIVS not. ad Trithemii l. c. *aa)* v. FELLERI Catal. p. 262. n. 48. p. 270. n. 9. p. 280. n. 39. *ab)* v. Catalogos cit. l. c. n. 687. *ac)* v. l. c. n. 688. *ad)* v. l. c. p. 23. n. 755. *ae)* v. FELLERI Catalog. p. 256. n. 25.

A. C. MCXCVIII rit. *af*) Non differre hoc ſcriptum a poemate de *compoſitione Medicamentorum* ex huius praefatione colligo. Eprologo huius poematis quatuor hexametros affert Gabriel NAVDAEVS Quaeſtione Jatrophiloſophica 3. p. 94.. *ag*) Exſtat liber hic manu Marquardi Gudii exſcriptus in Bibliotheca Ducali Gvelpherbytana, quem inregrum edam;

SECTIO V.

LIBER
DE
VIRTVTIBVS ET LAVDIBVS.
COMPOSITORVM MEDICAMINVM METRICE COMPOSITVS
EDITVS A
MAGISTRO AEGIDIO CORBOILENSI.

INtroducendis in practicam, ex nullo libro medicinali tam foecunda & fertilis phyſicae experientiae ratio comparatur, tam fructifera practicae adminiſtrationis doctrina colligitur, ex nullius diſciplinae munimentis medendi artifex naturae vernaculis ah) *in remediandis corporibus, in reſarciendis defectibus,*

af) v. Jo. A. FABRICII Biblioth. Lat. ed. 1712. p. 873.
ag) v. FABRICIVS l. c. *ab*) Gudius legit: *nouaculis*.

bus, in curandis aegritudinibus, ita ad ple- A. C.
num armatur & accingitur, ſicut ex libro MCXCVIII
ANTIDOTARII. Qui ideo ANTIDOTARIVS inſcribitur, quia in eo ſumma omnium antidotorum & medicaminum ad morborum curationes pertinentium, ſummatim & breuiter texitur. Priori ſecundum ordinem alphabeti omnium antidotorum, electuariorum, emplaſtrorum, cataplaſmatum, & vnguentorum, & ne diſcurram per ſinguła, omnium peritiae medicinali ſuffragantium virtutes & potentiae diſtinguuntur, & contra quas valeant aegritudines exprimitur & modi exhibitionum determinantur. In eo ſingulorum medicaminum receptiones declarantur, & omnivm, quae recipiuntur in medicinis, ponderum quantitates appenduntur. Vnde iudicio meo, vt fatear verum, vt ſine nube mendacii, vt ſine inuolucro ambiguitatis nuda veritas prodeat in apertum, practicae ſtudioſi ſi provida cauſarum diſcretione pollerent, ſi eorum operibus ſpeculationes theoricae praeradiarent intellectus, ne operatio fatua carens regimine contemplationis in praecipitium traheretur erroris, abiectis inutilibus quarundam practicarum ſarcinulis, ſatis larga & diffuſa Antidotarii diſciplina poſſent eſſe contenti. Ex ipſo Antidotarii amariolo artifex frameatur: ſi eius exercitium habuerit & diligenti ac ſedula eius doctrinam obſeruatione coluerit, vt ſciat quando debeat addere,

A. C. MCXCVIII

quando ſubtrahere, quando vnum ex aliis contemperare; omnem humani corporis peſtem, omnem naturae incommoditatem ſufficiet expugnare. Sed inquis: modo hunc librum euolvere volo, modo illum. Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare, quae vbi varia ſunt & diverſa, inquinant, non alunt. Probatos itaque ſemper lege libros, & ſi quando ad alios diuertis, ad priores redi: & cum multa percurreris, vtiliora quaedam excerpe, quae illo die ſtudii calore & frixorio meditationis decoquas. Diſtrahit nos librorum multitudo, confuſio experimentorum. Itaque cum legere non poſſis, quantum habeas: ſatis eſt habere quantum legas; vbi animus ad plura diſtrahitur, minor ad ſingula reperitur. Mens diviſa non impetrat.

Scita bipartito cum mens diſcurrit vtroque
Alterius vires ſubtrahit alter amor.

Multitudo librorum locupletat aream, depauperat rationem: fragilis eſt memoria & rerum turbae non ſufficit.

Atque opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Magna dementia eſt in tanta temporis egeſtate ſuperfluitati librorum intendere, cum tempus breue ſit & anguſtum, cum ſit quaſi punctum & fere puncto minus. Breuitati itaque inſudantes meliora eligamus capitula & libros magis foecundos, ſine quibus non poteſt coena duci practicae diſpenſationis, de quibus librum Antidotarii elegimus, vt ſecundum medi-

Digitized by Google

medicam rationem, quae memoriae concilian- A. C.
dae habilior eſt, laudes & virtutes omnium MCXCVIII
medicaminum ſecundum antidotarii ſeriem ex-
ponamus, ſubſtramentum & materiam noſtrae
expoſitionis ſumentes gloſſas ſuper antidotari-
um a magiſtro Matthaeo Plateario editas con-
ſtituentes. His decurſis ad rem accedamus,
& propoſito operi, inuocato diuino auxilio,
quo praetermiſſo nullum rite fundatur exor-
dium, more debito inſiſtamus.

PROLOGVS.

Quae ſecreta diu noctis latuere ſub vmbra
Clauſa, verecundi ſigno celata pudoris,
Geſta ſub inuolucris mentis, clareſcere quae-
runt.
Eruta de tenebris cupiunt ſub luce videri.
Tecta patent. Obſcura nitent. Scintillaque 5.
mentis.
Fulgurat, accenditque nouum fax ignea vatem.
De tepida concepta prius tenuique fauilla
Iam large rutilos emittit lampadis ignes.
Prouehitur ſeges in culmum, foecundaque
multo
Ordine granorum vanis albeſcit ariſtis, 10.
Granaque proſiliunt ſtudii concuſſa flagello.
Vinea turgeſcit botris, iam palmes adultus
Germinat, & ſterili vindemia pendet in vlmo.
Muſta fluunt multo praetorculata labore,
Iamque ſuis digeſta latent abſcondita cellis, 15.

A. C. MCXCVIII

De quibus eſt nobis nimium ſummeque verendum,
Ne, quod caupones faciunt vt fallere poſſint,
Haec male corrumpat aquei mixtura liquoris,
Sed non verboſis cauponibus & male falſis,
Sed magnis doctisque viris haec vina propino,
Quod fatuos magis infatuant, acuuntque peritos.
De teſta prodit nucleus. Praedulcia mellis
Dona fauus profert. Oleum largitur oliua.
Mitia conciſo ſpirant opobalſama trunco.
Compreſſo diſtillat ab vbere lacteus humor.
Vua meri placidum fundit calcata liquorem
Deque rudi, male compoſito, mediumque polito,
Myſticus erumpit verborum cortice ſenſus.
Inter Cyrreas dea plus celebranda ſorores
Parnaſſi biiugo nutrita cacumine montis,
Lauro nexa comas, vultus pallore decenti,
Et facie macra famulam confeſſa Mineruae,
Ex Helicone ſuo migrans in pectoris alti
Transmeat occultos non invitata receſſus,
Intra conceptos ne mentis ſopiat ignes
Langvida ſegnities promtis & pene paratis
Inducioſa moras cupiens innectere rebus.
Tota referta deo Phoebaeo numine plena
Pectoris eſſuriem ſacro libamine paſcit;
Irrigat arentes Heliconis flumine venas;
Tropſea Pierio ſuccendit corda calore;
Proſtratam, ſegnique diu torpore iacentem,
Erigit, & varium ſcribendi ſuſcitat auſum.
Os reſerat caſti firmatum clave pudoris;

Quae-

Digitized by Google

Quaeque magis ſunt Francigenis conſueta nocere A. C.
Prouectumque negant, damnoſa ſilentia damnat, MCXCVIII
Et muto frangit inimica repagula linguae. 45.
Phoebaeam tangendo chelim, tendesque ſonoras
Eloquii certo plectri moderamine cordas,
Et fidibus reſonis modulamina blanda coaptans, 50.
Naturae decreta canit, legesque ſalutis
Per vocum numeros & metrica verba reſolvit,
Quas noua vitalis deſignat pagina libri:
Qui quia perverſos naturae deſtruit hoſtes,
Et vitam renovat lapſam, vitamque tuetur, 55.
Publica diſpenſans humanae commoda vitae,
Claro vitalis tituli clareſcit honore.
Vade liber felix. Nam cum prouectior aetas
Iam tua ſit, denſisque habeas pubeſcere plumis,
Dedecus eſſe poteſt puerili incumbere nido, 60.
Et cunas colere balbis infantibus aptas.
I, cave ne titubes, firmo veſtigia greſſu
Dirige, cum rectis habeas procedere talis,
Et quae delicti praeco ſolet eſſe, pudoris
Nulla tibi teneros ſuffundat purpura vultus. 65.
Quod tua ſi rubeat facies non eſſe notetur
Criminis interpres. Nam vel tinctura ruborem
Hunc minii faciet, vel caſti forma pudoris,
Quae leviter ſolet ingenuas depingere frontes.
Cum vitae leges, cum munimenta ſalutis. 70.

In

A. C. MCXCVIII *In gremio portes, magnae ſacriſta Mineruae,*
Aegris corporibus humili ſparſurus hyſopo
Vitales Heliconis aquas, tibi nulla repulſam
Afferet inuidiae labes, quae mella veneno.
Inficit, & Bacchi latices incrudat aceto,
Quae grani pulpam lolio fermentat, & actum
Mente bona falſis maculis obfuſcat honeſtum,
Incruſtatque bonum compagine iuncta decenti,
Verbaque frugiferi ſenſus condita ſapore
Depretians, ea falſigraphis tranſfigit obelis,
Aut ea ſubridens ſubſannat naribus uncis
Nam cum aliis infundat edax ſua toxica livor,
Candida denigret, obfuſcet lurida, tentet,
Lenibus & planis rugas imponere rebus,
Dulcibus & ſapidis miſcens abſinthia, nullos
Formidare poteſt eius tua pagina morſus.
Nam cum decalogi geſtans mandata ſecundi,
Si legis rector, medicae capſarius artis,
Palladii cuſtos, gazaeque auriga paternae,
Temperat inuidiam, tibi defenſacula ponet
Muſandinus apex, quo tanquam ſole nitenti
Et nitet & nituit illuſtris fama Salerni:
Cuius ſi fuerit reſolutum funere corpus,
Spiritus exultat, & magni pectora Mauri
Tota replet. Maurus redimit damnumque
rependit,
Prima quod in Petro paſſa eſt & perdidit ae-
tas,
Qui tanquam nanus humeris colloque gigantis
Deſuper incumbens ipſo fortaſſe tuetur
Longius, & ſummo ſuperaddidit culmina monti,

O

Digitized by Google

O vtinam Muſandinus nunc viueret auctor! A. C.
Ille meos verſus digno celebraret honore. MCXCVIII
Ipſe meis ſcriptis ſignum punctumque favoris
Imprimeret, placido legeret mea carmina vultu.
Et quod in irriguis illius creuerat hortis,
Ipſe meum ſentiret olus, guſtuque probaret
Ex proprio ſale doctrinae traxiſſe ſaporem
Suppleat, & Petri Maurus mihi damna reformet.
Paſtor ouem, membrumque caput, famulumque patronus
Doctor diſcipulum, noſcat ſua mater alumnum.
Vellem quod medicae doctor Platerius artis
Munere diuino vitales carperet auras,
Gauderet metricis pedibus ſua ſcripta ligari,
Et numeris parere meis. Nam copula talis
Et metrici vario nexus confuſa coercent,
Quae vago proſaico currunt diſpendia campo.
Iuncta pedum numeris, metricis arctata catenis
Verborum ſeries magis eſt obnoxia menti.
Sed quae lege carens fluit, & diſiuncta vagatur,
Lethaeis raptatur aquis, caligine caeca
Volvitur, imperio mentis parere recuſat.
Urſo ſuum te conciuem gaudebit adeſſe,
Strenuus ambiguos cauſarum ſolvere nodos,
Cuius ab ingenio nulla indeciſa recedit
Quaeſtio, qui tantos rationum compluit imbres,
Quod ſoluit ſubitus aequaliter & meditatus.
Mente bona mea Caſtalius decreta Johannes
Suſci-

A. C. MCXCVIII

Suſcipiat, quem, dum puerile volveret annos,
Myrtum humilem Muſandino ſub praeſide vidi.
Audio nunc ipſum ſummis contendere lauris,
Et ſua nobilibus aequaſſe cacumina cedris.
Hos phyſicae antiſtes, quos Aegidiana libellos
Sanctio produxit digno Romoaldus honore
Conſecret & celebret, qui ne penetrabilis aurae
Solvatur radiis populo mirante per aeſtum,
Obnubit caput, & triplici domat aſtra galero.
In phyſica celebrem quem Juſtiniana favore
Divitiis eloquii prudentia tempore longo
Detinuit, ſed eum Romanae curia ſedis
Nunc colit autorem phyſicae, vitaeque patronum,
Ipſe novo faveat operi, nec Pariſianas
Aeſtimet indignum phyſicam reſonare Camoenas.
Nam logices vbi fons ſcaturit, niſi plenius artis
Excolitur ratio, ſibi phyſica figere ſedem
Gaudet, & ancillis non dedignatur adeſſe.
Qui trahit a docto nomen Salomone Matthaeus,
Qui nitet eloquio, qui mentis acumine pollet
Suſcipiat placido Salomon mea carmina vultu,
Et ſe noſcat in his: ſua condimenta ſaporet,
Melque ſuum ſugat, quod vaſa novella propinant.
Quo Peſſulanus niſi mons authore niteret,
Jamdudum phyſicae lux eclipſata fuiſſet.
Qui vetulo canos profert de pectore ſenſus
Ricardus ſenior, quem plus aetate ſenili

Art

Ars facit esse senem, melius que senescere cogit, A. C
Cui renovans corpus surgens ex arte senectus MCXCVIII
Altum corporeae compensat damna senectae; 155.
Sit iudex operis placidus, censorque benignus.
Et quos in cunis medicamine curat alendos,
Propositas artes dum primula combibit aetas,
Edoceat pueros his insudare libellis, 160.
Ex quibus utilium claret sententia rerum,
Et metrici ratio nexus, & forma loquendi.
Haec mea scripta legat, & linguae verset in vdo,
Mentis in arcano memori sub clave sigillet
In medicas artes introducenda iuuentus, 165.
Huncq; librum potius sibi noverit esse legendum,
Quam nugas & lascivos Nasonis amores.

Aurea Antidotum

Aurea rheumaticis est auxiliaria causis; ai)
Sufficiens gelidas capitis sedare querelas
Quae quia multiplici virtute vigere probatur: 170.
Fluxaque constringit, confortat, cruda resolvit,
Denique consumit. Medicinae providus autor
Hanc dare sub prima morbi nouitate recusat.
Nam consumtiui resolutio praeuia motus
Dum mouet humores discussus rheumatis auget 175.

Haec

ai) Sequitur Aegidius Nicolaum Myrepsium, qui cap. 1. libri de compos. medicam. κατὰ ὁπὸς omnes huius aureae Alexandrinae dotes eodem modo & ordine recenset, adiecta descriptione compositionis. Eadem fere habes apud Actuarium libro de compos. medicamentor. Gud.

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII

Haec. Quae cum multo vigeat fortique calore
Combibit aëreas partes, depaſcit aquoſas,
Terreus & groſſus humor retinetur, & idem
Durior effectus morbum crudeſcere cogit.
Talia ceſſabunt ſymptomata, ſi leviorem,
Ut multra aut rubeam, prius obtuleris medicinam.
Corpore purgato primum, cum plethora certis
Panditur & claret ſignis, per phlebotomiam,
Vel laxativo medicamine, quale requirit
Cauſa mali, ſitus humoris, morbique facultas.
Quinta dies poſt phlebotomum, ſed poſt medicinam
Tertia praeſentis opiatae poſtulat vſum.
Quae dandi melior, quae conuenientior, hora
Forſitan, explores. Eſt haec magis hora ſalubris,
Quae vocat ad placidum nocti vicina ſoporem.
Claudit enim nocturna quies, totumq; calorem
Contrahit interius, cuius praeſentia pepſin
Excitat, & ſumti vires medicaminis auget.
In febre cum tepida datur, in vino ſine febre.
Aurea compeſcit lacrimas non ſponte fluentes:
Thure ſibi mixto, ſtorace, & maſtice gummi:
Sub forma pilulae patientis ſubdita linguae,
Vel data cum vino, quo thus decoxeris ante.
Si calor, aut calidus humor, vel febris acumen,
Fumus vel nocuus, ſuſcepti abdominis eſus,
Intulerit fluxum, nullum fert aurea fructum,
Quem, ſi frigiditas aurae, vel frigidus humor,
Vel

Digitized by Google

Vel contentiuae virtutis debilis auctus, ak) A. C.
Vel ſuper excedens & multa repletio membri, MCXCVIII
Inferat. His cauſis curatio dicta medetur. 205.
Hoc iterum collata modo conferre probatur:
Dentibus afflictis, nimioque dolore grauatis,
Cum dolor ex fumo ſtomachi conſurgit acuto,
Gingiuis & temporibus ſuperaddita, multum
Proderit huic cauſae, mentae commixta liquori. 210.
At cum rheumaticus dentes male percutit humor,
Hanc eadem medicina valet, ſi congrua cauſae
Dignaque praeueniat purgatio, ſicut agendum
Poſtea dictabit doctrinae forma ſequentis.
Quae ſubitos agit inſultus, motusque frequentat 215.
Per momenta ſuos, epilepſiae domat omnem
Aurea nequitiam, cum vino ſumta tepenti,
Cui dederit proprias decocta pionia vires,
Puluere quae mixto ſibi de radice priori,
Congruat vt pilulis ſubſtantia firma parandis. 220.
Praecavet incurſus linguae ſubmiſſa caducos.
Praeualet enormes Maniae compeſcere motus,
Quae melancholicae nubis caligine laeſa
A propriis virtus phantaſtica deuiat actis:
Colatura dari debet medicaminis huius 225.
Unica, particulis terreſtribus inde remotis,
Quando plus faecis habent, & groſſae materiei,
Cum calamo, in tenebris ne comperiatur ab aegro.
Nam ſi iudicio viſus haec forte probaret,
Aeger abhorreret, & crederet eſſe venenum, 230.
Turbaret mentem pauidi turbatio ſenſus

ak) Gudius legit *actum*.

A. C. MCXCVIII

Horroris vitio, maniae crebresceret horror.
Aut ubi caedendum caput est in parte sinistra,
Ut cerebrum inficiens grossi nubecula fumi.
Respirare queat, pro forma & schemate ferri
Sphaerica vel longa fiat quo sectio debet:
Haec superaptanda est capiti medicina supremo
De rubeo felle maniam, vel sanguine factam,
Aurea non reprimit, potius succenset & auget,
Pascit & exacuit rabiem causamque furoris.
At te morborum varias distinguere causas,
Quos eadem species communi claudit & arctat
Limite, signorum ratio discreta docebit,
Quam nunc concipio, pariturus tempore partus
Legitimo, cum iam plenis adoleuerit annis,
Et rude nunc semen ex se producere fructus
Maturos poterit: sed adhuc mea messis in herba est.
Quos tussis violenta mouet pulmonis anheli
Temperat effrenes aequo moderamine pulsus,
Quos vel rheuma ciet, vel constrictorius algor,
Aut gelidus membri canalibus insitus humor.
Aurea non confert, si desiccatio tussim
Prouocet, aut humor calidus, vel massa tumoris,
Aut calor aut durae compactio materiei.
Terrea materies cruda & compacta probatur,
Quando quod exspuitur spissum est nimiumque cohaerens
Viscosum, modicum, vix a pulmone reuulsum.
Cuius difficilis proiectio tarda resolvi,
Thoracem male concutiens gutturque fatigans.
His tussis descripta notis medicaminis huius

Ob-

Obſequium refugit, donec crudore remoto A. C.
Coctior effectus fiat reſolubilis humor, MCXCVIII
Et natura, vel artis opus, digeſſerit illum.
Nam dum cauſa mali firma compage cohaeret,
Infiſcata loco patienti, durior ipſa
Redditur antidoti nimio ſolidata calore:
Unde fit ut facilis non ſit curatio morbi.
Poſtulat ergo prius regio thoracis inungi
Mollibus vnguentis clauſos in pectore grumos
Quae laxare queant & quae ſunt cruda reſol-
uant.
Libera materiam digeſtam ſputa figurant,
Quae leuiter proiecta leuant minuuntque dolo-
rem.
Vt tibi claruerint factae ſignacula pepſis:
Aurea tunc demum mixto ſibi puluere gummi
Per pilulas diuiſa, fabae maioris habentes
Effigiem; donec fuerit reſoluta calore,
Debet in ore diu linguae ſubmiſſa teneri.
Rheumaticae tuſſi melius ſic ſumta medetur,
Vimque ſuam cerebro conterminii ratione
Liberius mandat, de cuius fonte fluenter
Rheumaticos riuos opii virtute coercet,
Per ſpecies calidas humores ſiccat aquoſos,
Membraque per gummi reſpiratoria lenit,
Ipſaque confortat, ut onus, quo preſſa tenentur,
Promtius expellant ſic libera tuſſe ſoluta.
Subuenit haec phthiſicis in primo limine morbi,
Sed tunc praecipue confert, cum rheumatis
acris
Tramite decliui pulmonis ad oſtia pulſat

A. C. *Stilla nocens: ſed cauſa magis prouecta nocebit.*
MCXCVIII *Quos grauis offendit attractio ſtatilis auræ*
290. *Curat anheloſos, quibus algidus humor abundat,*
Vitalis latebroſa replens ſpiracula membri.
Hic modus, hic danda ſit forma, mero reſolutam,
Quo Gentiana fuerit decocta, calori
295. *Aeris exponas, donec ſolidata liquore*
Combibito pilulis conſentiat effigiandis,
Vel ſibi quam dederat ſpecierum fractio prima,
Ad propriam redeat exhauſto humore figuram,
Et ſiccata magis ſiat de puluere puluis.
300. *In nebulis pilulae dentur, ſed puluis in ouo.*
Cardiacos data cum vino, roſeoque liquore,
Suſcitat, & recreat, ſi caute iungitur illi
Antophilus al) *Borago, Humus, Lignum pretioſum,*
Quod Nili caput ignotum transmittit ad Indos. am)
Blacta Byſancia, an) *nuxque myriſtica, macis*
305. *odora,*
Oſſea duricies, quam cordis parte ſiniſtra
In ſe cervus habet, quaſi cartilaginis inſtar.
Cum

al) pro Antophyllus ſiue pſeudo Cariophyllus Italicis ſeplaſiariis. Vide Matthiol. l. 5. ep. Med. 3. *Gud.* *am*) an lignum Rhodium? an ab Indis? an Indi pro Aegyptiis. *Gud.* *an*) Recentioribus Graecis Latinisque ita vocabatur vnguis odoratus ſiue Onyx Dioſcoridis. vid. Matthiol. ad l. 2. Dioſco. rid. cap. 8. Actuarius & alii quidam Blactium vocant, ſed Nic. Myrepſius Blatam Byzantiam: plane vt Aegidius c. 1. & cap. 196. *Gud.*

Digitized by Google

Cum per anagogen geniali ſede relicta. A. C.
Exſulat a venis motus ſymptomate ſanguis, MCXCVIII
Et fluit inſolitae regionis tramite, confert 310.
Aurea: ſed varias opus eſt diſcernere cauſas.
Sanguineum plerumq; ſolent inducere fluxum:
Ariditas, frigus, calor, impletura, putredo,
Rheuma, labor, ſaltus, clamor, contuſio, caſus.
Si per anaſtomoſim ſanguis fundatur ab ore: 315.
Aurea cum ſucco roſeo, ſibi maſtice mixto,
Suſcepta in pilulis, patientis in ore tenendis,
Purificat, ſiccat, ſolidat, fluxumque refrenat.
Si morbum intulerit, vel ſanguis abundans,
Vaſaque diſtendens, vel deſiccatio venas 320.
Attenuans, nimisſue labor, vel rheuma, vel ictus,
Ars iubet his cauſis alias impendere curas.
Appoſito ſibi caſtoreo, cum caulis agreſtis
Semine, naſturti pariter ſibi puluere mixto,
Si clauſo pilulata diu teneatur in ore, 325.
Expedit officium linguae, viresque loquelae
Liberat, & redimit a ſeruitio paralyſis.
Haec eupatorii ſucco reſoluta, vel herbae,
Quae trahit ex ipſo paralyſis nomina morbo,
Sumpta per os, membris diſtantibus atque remotis, 330.
Segnibus ad motum, ſenſus torpore gravatis,
Reſtituit motus regimen, ſenſuſque vigorem.
Expedit, vt laeſae praecedat inunctio partis,
Mollia praeneniant cataplaſmata, cum quibus humor
Rheumaticus nervis firma compage cohaerens 335.

A. C. *Mollior effectus ſpargatur & attenuetur.*
MCXCVIII *Sed quibus eſt aptanda locis medicina requiras?*
Et bene diſcutias, & acutae indagine mentis
Providus explores, ne ſi fortaſſe liganda eſt
340. *Occiduo capiti, ſpinae, collo, faciei,*
Hanc male praejumas digitis apponere lapſis.
Saepius aufertur digitorum paſſio, dorſi
Oſſibus appoſito medicamine, quod Galienus
In libro, quem de membris patientibus egit,
345. *Multis mirandum certa ratione probauit.*
Fortius expugnat membri medicina dolorem,
Iuncta locis, vbi prima mali fundatur origo,
Materiae radix vbi pullulat. Vnde remotis
Partibus accedit taciti confuſio membri.
350. *Quando in nervorum fundatur origine morbus,*
Quod facies per mollitiem laxata fatetur,
Aurea muſceleo ao) *reſoluta, cyclamine frixa,*
Ad caput occiduum debet collumque fricari,
Obſequio manuum membris ſupperuncta gravatis
355. *Congrua muſelei retinens conſortia multum*
Subuenit haec eadem renum laterumque dolori,
Quem creat aut algor ſolus vel frigidus humor.
Si ventoſa malum vis inferat, & ſibi demto
Reſpirandi aditu laterum concluſa cauernis,
360. *Acta vago motu, pulſet penetralia cordis:*
Aurea mixta mora detur ſub veſpere ſero,
Cum

ao) id eſt, oleo muſcelino, cujus virtutes & compoſitionem deſcribit N. Myrepſius cap. 712. de compoſ. medicam. ubi inter alia de eius doctibus: *calefacit refrigerata membra & debilibus robur inducit.* Gud.

Digitized by Google

Cum quo foeniculum, milium ſolis, vel anetum A. C.
Coxeris, ac aniſum ſaxifraga petroſilum. MCXCVIII
Sic data: congeſtis veſicam purgat arenis,
Si nulla affuerit opii mixtura vel auri,
Et medicum ſit balſameo didata liquore.
Quae duce ſiringa virgae transfuſa virili
Muſceleo vel nardino ſociata liquori
Frangit & elimat lapides, penitusque reſoluit.
Corpore purgato data cum tepida patienti
Tempore quod geminis inſultum praeuenit horis,
Quaſſat & elidit triteos ap) *quos ventre creatus*
Mixturae vitio producit degener humor
Veras quartanas excludit & aprimerinas,
In febre quartana, niſi tertia ſiue ſecunda
Legitimo fuerit purgatio facta tenore,
Non valet antidoti nec quicquam proficit vſus.
Vendicat eius opem lux tertia poſt medicinam.
Cum calida dabit antidotum ſi ferueat aeſtas
Cum vino calido bruma dominante propines.
Haec opio ſibi ſubtracto, ne forſitan actus
Degener, & cauſae contrarius inde ſequatur,
Neue ſolutiuas rapiat conſtrictio leges
Cum ſucco rutae agreſtis ſubiecta monetae
Frigoris exceſſu muliebria clauſa reſoluit,
Et matricales cellas, quas humor aquoſus
Lubricat, & nimio reddit marcore paluſtres,

ap) tertianam.

A. C. *Mundat legitimis faciens conceptibus aptas.*
MCXCVIII *Cum lis verſatur de rheumate: puluere thuris*
Appoſito detur, opio non inde remoto.
Quae cum caſtorei vino potata futuros
Peſtis apoplecticae reprimit ſedatque tumultus.
Sed praeſente malo morbique inſtante procella,
Dentibus ex cuneo aq) *referatis, vertice prono*
Proderit ex illa linguam perſaepe fricari.
Quos dolor affligit colicus, cum rheuma procellans
Infimo phlegmatico ferit inteſtina flagello,
Quod tibi ſpumoſae monſtrat ſubductio ar) *formae:*
Aurea cum vino thuris potata iuuabit.
At cum inteſtinis viſcoſus & algidus humor
Inſeritur, colici faciens diſcrimina morbi,
Mollibus vnguentis confert poſtrema fucari:
Poſt infuſa iuuat decoctio Mercurialis, as)
Furfuris, & maluae, ſi cum ſale mel & oliuum
Miſcueris. Sed opus concludit & omnia complet
Mixta mero demtoque liquore & faece relicta
Aurea per calamum membris iniecta pudendis.
Finibus extremis aequo libramine diſtans
Fit liquor, applaudens neruis ſub pace teporis,
Ne vel frigiditas hos mordeat aut calor vrat.
De gelidis & viſcoſis humoribus ortum
Partibus occiduis ſoluit ſubmiſſa tenaſmon:
Ex ſibi diuerſis componitur aurea rebus
Quas variat diuerſa craſis, ſubſtantia diſpar,
Vir-

aq) per vim inſerto cuneo. *Gud.* ar) eiectio. as) huius herbae vſus frequens in clyſteribus.

Virtus diſſimilis, numeris libratio diſtans A. C.
Ponderis examen variat, libraeque tenorem MCXCVIII
Appendit ratio cauſis diſtincta quaternis, 415.
Ex quibus octo fluunt cauſae in contraria ſparſis:
Virtus, debilitas, violentia, pigra remiſſi
Actus, ſegnities, numerus maior ſpecierum, 420.
Siue minor, quas conſimili ligat vnio formae:
Vel quia compoſitum magis aut minus indiget vna,
Ut proprium melius acquirat & impetret actum.
Huic praebet ſtabilem ſpatium luſtrale vigorem. at)
Traditur a medicis eius doſis vncia ſemis, 425.
Quam medici veteres olim moderare ſolebant
Sub modicae nucis effigie, quia pulueris illi
Copia maior erat, minimum cum mellis haberet.
Nunc mutata doſin variat lex conficiendi.
Adrianum antidotum. au)
Curas quartanum: patienti dans Adrianum; 430.
Morſus reptilium ſanas, reprimisque venenum.
Motum conciliat neruis, ſenſumque reformat,
Curat hemicraniam, pedicon fugat, & ſcotomiam,
Rheumata compeſcit, veſicae ſcandala ſoluit,
Subuenit innumeris de frigiditate querelis. 435.
Maſticis in vino decoctio facta ſoluto

at) durare poteſt per quinquennium. au) Hadrianum antidotum deſcribitur a Nic. MYREPSIO de compoſit. medicam. cap. 3.

A. C. MCXCVIII

Hoc ſimili antidoto ſtomachi potata dolorem
Soluit & excludit, quem frigida cauſa creauit.
Subuenit huic cauſae ſpecialiter ex Adriano,
Et nucis ex oleo, factum cataplaſma dolenti
Appoſitum ſtomacho, ſiue hunc morbum paralyſis
Inferat, aut algor, vel rheuma, vel algidus humor.
Quando melancholicis ratio fuſcata tenebris
Eclipſim patitur, erratque logiſtica virtus:
Hoc ſero dabis antidotum vino reſolutum,
Quo coſtum aw) *vel caſtoreum cum ſene* ax) *coctum.*
Eripit acceſſus eadem mixtura caducos:
Naribus infuſa, quo nondum tempore morbus
Bella mouet, vel quando ſuae furit impetus irae.
Vim cephalalgiae, cui frigida ſuggerit ortum
Materies, vel frigiditas quam ſola creauit,
Cum vino bibitum valide domat hoc Adrianum,
Cum quo ſi coſtum vel ruta domeſtica, vel nux
Bullierit muſcata ay) *diu, modus hic medicandi*
Aptior, & cauſae magis vtilis eſſe probatur.
Ex hoc antidoto rutae cum iure ſoluto
Expediet caput occiduum frontemque perungi,
Et

aw) Radix apud Dioſcoridem l. I. Cap. XV. ax) Sena vulgo dicta. Sed Aegdius caſu recto ſene videtur dixiſſe. Sane Senam Mauritano nomine dictam ab Arabibus Sene vocari notat MATTHIOLUS ad Dioſcoridem l. 3. c. 70. *Gud.* ay) N. B. nucem myriſticam iam tempore Aegidii nucem muſcatam dictam fuiſſe. *Gud.*

Digitized by Google

Et quae mobilibus pulſantur tempora venis. A. C.
Sed de feminibus calidae virtutis & herbis MCXCVIII
Furfureisque mero coctis oleoque ſacellis 460.
Ante vaporetur caput & calidis foueatur.
Quos infrigdati mouet indignatio ventris
Cum vino ſumptum confortat eos Adrianum:
Antophilus, coſtum, maſtix, ubi cocta fuerunt.
Curat idem Scotoſim cerebri de rheumate natam 465.
Cum vino thuris. Sed ſi ſcotomia vigorem
Traxerit a ſtomacho tunc vino thure remoto
Confortatiuum ſtomachi potes addere coſtum.
Appoſitum ventri factum cataplaſma iuuabit
Ex hoc antidoto, miſcellinoque liquore, az) 470.
Antophilis, nuce muſcata cum puluere thuris.
Cum ſucco bibitum, quem ſaluia fundit agreſtis
Epaticos lapſus domat ex algore creatos,
De quibus hydropiſis ſi prouentura timetur:
Antidoto ſibi commixto decoctio detur, 475.
Ex apio, ſparago, maratro, bruſco, petroſillo.
In pilulis Adriana doſis ſibi puluere thuris
Et myrrhe trocleten miſtum ba) *ſuſcepta medetur*
His, quibus eſt epatis ſanies collecta cauernis,
Quam

az) Oleo muſcelino. *ba*) Videtur legendum: *vbi puluere thuris Eſt myrrhe troglytes mixtum.* Myrrhe dixit pro myrrha. Gallis olim & nunc dicebatur myrrhe. Troglytes per ſyncopen ut metrum ferre poſſet dixit protroglodytes. Myrha omnium prima eſt, quae Troglodytica appellatur, accepto cognomine a loco, in quo prouenit, inquit Dioſcorides l. I. c. 67.

A. C. *Quam male curati dimiſit maſſa tumoris.*
MCXCVIII *Ante mali motus primos dum morbus inermis*
Cum tepida ſumtum typicis acceſſibus obſtat.
Cui qui commixtum vel apocima caſtoreatum
Vel rutae ſuccum biberit, vel partibus imis
Intulerit, poterit colicum ſubuertere morbum.
Capparis in vino decoctio vel tamariſci,
Cui mixtum fuerit Adrianum, ſplene gravatos
Liberat. Antidoto phreneſis curatur eodem:
Si vino cum quo diſſoluitur, iſta coquantur:
Saxifragae radix, filipendula, granaque ſolis,
Fulittiros permarnen, ciperus, ſanguisque caprinus,
Alexandrinum cum ſiſeleos opoſciſſum.
Praeueniat facta purgatio de benedicta.
Ex gelidis chimis eadem medicina creatam
Lithiaſin curat, ſed qui dabit ex Adriano
Et lyncis lapide pilulas, hircique cruore,
Ac hederae gummi, miſcens opobalſama, morbi
Plenius expediet curam cauſamque repellet
Ex oleo puro, vel vbi decoxeris ante
Non paucos cimices, foueatur virga virilis
In vitreo vaſa formam ſignante Priapi.
Hoc quia fomento laxatur virgo, coarctans
Cauſa remollitur, via clauſa prius reſeratur.
Proderit & virgae cimices imponere viuos,
Vt cimicis morſu neruo patiente titillas
Concomitans ſenſum vis expulſiua iuuetur.
Sed cataplaſmati pectten partesque propinquas
Conuenit ex oleo cimicum, cum quo reſolutum
Hoc erit antidotum, cuius colatio virgae

Miſ-

Missa per argale lapidem dissoluit, & arctas A. C.
Enfraxes aperit, & aquosa superflua fundit. MCXCVIII
Coctus aqua salsa senecio, mercurialis,
Herbaque muralis, paritaria, stranguriosos
Pectinibus vini fomenti superaddita curat,
Et super has herbas factum cacatissima iuuabit.
Tempore septenni iuuat integra vis Adriani.

Athanasia antidotum.

Mortis iura premit Athanasia, fata retundit,
Sistit anagogen, vomitum, fluxum, diabeten,
Claudit anastomosim, rixin simul, & diabrosim,
Profluuium vuluae, stillamina faucis, & vuae,
Atque gonorrheam compescit, rheumata stringit.

Pentaphilon succo solatrique soluta, vel herbae
Sanguineae, nec non plantagine, rubrificato
Sanguineo lapide presim cum cote fricato
Illita temporibus geminis, infusaque nari
Sanguineum valide cohibet de nare fluorem.
Haec eadem data cum succo plantaginis arcet
Sanguineum fluxum, quem nutritiua resoluunt,
Cum per anatropam venarum carcere rupto
Summa petit sanguis fervoris acumine motus
De pulmone fluens, vel ab epate, vel regione
Pectoris erumpens, vel cum diabrosis eundem
Elicit a venis Athanasia mixta liquori,
Quem contrita facit poligonia vel cicorea,
Sanguineum potata valet compescere fluxum.
Sed quia pulmonis vehemens constrictio tussim
Incitat, & venas aperit, fluxumque cruoris
Fortius exacuit, consultius hoc patienti

An-

A. C. MCXCVIII

Antidotum dederis, si lenitiva propines
Penidias, amilum, ptisanam, gummi dragagantum:
Lenia cum dantur prius, & postrema sequntur,
Constrictiva trahit virtus moderamen ab illis,
Vt iam non alios habeat praesumere motus,
Sed contenta suis propria sed lege tuetur.
Non aperit venas media, nec tusse resoluit,
Nec facit ad fluxum sua quem natura cohaeret.
Intestinorum vitio cum sanguis ab imo
Profluit, haec cum clisteri transmissa deorsum
Compescit fluxum succo resoluta priori.
Cui si mixtus erit bolus sanguisque draconis
Galla, rosae, sentix, balaustia, psidia, mastix,
Mintua, consolidae radix, albumen, acetum:
Vtile conficies ex his cataplasma, quod aegris
Desuper aptatum membris completius omnem
Sanguinei poterit fluxus absoluere curam.
Menstrua constringit, quaeuis furiosa caloris
Exagitat, si cum plantagine mixta bibatur,
Vel foueatur aqua matrix, vbi cocta genesta
Cui se miscuerit Athanasia pondere librae,
Restricto ad sextam certo moderamine partem.
Si manare facit muliebria sanguis abundans
Cum nimis exundet nequiens in vasa teneri.
Nec talem cohibere potest Athanasia fluxum,
Quem de saphenis celebrata minutio sedat.
Femina, cui matrix ventoso plena vapore
Compresso stomacho vitalia membra coercet,

Vt

Vt reſpirandi iam libertate relicta A. C.
Syncopis inſurgat & ſuffocatio fiat: MCXCVIII
Ex hoc appoſito prunis medicamine nares
Fumiget, vt tractae neruos matricis odore
Concutiens fumus hanc cogat ad inferiorem
Declinare locum propriaque in ſede teneri:
Non infundatur vuluae, nec ſubiiciatur,
Nec ſua matricem nubes fumoſa vaporet:
Ex hoc natura male contriſtata vaporis
Horrorem fugiens, triſti turbata ſapore,
Fortius alta petens, ſtationis iure relicto
Preſſura ſtabili vitalia membra grauaret.
Frena Gonorrheae, ponit quam lubricus humor
Vaſaq; lenificans generat, vel ſemen aquoſum,
Vel contentiua vis debilis, & retinendum
Non cohibere valens genitalibus addita membrus:
Admixto ſibi Caſtoreo, cum puluere Myrrhae.
Aut herbae ſucco, quem virtus ſtiptica morbo
Conciliat, vel cum vino potetur agreſti
Et ſatis auſtero, cui Bdellia, Caſtoreumque,
Maſtix cum Myrrha dederint decocta vigorem.
Cum roſeo, vel coeleſti potata liquore
Tipſicon excludit, quae cum ſit nata caloris
Frigoris interpres vultu depingitur albo,
Et medicos errare facit, nam decolor eius
Vrinae effigies cauſae praenubilat ortum.
Huic ſemper viua roſa, ſandalus, atq; morella,
Foedera mixturae ſubeant, vt ſicca minutos
Mixturae mandent cineres. & ſuccida ſuccos.
Temperat vrinae fluxum confectio talis.

Sub

A. C. MCXCVIII *Sub forma emplaſtri calefactis addita membris:*
Lamina de plumbo diſtincta foramine multo,
Ex oleo roſeo lumbis aptata perunctis:
Haud modicum ſolet huic cauſae praeſtare iuvamen.
Maſticis hauſta mero, vel cum ſucco turionis
Senticis, haec eadem fertur praeſtare ſalubrem
Caeliacis curam, calidus quos humor abundans
Profluuio ventris, nimioque dolore, moleſtat.
De calido colicos vexatos rheumate curat,
Si prius infuſi ſoluatur aqua dragaganti.
Si colicus de viſcoſo ſit rheumate morbus,
Conſequitur nullum talis medicina vigorem,
In pilulis data confectis cum puluere boli,
Maſticis, ac herbae, cui conſolidatio nomen
Praebet, conſolidae dyſentericis medicatur,
Quos inteſtini vexat ſciſſura ſupremi.
Aut elixetur radix anagallica, cuius
Misceat haec medicina ſibi potata liquorem,
Si dyſenteriae radix fundetur in imis
Visceribus, ptiſana, dicloque liquore ſoluta.
Haec eadem haud modicum cliſterizata iuuabit.
Ars iubet, & ſollers poſcit doctrina medendi,
Quod cum citrinis purgatio mirabalanis
Praeueniat, nocuos mundans a corpore chimos.
Quae data cum roſea, vel aqua de nubibus orta,
In qua mala ſuos coxerunt punica flores,
Cruda lienterici cohibet ſtillamina fluxus
Lubricus, & lenis, cui cauſam ſuggerit humor,
Cuiusmetridatus celebris magis & ſpecialis,
Plus quoque digna fide curatio creditur eſſe.

Anti-

Digitized by Google

Antidoti medicina viam praecurrere debet A. C.
Fide lienteriae, quam dudum longa probauit, MCXCVIII
Et morbi propriam vetus experientia fecit.
Quod ſi forte roges qua ſit medicaminis huius 630.
Materies, illi kellos dant mirabolani;
Fungum: abies; filicem; quercus: colocintida: pulpam;
Feniculus: maratrum; Tibi formam conficiendi
Vſus & officium tribuit, redditque magiſtrum,
Ex dyſenteria, villos rodiente, cicatrix 635.
Nata lienteriae cauſam vel apoſtaſis infert,
Quae nulla dicti medicaminis arte iuuatur!
Ante ſtatum, prope rheumatici primordia motus
Sanat apoſtema, quod corporis interiora
Poſſidet, infuſo ſi ſit data cum dragaganto: 640.
Exterius natum reprimit, fluxumque coercet
Laeſo ſub ſpecie cataplasmatis addita membro
Cum ſemperuiuae ſucco reſoluta, vel illo,
Quem diſtincta facit centum poligonia nodis.
In pilulis eadem ſi commixto ſibi thure 645.
Detur, apoſtaſeos ſuſpendit rheuma futurae:
Purgat praeteritae vitium cum pulvere mirrhae.
Cum modico mellis oleique recepta liquore
Interius ſumti delet nocumenta veneni:
Melle lauat, colat, detergit, noxia mundat, 650.
Prouocat ex oleo vomitum, purgatque vomento,
Ipſaque in propria munit vitalia membra.
Cui gentianam miſcens, & ariſtologiam
Ius quoque diptamni, ſi poſt vomitum patienti

A. C. MCXCVIII *Hanc dederisfero non pro vomitu faciendo*
Interius sumpto, demis sua jura veneno.
Nam de reliquiis virus, quod forsan inhaesit
Visceribus, vis antidoti consumit & ipsum
Absorbet penitus ex hoc his nacta vigorem.
Haec mixtura iuuat laesis supperaddita membris,
Viperei quae dura trahunt contagia virus.
Dentibus afflictis, oculis, capitisque dolori,
Subuenit, & lacrimis simili formata tenore,
Quem tenet in paribus quando datur aurea causis.
Auribus oppressis, nimioque dolore grauatis,
Cum semperuiuae succo instillata medetur
Cum caricis neruis passis dulcique caleno
Gargarizet eam, gelido qui rheumate fauces
Compressas habet, & tumidas, nimiumque dolentes:
Ex quibus apponi factum cataplasma iuuabit.
Stomaticos, quorum pexim distemperat algor,
Cum masticino confert potata Liaeo.
Hic modus, hic vsus, haec lex, forma medendi
Antiquo celebrem seruauit tempore cursum.
Nam tunc ex calidis constans athanasia rebus
Constanter poterat gelidis occurrere causis
Frigida cum calidis nunc praedominentur in illa,
Hunc curandi vsum fugiunt reprobantque moderni.
Ex hac commixtis pariter sibi mastice, costo,
Olibano, cera, factum cataplasma soluto
Appositum stomacho catacropam fraenat, & ipsum Enor-

Enormis vomitus laxatas frangit habenas. A. C.
Terminus eſt eius finalis tertius annus MCXCVIII

Acharistum antidotum.

Aſtmaticos cantus Acharisti potio ſedat,
Diluit offenſas pulmonis & arteriarum
Spurcitiem mundat, tuſſim domat, organa vocis
Purificat, vocem reparat, pectusque relaxat,
Diſcutit exortum de frigiditate catarrhum.
Et capitis cauſas gelido de rheumate natas
Sub pilulae forma linguae cum puluere thuris
Sappoſitum vel cum vino potabitur, in quo
Coxeris olibanum, cerebri quod rheuma coercet.
Pectoris offenſas vitalis ſcandala membri
De gelidis & flegmaticis ſurgentia chimis
Placat & abſoluit, eius ſi mulſa bibatur,
Qua prius excocta fuerint. & ab igne probata:
Paſſulus, yringus, liquiricia, ficus, yſopus.
Fertur acharistum ſine munere: nam ſuus actus
Si celer & properus & praematurus habetur;
Sic quoque praecelerat optatae dona ſalutis,
Quod medicum donis & munere priuat honoris,
Et facit ingratum loculis diſcedere laxis.
Raptim facta ſalus nullo reparatur honore:
De conſtante nihil quoniam conſtare videtur,
Actio naturae cenſetur, non medicinae:
Depreciat precium meriti, medicique favorem
Fuſcat, & ipſius tuſtum degratiat actum.
Greſſibus accedens tardis, multoque redemta
Vitae ſupplicio, nimioque excuſſa dolore,

A. C. MCXCVIII *Lenta ſalus; quoniam naturae ſubuenientis*
Creditur officio medicinae facta ſalubris,
Gratior eſſe ſolet medico, magis obligat aegrum,
Impraegnatque manum donis & nomen honore.
Inde fit, vt quod in his magis appreciabile conſtat,
Hoc minus appreciet fatui ſententia vulgi.
Durat acbariſtum tribus annis inuiolatum.

Alchancalon antidotum.

Cum rheubarbaricis ſcrupulis tepidoque liquore
Simplicibus triteis alchancalon & geminatis
Confert, diſſraſiae febrilis caumata ſoluit;
Ardores epatis fugat, ictericosque colores,
Ex fumo colerae caput aſcendente dolorem
Amputat, & ſcotoſim curat, viſumque reformat.
Quos calida ſuadente craſi, calidaque diaeta
Aeſtiui ſtimulo febris irritata caloris
Temporibus calidis ſolito de more ſalutat,
Prouidus abſoluit huius medicaminis vſus
Praeueniens, tollitque mali nocumenta futuri,
Et febris ad corpus ſocialem rumpit amorem.
Confectum cum melle duobus militat annis;
Vno ſe tantum regit accedente ſyrupo.

Antidotum haemagogum.

Traxit haemagogum proprium de ſanguine nomen,
Ad cauſas quia praecipue ſpectat muliebres:

Et

Digitized by Google

Et quod matricis iniuria longa negauit, A. C.
Sanguine viſcoſo clauſis a frigore venis, MCXCVIII
Sanguineum mouet & cogit manare tributum. 735.
Matricis pecus interimit pellitque peremtum.
Quae bene purgari nequeunt poſt tempora partus.
Menſtrua purificat, & noxia cuncta reſcindit,
Conſtrictasque prius matricis laxat habenas
Potatum mouet vrinam, diſſoluit arenam, 740.
Stranguriam ſanat, lapidis fragmenta reſoluit,
Epatis euphraxim referat, ſplenisque tumorem
Extenuat, colicis de frigiditate medetur:
De gelidis compreſſa domat praecordia chimis;
Viſcera ventoſis curat pulſata procellis; 745.
Subuertit vomitum: crudi quas nauſea ventris
Reiicit acceptas emagogum continet eſcas:
Flegmaticum fouet humorem, motumque potenter
Eiicit. In cauſis nullum muliebribus iſto
Fortius, & melius medicamine, comprobat vſus. 750.
Ex emorroidis patientibus atque ſolutis
Eſt hoc antidotum ſumma ratione cauendum,
Conſtat emagogi vis integra quatuor annis.

Blanca maior.

Blancos blanca mouet chimos: fit commoda neruis,
Fleumatis eluuie preſſis: confert tremuloſis, 755.
Asmaticis, lippis, Lethaeis atque caducis.
Cephaleam gelido, genus ex humore trahentem,
Cui tribuunt vires priuatae foedera cauſae,
Pulueris anthophili, vel, quem filocaſſia reddit,

A. C. MCXCVIII
Mixturam ſibi concilians data Blanca potenter
Eruit, & veterem tollit noua cauſa querelam.
Prima vadum tentet, praecurrat iter medicinae
Aurea per patulos naris infuſa meatus;
Vel diacaſtoreae vel ſacrae potio pigrae.
Si triduo mellis acidi praeceſſerit vſus,
Cum praedictarum reſoluta mero ſpecierum
Excludit capitis natum de ventre dolorem.
Sic data perfuſos lacrimis ſemperque fluentes
Sanguineos reprimit oculorum blanca tumores
Se quibus admiſcet cum ſanguine fleumatis humor;
Cui ſi caſtorei pulueriſtaſis agria, maſtix,
Mixtus erit; pilulisq; frequentibus inde receptis,
Lumina detergit lippo foedata liquore.
Quae ſibi commixtis, & lance pari ſociatis
Eufraſia, maratro, ruta, latoque cimino
Limpidat obſcuros oculos, ſiccatque madentes,
Fortiter exonerat preſſos purgatque repletos,
Palpebras referat viſcoſo carcere clauſas,
Nexas dilaqueat, viſcoſa bitumina mundat.
Quae bene gummoſis ſibi commixtis anacardis,
Maſtice, caſtoreo, myrrha, pilulisque recepta:
Ne fluat in vanos motus, falſasque timoris
Vmbras concipiat, ne caſtra ſuperflua fundat
Finibus Italicis ne ſe quaeſiuerit extra,
Fantaſiam firmat: Logicae virtutis acumen
Dirigit, & mentis deliramenta retundit:
Vim memoratiuam ſolidat: gazam rationis,
Lubrica lethaei quam merſerat vnda fluenti,

Col-

Colligit, & reparat & ſub Ioue ſiccat amoeno. A. C.
Haec anachardorum generoſo mixta liquori MCXCVIII
Frixa mero, cellae ſuperaddita poſteriori,
Perdida virtutis memorantis iura reformat;
Ante die quarto caput ignea cuſſa vaporet,
Vt cutis effundat carpello caeſa cruorem.
Haec modactilico purgat ſibi pulvere mixto
In pilulis gelidam ſero data blance podagram
Ex ebuli cimis de ſambuci mediano
Cortice, proiectis tunicis, ſolisque retentis
Mollibus interulis, de feniculi, petroſilli,
Seminibusque apii, fiat decoctio, per quam
Blanca reſoluatur camantis mixta liquori
Expreſſo a cimis, quod concula continet oui.
Hoc accepta modo, tali celebrata tenore,
Vſibus aſſiduis pro viribus accipientis
Liberat hydropicum longi de carcere morbi,
Cui digeſtiui motu languente caloris
Fortior expellens & proiectoria virtus
Laxat & extendit generali membra tumore,
Puluere caſtorei largo ſi pondere mixto
Per crebras iterata vices, nunc ſubdita linguae
Per pilulas, nutritiuis nunc tradita membris,
Os tortum pendens, labrum faciemque ſolutam
Linguam legitimae fraudatum iure loquelae
Rectificat, releuat compaginat, atque coaptat,
Integrat & cuneo naturae verba monetat.
Cappare, feniculo, mixtis ſibi cum tamariſco,
Et quae Leptominae virtutis acumine pollent,

A. C. MCXCVIII

Spleneticis confert, si mollitiua relaxent
Splenis duriciam, si digestiua medendi
Vsum praeueniant, ne prima nouissima fiant.
Ius apoplexiae dirimit, morbique caduci,
Si tepido vino, quo sit caro cocta leonis,
Blanca resoluatur, & sic resoluta bibatur.
Sic se matronam veterem Platearius olim
Per duo lustra prius passam curasse fatetur.
Annis blanca manet geminis foecunda vigoris.

Benedicta

Humores trahit a membris benedicta remotis,
Dissoluit lapidem, morbum fugat articularem,
Stranguriam, phrenesim, colicam domat, & paralysin
Amputat enfraxes epatis, splenisque tumores,
Iliacum soluit pestem, reprimitque podagram.
Ante datis diuisinis radicibus, herbis,
Gummis, seminibus, quibus est diuretica virtus,
Ordine sub certo, quorum foecunda Salerni
Pagina describit similem distincta columnis
Corpore mollito calidi virtute lauacri;
Quo fuerint cocta cresso, senetio, malua,
Furfur, & althea, cissum, linochidis herba.
Admixtis sibi praecipuis meliusque probatis,
Quae praedictarum pandit distinctio rerum,
Summam nephreticis curam gerit & lapidosis.
Pondere si duplici, quam regula conficiendi
Exigat, admixtus erit hermodactilus illis,
Ictibus arthreticis acri de rheumate natis
Subuenit, & gelidae confert benedicta podagrae.
Quae cum clisteris apozemate mixta, pudendis

In-

Inſtillata locis, colicam ſi ſoluerit aluum, A. C.
Spondet quod colici tollet nocumenta doloris, MCXCVIII
Cum diamargariton ſi demum mixta bibatur:
Sed calidi primum venter, partesque pudendae
Renes & lumbi ſitiunt fomenta lauacri.
Actio cliſteris ſi ſurda ſit atque rebellis
Vt duras nequeat ventris diſſoluere faeces.
Sumpta per os medicina nocet, viresque doloris
Exacuit, morbum renouat, ventremque procellat.
Conceptam vitio ſtomachi quam cauſa creauit
Frigida cephaleam domat antophilis ſibi mixtis,
Et nuce muſcata. Sed frontis inunctio primo
Et laterum capitis calido celebretur oliuo,
Quos fermentat hydrops, pexis quibus hora ſecundo
Incrudata, vago diſtendit membra tumore:
Quos grauat eluuies Benedicta vigore potenti
Liberat & redimit: data cum vino petroſillo
Maſticis & maratri dauci, duplicisque cimini.
Poſtquam pleuretici deferbuit ira caloris,
Iamque ſuos motus bis ſeptem noctibus actis
Poſt agma bb) *propriis quaerens erumpere cellis,*
Ordine poſtpoſito ne proſlua forſan oberret
Materies, fatuo ne laedat membra recurſu,
Haec medicina cauet data cum ptiſana, dragaganto
Gummi, penidiis, melonibus, atque citrolis.
Permanet incolumis Benedictae vita biennis.

bb) *Poſt agit a Gud.*

A. C. MCXCVIII

PROLOGVS LIB. II.

Dulcia Threicii resonans modulamina vatis
Tange chelim, digitisque fides percurre sonoras.
Largo Cirrhei libamine pota fluenti,
Diua, Musandinas euolue & differe leges.
Decrepito longoque diu fuscata veterno,
Quae calcata iacent, quae nunc abiecta teruntur,
Sparsaque vilescunt communibus edita cartis,
Nec iubar eloquii, certam nec habentia formam
Collige, compone, renoua, prudenter adorna.
Oblectata nouis quae praesens despicit aetas,
Eruta de veterum scriptis antiqua recense:
Ad veteres cantus quoniam noua nauseat auris,
Delicias pastorales & ludicra quaerens;
Historiam veterem numeris metrisque ligatam
Vt melius resonet modulis aptare momento,
Et vetulam compelle nouo iuvenescere cantu,
Seque puellarum iungat matrona choreis,
Atque pedem moueat, sed non lasciua pudicum,
Nec sua pentametro frangat vestigia gressu.
Vt melius vigeat vetus anticumque falernum
In segetes transfunde nouos gentique falernae,
Crateri mandata nouo, sua vina propines.
Quae postquam gusta doctaque probauerit aure,
Nouerit illa suis collecta in montibus esse:
Sed calicem sciat esse meum, si forma probatur
Artificis, qui materiam sumens alienam
Fingit in aere nouos ligno vel marmore vultus:

Sed

Digitized by Google

Sed quia de rebus propriis plerumq; parartur A. C.
Vſus & obſequium, manibus quaeſita miniſtri, MCXCVIII
Et valet interdum dominus clareſcere ſerui
Muneribus: mea poiloſophis fer dona Salernis,
Aegidio mittente ſuo foecunda ſalutis
Fercula ſuſcipiant non dedignante labello,
Scripta legant: honor eſt patri cum proficit haeres:
Sic famulo reſpondet herus: ſic foedere certo
Atque relatiuo patri eſt obnoxia proles:
Diſcipulo doctor tanta compage ligatur:
Sic ſibi coniurant & amicis nexibus haerent,
Quod bona progenies laus eſt & gloria patris,
Ingenuumque probat proles generoſa parentem:
Sedulitas famuli domini foecundat honorem:
Diſcipuli titulo doctoris fama relucet:
Luna probat radios ſolis: corpusque fatetur
Vmbra ſuum: truncum ramusculus: vuaque vitem:
Ex oleo merito pretium clareſcit oliuae.

Incipit Liber II.

DIAMARGARITON.

Cor diamargariton recreat, mentemque ſerenat:
Triſtes exhilarat: phthiſicis fomenta propinat:
Conſumtos reparat quos macronoxia vexat:
Cardiacam curat: ſordes a corde relegat:
Reſtituit guſtum torpens acuendo palatum,
Atque cibis propriis dat condimenta ſaporis:
Quos anathimiaſis vexat, fumoſaque pexis,

Ad

A. C. MCXCVIII

Ad ſolitum morem reuocat, tribuitque vigorem,
Debile cor recreat, gelido torpore ligatum
Frigore denſatum, tenebroſa nube grauatum,
Si miſcetur ei puluis, quem fracta miniſtrat
Oſſea durities cerui de corde recepta.
Ponderis haec ratio mediam capit uncia dra-
gmam
Ante cibum mane doſis haec cor viſitet aegrum,
Et ſit odoriferi comes huic potatio vini.
Non des, ſi calidae ſit paſſio filia cauſae.
Hoc quoque cum vino ieiuno ventre bibatur,
Frigida cui ſtomachum craſis incrudeſcere
cogit:
Fruſtum ligni aloes cum baſilicone moretur
Tempore nocturno puro fortique falerno,
Cum diamargariton vinum hoc ſi mane bibatur
Inualidam pexim releuat quam deiicit algor.
Si foecunda magis, ſi rerum plena facultas,
Larga manus, praegnans loculus, ſi ſplendeat
auro
Arca, vel argento niteat, domus ampla clien-
tum
Ferueat obſequio, ſi delicioſa potentis
Plus aequo lasciua fames ſpoliare laboret
Diuitiis elemeata ſuis, ſi fulguret aurum,
Electum gemmata merum ſi vaſa propinent,
Si magnis ſe diuitiis mens magna coaptet,
Aggrauet hic medicina manum: ſumptus one-
roſos
Exigat: hic poſitos debet transſcendere fines,
Contundant gemmas molat aurum, miſceat am-
bram, Balſa-

Digitized by Google

Balſama non dubitet propriis apponere cauſis; A. C.
Lignum aloes feruente mero deſudet & illi MCXCVIII
Se perdendo ſuum tribuat mandetque vigorem.
Iacturam redimit opulentia, cura ſalutis.
Hoc quoque quod propriae geritur cuſtodia vitae
Nam cum auri dremmam capiat pro nocte liquoris,
Et natura ſuas habet interponere partes,
Vt ſe confortet, recreet releuetque cadentem
Cum vino diamargariton, vbi caumata paſſum
Lignum aloe fuerit detur ſtomacho patienti
Discraſſam gelidam, gelidaeque pericula pexis.
Quid faciet Codrus, quid Codri curta ſupellex.
Cuius plebea vacuus farragine venter
Non ſatis impletur, ſpasmum patiente crumena,
Cuius opes modicis depicta ſophismata cartis.
An quia res anguſta domi, quia parca facultas
Et tenuis ſumtus nequit hos attingere luxus?
Et vetat in vetitum motus erumpere mentis,
Nuda ſalus ſine ſubſidio proſtrata iacebit?
An quia deficiunt ſpecies & aromata deſunt,
Codrizat tua, Codre, ſalus, deiecta fatiscit
Corporis integritas, quia te praeſentia Mauri
Splendida non recreat, multo ſpectabilis auro.
Abſit vt inſidias naturae ſobriã ponat,
Mundaque paupertas, quae certis obſita metis
Non quaerit ſibi praescriptos transſcendere fines
Paupertas medicina ſibi tribus emta minutis,
Quam

A. C. MCXCVIII
Quam faba Pythagorae, lardo condita puſillo,
Et rude nutrit olus, cui de farragine panis
Furfurea factus auidoque in ventre receptus
Radit & elimat groſſos de corpore chimos.
Plus ſapit, & reficit, nutrit, confortat & auget,
Se membris magis aſſimilat, ſe firmius illis
Inſerit eſca, famis auido condita ſapore.
Quae via curandi morbos, quae cauſa fidelis
Certa medela malis, niſi parcae ſobria vitae.
Regula priuatis plerumque accommoda menſis?
Plus aqua, plus tenuis ſub tecto paupere victus
Roboris ac vitae confert, quam Caeſaris aula,
Nectarei calices, quam vitis vina falernae,
Quam caro ſylueſtris latrantum parta labore,
Salmones ſapidi, rumbae *bc) trutaeque rubentes*
Inter regales epulas, tacetaque craſſa.
Languet in his gula luxurians & venter obeſus.
Cum vino diamagariton poſt prandia ſumtum
De gelidis exorta domat faſtidia chimis:
Sed de ſpirituum defectu nata coercet
Ante cibum: De diſcraſia contracta caloris
Noxia non reprimit, ſed plus ferueſcere cogit,
Rheumata ſuppoſitum linguae viſcoſa reſoluit
Pectoris aſmaticis: phthiſicos ſine febre reſumit
Cum ptiſana ſumptum, cui frigida ſemina purum
Ablactata diu commendauere liquorem.

Haec

bc) ms. an *rhombi*? *Gud.*

Haec doſis emundat ſaniem, carnemque reformat, A. C. MCXCVIII
Carne ligat media diſtantes vlceris oras.
Cronica longaeui paſſos dicsrimina morbi
Integrat, & reparat, claro comitante falerno,
Cuius aromaticos fragrantia vincat odores,
Vineus & guſtum recreans, excluſus ab omni
Sit ſapor auſtero: puri color aemulus auri,
Cuius ſubtilis ſubſtantia, lucida forma,
Cui fraenum imponat roſei mixtura liquoris.
Quos grauis exagitat malfactio, membra vigore
Priuans ſenſifico, gelidae nimis aemula mortis
Rheumatico claudens vitales obice poros,
Aut purum vitae radium, cordisque lucernam
Obfuſcans denſa coecae caliginis vmbra:
His diamargariton, morbo ceſſante, medetur.
Die bd) *nihil dandum eſt, oris medicamina ceſſent,*
Quando ſuos agit inſultus in corpore morbus.
Exurgat facies roſeo perfuſa liquore:
Baſilicon, menta, violae roſa, myrtus amoenos
Naribus aegroti non ceſſent reddere fumos:
Plena roſis capiti ſe ceruicalia ſubdant:
Quae tepidum biberit humorem fortis aceti,
Roboret inualidum ſuper addita ſpongia pectus,
Viſitet extremas moderata fricatio partes:
Inuoluat perfuſas aqua praecordia pannus,
Vt vagus algoris retruſus ab obice ſanguis
In-

bd) in ms. f. *deinde.*

A. C. *Interiora petens tribuat ſolatia cordi.*
MCXCVIII *Pingui paſta oleo ſubitoque extincta lucerna*
Olfactum horribili grauet & contriſtet odore,
Senſilis vt virtus ſternuto mota, ſepultam
In cerebri cellis animalem ſuscitet auram.
Femina matricis quae compellente querela
Exſtaſis in raptum rapitur totiens memoratum
Suscipiat diamargariton regione pudenda,
Quae Veneris ſedes, Vulcani Fabrica, *partus*
Ianua, quae ſorbens hominem lasciua voluptas
Deferuere ſolet: vbi iuſta libidinis ira
Frangitur, & primo quae feruida, ſine tepeſcit:
Prodiga quae donis fuerat, quae proſlua pactis
Plenaque ſollicitis detenſo languida neruo
Alget auaritia: poſtquam deferbuit ardor
Ceſſat amor, cadit affectus, dandique voluptas:
Febris abit facta ſanie, ruptoque tumore
Tenſio laxatur, & ſoluitur ira caloris:
Quae primo fuerat abſorpta libidine carnis,
Damnat opus ratio: ſed poſt ſurgente procella
Fit carnis recidiua fames, crescitque boliſmus.
Illibata tenent annis ſua iura duobus
Hoc Diamargariton & ei conforma Diantos.

DIANTOS.

Febribus afflictos, languore diu cruciatos,
A morbo profugos iuuat inſtauratque Diantos.
Suſcitat invalidum pexim, confortat orexim:
Con-

Digitized by Google

Confert cardiacis, & triſtibus, & maculentis: A. C.
Roborat in validos, quibus eſt vis parua ca- MCXCVIII
loris,
Qui tabulae haerentes nudi ſine veſte vi-
goris
Virtutis modicae leni ſpiramine moti
Jam rate confracta morbi euaſere charibdin.
In quibus expediat cauſis, quas debilitatis
Subuertat ſpecies, opus eſt indagine veri.
Hanc calor, algiditas, emfraxis, frigidus hu-
mor,
Spirituumque facit defectus: ſi calor illam
Vel ſi ſpirituum defectus, nulla diantos
Gratia ſubveniet: ſi praecluſiua viarum
Spiritibus neget enfraxis per membra recur-
ſum
Membraque debilibet, cum puro ſume Jalerno,
Cui dederint electa ſuas diuretica vires.
Discraſiae ſocius gelidae, ſi frigidus humor
Debile diſponat corpus fluxuque fatiget,
Cum vino dabitur, vbi ſint incendia paſſi
Maſtix, olibanum, gariofilus & cinomomum.
Cauſa prior maneat deſitque ſolutio ventris,
Det vino nux ſola ſuum muſcata vigorem:
Frigiditas humore carens poſt dona diantos
Poſtulat offerri puri libamina vini.

DIAMORON.

Quod ſit de moris, morbos exterminat oris:

A. C. MCXCVIII

Faucibus artatis valet & ſquinance bd) *gravatis:*
Guttur mundificat: vuam de rheumate ſiccat.
Diamoron duplex vinum, cui morus agreſtis
Dat ſua mora rubus: reliquum quod ab arbore celſa
Et vires trahit & ſuccos: & vtrumque cadentes
Et male laxatas ex rheumate ſubleuat vuas:
Siccat & extenuat, madidat, & rheuma coercet,
Quod ferit arterias, fauces & guttura crebro
Humorum impulſu, ſi gargariſmate facto.
Cum calida teneatur aqua patientis in ore.

DIASATYRION.

In Venerem pronos quos olim fama notavit,
A ſatyris Diaſatyrion nomen ſibi traxit.
Militiae Veneris lasciuaque praelia noctis
Ex diaſatyrion ſumunt augmenta vigoris:
Lumbos ingrauidat, membrum genitale reformat,
Teſticulos inflat, & virgae ſperma miniſtrat.
Ergo femineo quisquis ſeductus amore,
Fortius affectas Veneris ſudare palaeſtra,
Et coitu aſſiduo muliebris paſcere vota:
Qui nervo conſtante diu nunquamque remiſſo
Vis multas iterare vices, paſſerque videri,

Cum

bd) forte: cynanche

Cum diuſatirion hoc durum & molle duellum A. C.
Aggredere, vt capias taſciui dona triumphi. MCXCVI.
Stulte, quid aggrederis vuluae ſaturare bolis- 230.
mum?
Cur auide affectas implere voraginis antrum? Inuectiua.
Tartarus, os vuluae nequeunt pontusque re-
pleri.
Laſſari multo coitu, nunquam ſatiari
Vulua poteſt: Graecus furit intus & aeſtuat 235.
ignis, be)
Qui nulla moritur nullaque extinguitur arte.
Quanto plus molitur, quo plus attrita flagellis
Hoc magis ardescit, ſaeuitque libidinis aeſtus,
Omnis ad iſtius pelagi ſit nauita portum
Naufragus, & rupto ſemper ſubit oſtia malo. 240.
Vae tibi, qui vanum & vilem meretricis a-
morem
Sanguine mercaris proprio, totisque medullis!
Quamuis illicitam moueat Veneremque pro-
fanam,
Et vetitos Diaſatyrion accendat amores,
Cum veneris faciat equites ad bella paratos; 245.
Juſtius & melius iuſto famulatur amori
Et caſtos ignes celebrat taedasque iugales.
Non ſit adulterii calcar, ſtimulusque furoris;
Non oleum infundat ardenti ſponte camino.

be) hoc deſumſit ex veteri lingua ſua: olim Galli vocabant: *feu gregeois ignem graecum*, quem hodie appellant, *feu d' artifice ignem artificialem* ſulphuratum, qui in ipſa aqua non extinguitur. *Gud.*

A. C. MCXCVIII

Sed tamen bf) *hoc melius fieret, quod crescereret ardor,*
Et quod in immensum vetitus consurgeret ignis,
Corporis exhaustis humoribus atque medullis
Vt sua luxuriae faceret consumptio finem,
Cum diasatyrion stincos appone: bibatur
Satyrion, eruca salix, nux indica, stincus,
Vt facibus tantis consumpto fomite totus,
Transeat in cineres tepidos & langueat ignis.
Et qui non valuit spontaneus esse pudicus,
A vitiis compellatur cessare coactus.
Huius opus proprium thalamis seruire pudicis,
Legitimis parere thoris, taedaeque iugalis
Confirmare sacros concordi foedere nexus.
Cum virtus genitiua parit, cur mortificantis
Frigoris excessu sterilis deuoluitur aetas
Nec fructum dat planta suum? sed rebus habendis
Defectu sobolis extraneus imminet haeres:
Cum rerum fluitant incertaque iura vagantur;
Cum lites acuit dominandi tetra libido,
Agricolam cum forte nouum sibi vendicat vxor,
Matricis sterilem qui fortius exarat agrum.
Talibus in causis diasatyrion sua praestat
Commoda coniugibus, quos copula sacra ligavit:
Perdita restituit natiui iura caloris:
Faecundat geminos genitiuo *semine fratres:*
Palpat lasciuo genitalia membra vapore:
At-

bf) Ironica concessio abusus Diasatyrion, vt abutentes in coitu deficiant

Atque vaporoſo concepti turbine venti A. C.
Languentem & modicum compellit ſurgere MCXCVIII
neruum.
Conceptum iuuat & ſtabilem confirmat amo-
rem:
Scisſuram generis foecunda prole renodat.
Non bene condito detur fortiqae falerno.
Quod ſi forte times corpus ſudore reſolui,
Vini conueniens limphae mixtura vigorem
Temperet, vt blando foueantur membra calore.
At quidam venerem magis inflammare vo-
lentes
Cum diaſatyrion ſtincorum iura propinant:
Tantaque ſit rabies, tantusque libidinis ardor,
Quod calor exhalat, quod poris ſudor apertis
Egreditur: paſcens coitum depaſcitur humor:
Ocia neruus agit: Veneris detenditur arcus:
Virga iacet, quamuis blando palpata frequen-
ter
Contactu manuum, ſurdaſter pamphilus au-
rem
Non leuat: expectans mulier ſibi ſuſtinet aegre
Gaudia differri, longo languentia voto:
Accuſat diaſatyrion: artem medicinae
Arguit & medicos reprobat, qui talia tradunt,
Cum modus *in culpa ſit dandi non medicina.*
Hoc monacho iuueni, rubicundo, ventris obeſi,
Qui veneris ſtimulos & amoris pabula quaerit,
Imprecor, in coitu quod tanto incandeat igne,
Quod finem ſtatuat vetitis conſumtio rebus.
Si coitum impediat vis incenſiua caloris

A. C. MCXCVIII *Corporis humorum conſumtio ſpirituumque*
Defectus non eſt dicta reparabilis arte,
Nec diaſatyrion huic cauſae cura medetur.
Quamuis eget diaſatyrion, ſe nutriat eſcis
Sorbilibus, liquidis, teneris membrisque regendis
Quam confortandis melioribus atque fouendis.
Quarum applauſuam membris & conueni-
entem
Temperiem facit humiditas ſociata calori.
In ſero prius accepto medicamine dentur
Palmorum fructus, & amigdala dulcia, ficus.
Algentes lumbos, vel quos viſcoſa moleſtat
Materies, valido virtutis robore firmat;
Cum vino ſumtum: ſed ei diuretica *miſces,*
Si ſecum trahat humoris conſortia morbus.
Qui lumbos caſtrare volunt, certantque pudicis
Nexibus effrenes carnis praecingere motus,
Sancta pudicitiae quibus vmbra refrigerat aeſtum
Luxuriae, quibus aura fugat diuina calorem,
Quos ſancti ſacra Fulconis doctrina ſeuerum
Edocuit vitae melioris carpere callem:
Dum noua, dum rudis eſt, & adhuc tiruncula virtus
Quando impubis adhuc intra cunabula vagit
Infans relligio, nouiter Babylone relicta,
Hi quocunq; malo renum ex algore graventur
Ex diaſatyrion nunquam, quamuis medicina
Summa ſit algoris, ſibi praeſumant medicari.
Renibus alliceret pacem, ſed bella moueret

Te-

Digitized by Google

Teſticulis: pareret vicinis ſcandala membris: A. C.
Proximus arderes paries: grauis ille tyrannus MCXCVIII
Peccati fomes, laſciui incentor amoris
Naturae ſtimulus, primo piger abditus imis
Partibus, intepidae latitans torpore favillae
Aeſtuat admotis facibus, ſcintillat & ardet:
Tendit amor venas, nec deſinit ira caloris,
Donec deſpumet detenſo languida neruo,
At cum relligio radices altius egit
Cemento ſtabili, firmo ſolidata tenore,
Cui vim longaeui praeſcribit temporis vſus:
Non mouet hanc diaſatyrion, licet eſtia pulſet
Exploretque aditus, quamuis ſubuertere primum
Conetur vallum, nequit expugnare ſecundum.
Non ad conſenſum trahitur meditatio: petrae
Paruulus alliſus ſe non ſinit eſſe gigantem:
Occumbit fructus in ſemine, meſſis in herba,
In tepido cinere moritur tenuique favilla
Igniculus: non corrodit vulpecula vitem.
Terminat huic aenum finis qui terminat annum.

DIAPRASIVM.

Corizam, brancum, tuſſim domat, atque catarrhum
Arteriale malum cerebri de rheumate natum:
Vuas ſtillantes, fauces humore natantes:
Cum vino ſumptum tepido curat Diapraſum,
Si patiens tepidum praegargarizet acetum,
Quo ſint cocta, roſae, balauſtia, ſidia gallae,

A. C. MCXCVIII
Dactylus & carice: vinum quibus addere dulce
Ad dissoluendum confert & mundificandum.
Acceptum comitante mero partique dolenti
Appositum gelido dentes humore grauatos,
Et male rheumatico percussos verbere sanat.
Suppositum linguae, misto sibi penidiarum
Puluere, thoracis fugat ex algore querelam.
Fleumate compressi causam pulmonis anhelì
Terminat, & dirimit, & respiracula soluit.
Admixtis sibi penidiis, gummi dragaganto,
Atque liquiricia cum puluere gentianae
In solidae speciem massae vertatur, vt inde
Formentur pilulae, quae si teneantur in ore
Asmaticos sonitus reprimunt suspiria tollunt.
Cum vino moratri bibitum aulcisque cimini
Inualidum confortat epar, stomachumque reformat,
Frigoris excessu cuius male deuia virtus
Tramite legitimo genuinae pexis oberrat.
Caumate febrilis deferuescente caloris,
Mundata partim sanie partimque retenta,
Cum lenitiuo sumptum calidoque liquore
Pleureticos parogorizat lenitque dolores:
Dissoluit, purgat, & membra putredine mundat.
Hoc quoque nefreticis confert & strangurioſis
Si cum saxifragae vino fuerit resolutum.
Conceptos abolet splenis regione tumores
Cum vino de leptomeris ducente vigorem
Herbis, seminibus, radicibus, & speciebus.
Turbine ventoso colicis vexata procellis

Vi-

Viſcera componit, ſi demum vina bibantur A. C.
Muſcatae nucis & nardi redolentia vires. MCXCVIII
Clauſa per euſtaxin, gelido torpore ligata 385.
Rumpit & excludit muliebris ſtanna monetae,
Muſceleo mixtum ſi cum bombace pudendis
Partibus haec mulier ſupponat tempore noctis.
Vt claudam breuiter vnoque caractere multa 390.
Expediam: gelido genus ex humore trahentes
Omnes membrorum morbos fugat interiorum,
Si comes affuerit clari libatio vini.
Claudit ei quartus menſis viceſimus aeuum.

DIARRIZEOS.

Arterias male concuruas, rauceque ſonantes, 395.
Viſcoſus nimiumque tenax quibus humor adhaeret,
Planat & elimat diarrizeos atque reſoluit:
Spurcitie Veneris concretas frigore ſordes
Mundat, & extergit: vitium ſpirabilis aurae
Lenit: & humectat aditus humore latenti. 400.
Cum premitur gelidis pulmonis, fiſtula chimis,
Eruit aſmatico querulo de pectore cantus,
Et tuſſim de viſcoſis humoribus ortam.
Sed ptiſanae ſuccos aequo ſorbere iuuabit,
Admixti, ſibi penidiis, gummi dragaganto, 401.
Atque liquiriciae ſucco, caricis & hyſopo.
Ex crudo quibus eſt ſtomachi ſitis orta vapore,
Gutturis ardorem quibus indigeſtio praeſtat,

A. C. MCXCVIII *Inflammatque volas manuum, Diarireos illos*
Curat, cum vino susceptum foeniculato,
Vel quo bullierit anisum, mastix, & anetum
Excitat officium coitus, & iura caloris
Perdita restaurat, pexim in crudore iacentem
Subleuat, & faciem pulso pallore venustat.
Cum ptisano sumptum, cuius toties memorata
Saepius expressit propriam descriptio formam,
Iam facta sanie, rupta compage tumoris,
Pessima pleuretici prohibet contagia morbi.
Vix transire potest primum Diarireos annum.

DIACIMINVM.

Ventosum stomachum tranquillat diaciminum
Diluit offensas stomachi de frigore natas,
Et gelidas tusses vitalia membra grauantes:
Crudaque rheumatici valide stillamina motus
Excoquit & mundat, si cum vino tribuatur,
Quo caricas pingues & passas coxeris uuas.
At sibi sudorem bene tectus prouocet aeger,
Et somnum faciat, vt crudi causa catarrhi
Coctici effecta valeat sudore resolui.
Quando supercilium fumoso malleat ictu,
De vitio stomachi surgens vis saeua doloris
Ante cibum grauius pulsans, post prandia lenis
Expedit acceptum cum vino Diaciminum

In

In quo decocta ſint macis ſpica, Galanga. A. C.
Sic gelidae recipit curanda negotia pexis. MCXCVIII
In febribus ſumptum tepido comitante caleno 435.
Temperat horrores typicos, & frigora mollit.
Praeualet emfraxis epatis ſplenisque tumentis
Anguſtas reſerare vias, Aſaro, Petroſillo
Capare, foeniculo, mixtus ſimul *cum tamariſco.*
Per geminos viget hoc annos, intraque duorum 440.
Annorum metas ipſius clauditur aetas.

DIACALAMANTVM.

Subuenit Asmatico confectio de calamanto,
Pectoris offenſas gelido de rheumate natas
Fortiter auellit: febrilia caumata pellit.
Jus quoque quartanae nonnumquam reddit inane. 445.
Cum forti vino ſuſceptum veſpere ſero
Tuſſibus occurrit gelidis, quas prouocat humor
Quas mouet & renouat quas intempeſtat aquoſi
Rheumatis eluuies, crebro ſtillamine pulſans
Vitales aditus, noctisque ſilentia rumpens. 450.
Puluere baccarum lauri toſtique Cimini
Sacculus impletus caput ambiat aut regioni
Pectoris arctetur, calidus ſi morbus ab illo
Radicem cauſamque ſui contraxerit ortus.
Hoc ſumpto comitante mero proſcribitur omnis 460.
Ex algore ſtatus ſtomachi dolor atque fugatur.
Mota procelloſis tranquillat viſcera ventis,
Si vinum dederis anicos in fine bibendum

Pe-

A. C. *Pectica natiuo virtus ſpoliata vigore,*
MCXCVIII *Crimine crudoris defectus paſſa ruinam,*
Se regit & releuat, ſeſe innouat atque reformat
Saepius accepto medicamine de calamanto:
Cuius ſi modici libatio ſobria vini,
Cum quo bullierit macis, compleuerit vſum,
Prompta ſalus, ratus effectus meliorque ſequetur.
Menſtrua, frigidatas quae conſtrictiua coercet
Vel quae viſcoſi ſunt clauſa bitumine Chimi
Soluit ſuppoſitum matrici ſiue comeſtum.
Maſticus Euforbii pariter ſibi puluere mixto
Appoſitoque Diagridio ſub pondere duplo,
Tetraceis febribus dominatur & ephimerinis,
Et laxatiuae tenet officium medicinae,
Si bene digeſtis humoribus ante febrilem
Acceſſum dederis, quinus vel quatuor horis,
Foederat Euphorbum ſcrupuli ſibi pondere maſtix:
Illud idem ſuperat ſcrupulo ſcamonea duplato.
Non valet hoc annni metam transire ſecundi.

DIARODON.

Diarodon magnum ſicut ſe nomine magno
Magnificat, ſicut titulo maiore ſuperbit:
Si magnae virtutis opus magnumque vigorem,
Lance pari magni menſuram nominis aequat.
Praeualet immodicos ſtomachi ſedare dolores,
Quos creat humiditas peregrino iuncta calori,
Si calor humoris expers ſit cauſa doloris:

Non

Digitized by Google

Non des, cum ſit ſi transgreſſio parua caloris: A. C.
Nam de temperie quamuis ſe iactitet ipſum. MCXCVIII
Plus tamen in calidum vergit calidoque propinquat. 485.
Cardiacos fugat inſultus & lippotomiae
Defectus abigit; lumen vitale ſerenat,
Cum vino ſumptum, quo deſudauerit ante 490.
Mater *ſupplicium feruentis paſſa caloris.*
Sumendi magis expediens deſcribitur hora,
Morbo conueniens, praſenti congrua cauſae,
Quando nouella dies orientis cardine ſurgens
Emicat, & coelum rutilo ſplendore ſalutat: 495.
Quando labor populis, ſomni iam pace ſoluta,
Incboat & ſolitos operum recidiuat *in actus:*
Quando ſuos vrbs Pariſius celeberrima ciues
Excitat, vt nimio plebis feruente tumultu
Paſſibus aſſiduis ſanctorum lumina *vexent.* 500.
Cum gelido fonte dandum eſt roſeoque liquore,
Quando ſui curſus mediato tramite lucis
Lance pari medias librat ſol igneus horas,
Defectiua quibus nimio ſudore reſoluit
Membra diaforeſis, quam talia ſigna figurant. 505.
Paruus & inualidus ſit pulſus, creber inanis,
Vox tenuis: color exſanguis: ſpiratio ſpiſſa:
Ordine non certo manens ſed ſemper abundans
Nec releuans ſudor, cretico non tempore factus,
Sudantes vitio ſtomachi diſtinguit ab iſtis, 510.
Pectoris aut inter ſpatulas preſſura doloris:

Sin-

DIARODON ABBATIS.

A. C.

Et quoque Diarodon Abbatis nomine clarum, MCXCVIII
Cui dedit egregium regalis curia nomen,
Confert epaticis, ethicis, tiſicis, *macilentis,*
Idericis, & cardiacis a febre ſolutis.
Vergit in occaſum cum primum tranſit in annum.

DIAPENIDION,

Quae de penidiis confectio nomina ſumit,
Subuenit empicis: tiſicos fouet atque reſumit:
Compeſcit tuſſes & morbos, arteriales:
Pulmonem paragorizat, pectusque relaxat:
Guttura lenificat: modulamina vocis amoenat:
Diluit ex ſiccis mala conſurgentia cauſis.
Omnibus his dandum eſt pariter ptiſano reſolutum,
In quo buellierint gummi, lactuca, papaver,
Malua, liquirica, dragaganti lucida grana.
Non dandum eſt ethicis, quos tertia ſiue ſecunda
Depaſcit ſpecies: nec eis quibus emolit artus
Febri mixta riſis: nec principio tribuendum
Pleureticis, nondum fracto ruptoque tumore
Nam licet eucraſiam det ei moderantia rerum,
Multa tamen recipit in ſe ſubiecta caloris;
Et nimium calidos modicus calor ignit & vrit.
Cum tumor erumpit, cum fracto mixta tumore
Obice purgatur ſanies, ne forte profundis
Inuiſcata locis pars groſſior atque cohaerens
Tardior ad motum, nec tuſſibus apta reſolui,

Prae-

A. C. MCXCVIII *Praesumat violare suae penetralia sedis,*
Pleureticis dandum diapenidion resolutum
Cum ptisano, cui se melonis lacteus humor
Seminibus fractis admisscuit atque citroli.
In primo viget hoc anno, morituque secundo

DIACITONITEN.

Est diacitoniten stomachi summum medicamen
Quem fluxus cruciat, quem vis ventosa procellat,
Quem turbat vomitus, grauis indigestio, ructus:
Confortat stomacoum, quem laxum, rarificatum,
Quem nimis inualidum febris discussa relinquit:
Partibus inculcat firma compagine partes
Compingit, sanat, densat conducit in vnum,
Vim contemptiuam recreat, peximque reformat,
Spirituum vires agmentat, noxia siccat,
Asmaticum sanat pulsatum rheumate pectus,
Et cum tusse phthisin, similis quas causa creauit:
Nam fluxum cohibet, & qui defluxerat humor
In decline, sui sorbet virtute caloris.
Sumptio pro membris supra diaphragma locatis,
Nulla propinari poscit sibi pocula vini:
Pro stomacho celebrata meri libamina quaerit.
Ergo cuius amor, cui summa est gloria potus:
Vincere qui socium pleno cratere, triumphum
Aestimat, haec stomachi causa libamina sumat,
Pronus vt ad potum laxis discurrat habenis.
Os replet vtentis flatus spiramine lenis:

Cor-

Digitized by Google

Cordis rancorem delet reparatque vigorem. A. C.
Poſtulat hoc ratio renouari quolibet anno. MCXCVIII

DIASENE. 590.

Confert quartanae collata doſis diaſene:
Triſtibus & timidis, vani quos vmbra timoris
Concutit, ignauae detergit nubila [illegible]ae,
Inque melancolicis, eſt expertisſima cauſis. 595.
Poſtquam per geminos diaſene manſerit annos,
Deficit ex primi ſpoliatur iure vigoris,

DIACASTOREVM.

Antidotum diacaſtoreum fert grande ſalutis
Subſidium laxis fluido de rheumate neruis:
Cephalicis, emigranicis, vertigine preſſis, 600.
Atque monopaticis, tremuloſis atque caducis.
Fortius at poteris meliusque retundere cauſas,
Lilifagi poſt antidotum ſi vina propines
Paralyſis ſi lingua graui torpore grauetur,
Vt cuneo non legitimo male verba monetet; 605.
Tunc Diacaſtoreum, cui ſe contrita maritat
Saluia, caſtorei *modico ſibi paluere mixto,*
In pilulas orbi ſpeciem formamque gerentes
Transeat: ex illis clauſo teneantur in ore
Septem, ſiue nouem, donec penitus reſolutae 610.
Vim fumi cerebro mandent ſtomachoque liquorem.
At ſi paralyſis alia de parte triumphet,
Muſcelei penitus imbuta liquore dolenti
Apietur medicina loco, partemque perungat
Non quia ſubſidio gaudet pars aegra locali, 615.

A. C. MCXCVIII

Inducias habeat ſumenda per os medicina,
Sed cum lilifagi vino reſoluta bibatur.
Cum vino quò bullierit abſinthia, ſoluit
Enfraxes epatis; cum cappare vel tamariſco
Duritiam lenis; viſcoſa repagula renum
Cum mitis ſolis, cum fiſalidos petroſillo.
Hoc accepturus *medianam circiter horam*
Prandeat: in ſero nullis indulgeat eſcis,
Coena ſit antidotum, vitae cibus, eſca ſalutis.
Huic ſuus effectus duplicato deficit anno.

DRAGAGANTVM.

Discraſias ſiccas pulmonis, & aſperitates
Gutturis, offenſas thoracis, ſcandala tuſſis
Et nocumenta ſitis, raucae ſuſpiria vocis
Corrigit & reprimit, quod nomen habet dragaganti:
Temperat accenſas febrili caumate linguas.
Paſſio membrorum ſupra diaphragma, requirit
Ipſum ſub lingua conſtanter in ore teneri
Vt tacito lapſu deſcendens, ſpirituales
Temperet ingreſſus, & vocis plectra reformet.
Altera conueniens, dictis accommoda cauſis,
Forma ſalutaris ſumendi, ſi patienti
Contuleris calidum ptiſano feruente ſolutum
Hinc quoque miſceri debent liquiricia, candi,
Penidiae, puluis amili, gummi dragagantum
Et fiant pilulae patientis in ore tenendae.
Quisquis ad iſtius trahitur medicaminis vſum;

The-

Thoracis ſiccae craſeos vrgente querela, A. G.
Si febrilis eum minime ſuccenderit aeſtus MCXCVIII
Et ſtomachi nimium gelidi crudore laboret,
Poteſt limphatum ſumpto hoc medicamine vi- 645.
num,
Quo coctus fuerit modicus de maſtice puluis.
Annus ei facit occaſum, qui praeſtitit aeuum.

DIACLIBANVM. DIAMANNIS.

Tollit emigraneam: cilii ſedare dolorem
Sufficit, & lacrimas ſtringit ſumptum dia-
mannis.
Haec creat algiditas ſtringens, vis ignea ſolvens, 650.
Fluxilis humiditas currens, vis ſicca coarctans,
Copia diſtendens, vis contentiua tenendum
Non cohibens: vapor aſcendens & rheuma
flagellans:
Si gelida dolor ex cauſa vel rheumatis ictu
Aut groſſi fuerit natus ſpiramine fumi, 655.
Omnibus his cauſis ratio valet vna medendi:
Maſticis & turis mixto ſibi puluere paruas
Transeat in pilulas diamagnis, de quibus aeger
Glutiat vndenas inſtanti tempore noctis.
Si fluxum moueat lacrimarum lubricus humor 660.
Vel contentivae *defectus, rheuma vel algor*
Praedictae valet huic morbo moderatio cauſae.
Fronte ac temporibus ſaliente reumatice ve-
nas
Expedit vt ſtringas ſimpasmata bg) *quod li-*
quor vui,
Olibanum, maſtix, bolus, facit & diamannis. 665.

bg) ita ms. f. *emplasmata.*

A. C. MCXCVIII *Cum capiti languor veteri radice cohercet*, bh)
Et corpus fore pleutoricum ſua forma fatetur
Tunc opifex alio medicandi tramite currat:
Cumque tribus iaculis morbum expugnare laboret.
Per triduum digeſtiuo medicamine crudum
Diſſipet humorem: curam nox tertia dandis
Impendat pilulis titulo fulgentibus auri.
Cum vino antidotum, calido nox quinta propinat
Dicto procedens triuio de rheumate multo
Fauces compreſſas medicandi regula ſanat.
Hoc cum penidiis amilo candi pilulatum,
Linguae ſuppoſitum poſſumque omnino reſolui,
Nodoſas & inaequales, quas cauſa cohaerens
Aſperat, arterias mundat, complanat & aequat.
Cum vino ſumptum, quo paſſas coxeris vuas
Et caricas pingues poterit ſubuertere tuſſes,
Vim quibus algiditas capitis vel rheuma miniſtrat.
Hoc quoque cum vino ſi maſticis accipiatur,
Currentem laxis vomitum compeſcit habenis,
Quem vel frigiditas generat, vel tempore longo
Contemtiua *ſui virtus oblita tenoris.*
Ex hoc antidoto mixto ſibi puluere coſti
Maſticis acturis bi) *vt coſti ſumma duorum*
Appendat geminas duplicato pondere partes,
Cum

bb) ita ms. ſed I. *cohaeret.* *bi*) f. *actoris.*

Digitized by Google

Cum muſcelino fiat carapſa bk) *liquore*
Ac oleo roſeo, ſtomachi quod parte ſuprema
Appoſitum valida vomitum virtute coercet.
Rheumatis in curſu natos in ventre dolores,
Vel quos frigiditas, vel vis ventoſa creauit,
Mitigat accepto calidi libamine vini,
Nux vbi muſcata fuerit cum maſtice cocta.
Cum peripleumonico de pectore, carcere rupto,
Libera purgatur ſanies, vt nulla relinquat
In membro damnoſa ſuae veſtigia labis,
Ex ipſo pilulis & myrrhae puluere factis
Cum ptiſano peripleumonicis detur diamannis.
His quoque principio nondum orto caumate febris
Detur idem parili forma ſimilique tenore,
Quem contra lacrimas ſeries praeſcripta notauit.
Quam peripleumonicum diſtinximus eſſe ſalubrem
Empicos eadem ſumendi forma medetur
Cum roſea ſi detur *aqua non ſponte fluentis*
Seminis infames poterit compeſcere lapſus
Vsque ſequi valeat medicinae promptior actus,
Proderit exemplum membris atque pudendis,
Renibus & lumbis cum femore de diamannis,
Et de caſtoreo coctisque roſis in aceto.
Succo ainogloſſae prudens *mixtura maritet*
Antidoti vires, quo bumbax tincta virilis
Sub ſpecie membri muliebri ſubdita vuluae,

A. C. MCXCVIII. 690. 695. 700. 705. 710. 715.

bk) ita ms. f. *cataplasma.*

A. C. MCXCVIII

Ne fundat nimias rubrum mare continet vndas
Aegrum naturae ſiccando ſuperflua mundat:
Matricis loculum firmat, curtumque ſigillat
Vt matricales firma compagine venas
Claudat & aſtringat ſera fortior: ante ſaporem
Praedicto bibat hoc mulier cum iure ſolutum
Per duo luſtra ſuum dimagnis prorogat aevum,
Non erit hoc dandum donec medicauerit annum:
Caſtaneae ſpeciem doſis aeuis forma figurat.

DIACOSTVM.

Spleneticum de felle nigro ſine febre tumorem
Vtile ſubſidium morbo curat diacoſtum
Cum vino bibitum quo bullierit tamariſcus
Si ſtrictos epatis aditus compreſſio ſplenis
Arceat vt coleram non reſpirare ſinendo
Succendetur epercriferem *mixtura iuuabit*
Quos pulſat gelida ventos iniuria ventris,
Cum quibus infeſti rixatur ſaeua doloris
Improbitas tranquillat eos & terminat omnem
Offenſae veteris ſopita luce querelam
Cum vino forti celebrata coſis diacoſti,
Ex nuce muſcata validum ducente vigorem:
Aptetur cataplaſma *loco, quod de tamariſco*
Cauſa muſceleo componitur & diacoſto.
Forte videns pauper ſe plus hac parte gravatum,
Seque minus tantis rerum ſore ſumtibus aptum,
Ob-

Digitized by Google

Obſtrepit in medicum *verbisque inſultat a-* A. C.
maris. MCXCVIII

Arthigenem qui te prouiſoremque ſalutis
Conſtituis, modicae cui ſpillea *paragogem,*
Et prolixa domus faciunt augmenta ſtaturae:
Qui tibi gemmato digitis radiantibus auro
Cor varium variis ex pellibus eſſe fateris
Ars tua diuitibus ſolis, quibus ampla facultas
Quos vanos trahit in ſumptus opulentia rerum,
Seruit & optatae praebet ſolatia vitae.
Ars tua diuitiis aui de ſua retia tendens
Solis diuitibus medicinae ſuggerit vſum
Dermacis *muſcum, muſcatam, balſama, nardum,*
Antophilos, aloes lignum, dum caſtora, myrram,
Dum varias ſpecies & aromata multa recenſes,
Quae parit ad rapidos ſoles Gangetica tellus,
Caeſaribus ſolis loqueris, quos non niſi cara
Oblectare queunt, ſterilesque excludis egenos.
Ergo res miſera eſt & iniquae ſortis egeſtas,
Quam ſolus mundus non reſpuit atq; prophanat,
Sed vitae regitiua ſuis prudentia donis
Priuat eam vilemq; abiicit ſteriliemq; relinquit.
Stulte quid exacuis vanis tua verba querelis?
Quod vitare nequis eſt aequa mente ferendum:
Duritiam domat auſterae patientia ſortis:
Fit grauius, quod fertur onus ceruice rebelli:
Pungeris inuidiae ſtimulis ſi pungere quaeris.
Inuidiae lex eſt nimis aequa, quod illius auctor
Mente crucem vitiis portat poenamque reatus
Supplicii iudex & fidus criminis vltor.

A. C. MCXCVIII *Te metis metire tuis: ſit libera multum*
Tutaque paupertas proprio quae fine tenetur:
Qui ſuper anguſtas clamidis ſe porrigit oras
Eius ſumma pedum denudat curta ſupellex.
Non aries bubalo frontis contendit honore:
Non celſae platano certat pinguema marita
Non lauro puxus; cedro rubus; alga liguſtro:
Non ſaliunca roſae ſplendeſcere quaerit amictu.
Non ſibi ſtella minor lunae praeſumit honorem,
Prouida res alias certo natura coercet
Ordine, quod proprias noluit *transſcendere leges*
Rebus in humanis naturae regula fallit,
Cum rationalis animae vis coelica motus
Debeat humanos certis praeſtringere metis.
Maſculus enormis ſexus actiua relinquens
Iura ſui, dum paſciuos molleſcit in actus
Fit mulier, cum coſta viri produxerit illam.
Naturae articulos mulier ſoloetica frangit,
Dum ſibi grammatico ſimilem ligat ordine ſexum,
Ad patris interitum dominandi tactus amore
Filius aſpirat & ſegnes increpat annos.
Iure thori rupto taedaeque oblita iugalis
Flagrat adulterio mulier, quae prodiga frontis,
Fit caro venalis vili mandata macello.
Paupertas modicis arctari neſcia metis,
Dum ſe transſcendit, de libertate quieta
Seruilem ſibi commutat temeraria ſortem.
At tu quem mutilat quem contrahit arcta facultas Quem

Quem paupertatis decidit apocopa: quare A. C.
Te fatuum certas extendere per paragogem? MCXCVIII
Proceſſum impediens tibi firma repagula ponit
Res anguſta domi qui cum ſis merſus in imo
Non potes vlterius vnda bullire ſuprema:
Rumpere te poteris, ſed non producere, ſi res
Aggrederis, quas ferre nequis: cur ergo querelis
Perſequeris medicum vanis, quod non tibi caras
Exponit ſpecies quas decolor advehat Indus
Delicias mundi pretioſis ſumptibus emptas
Cur tibi praeſumis? gratis pretioſis ordinis amplas
Cum tibi fundat opes, reparandae larga ſalutis
Munera cum diues ſine munere ſilua miniſtret.
Plus aequo diffuſa ſuum digreſſio curſum
Fraenet & inceptas Diacoſti pagina laudes
Compleat atque ſuo tractandi tramite currat:
Cum vino bibitum, cui ſe nardina poteſtas
Intulit igniti per vim detorta caloris,
Frigida materies *quas commasſauit in vnum*
Eruit empico veteres de corpore ſordes.
Obice ſtranguriae clauſam neſreſique ligatam
Exſerit vrinam ſi cui diuretica miſces
Cum vino detur vſusque ſuus celebretur.
Firmi iura ſtatus annus dat ei duplicatus.

DIAVRIS.

Guttur, & arteriam, pulmonem, pectus, & vuam,
Ex cauſis gelidis afflicta iuuat dyayris:
Diſſoluit gelidas tuſſes & frigore raucos

A. C. MCXCVIII *Voces clarificat, & cantus plectra reformat.*
Cum vino calido detur ſub veſpere ſero.
Iure ſibi ſaluo toto producitur anno

DIACODION GALENI.

Spargitur in geminas ſpecies diacodion vnum:
Sanguineum ventris contendit vincere fluxum
Atque lienteriae non iura intacta reliquit,
At relicit claro Galieni nomine fulgens.
Cum roſeo ſumptum maſticinoque liquore
Rheumata, ſuſpendit capitis, immota caloris
Ad loca pulmonis facili ſtillantia lapſu.
Non contentiuam *vim roborat, atque calorem*
Alterat, humorem ſpiſſat laxosque meatus
Strictvrae reddit propriae ſolitoque tenori.
Hoc caue, ne dederis niſi corpore mundificato,
Rheumatici fuerit ſi cauſa repletia *fluxus,*
Quem contentiua ſi vis defecta, vel humor
Lubricus intulerit, his omnibus vna medendi
Formula communis, vt cum vino tribuatur,
Cum quo tpura, roſae, maſtix decocta fuere.
Hoc ſuſpendatur nec ab aegro ſuſcipiatur,
Rheumaticum moueat ſi frigida cauſa fluorem.
Si mellis fuerit expers composque ſyropi
Cum gelida ſumptum turbatos rheumate febris
Inſomnes oculos ſomno demulcet amoeno,
Mulcebris vt cerebri requies tranquilla profundae.
Otia pacis agat: muliebri lacte ſolutum

Ac

Ac opio mixtum, facto cataplasmate, frontem A. C.
Et loca, mobilibus quae pulsant tempora venis, MCXCVIII
Ambiat, & clausis excluſa luce feneſtris
Incumbat lateri patiens iaceatque quietus.
Fortiter afflicto, febrienti, febre ſoluto,
Cum roſea ſi detur *aqua vel cum pluuiali,*
Dat veram requiem membris oculisque ſopo-
rem:
Temperat ardorem febris, fluxumque coercet.

DIAPRVNIS.

Factum de prunis quod nomen habet Diapranis,
Corpus habet varium, nunc ſimplex, nunc fit
acutum,
Nunc mellis dulcore calet, nunc temperat
ipſum
Zucera bl) *quae blandi dat condimenta ſapo-*
ris.
Si ſimplex, cui ſe grati iocunda Syropi
Temperies ſociat, & amico foedere iungit,
Cum calida ſoluatur aqua, qua prana damasci
Coxeris & violae flores: & mane bibatur,
In febribus valide feruentibus & peracutis
Intritis ſinochis & cauſo *grande ſalutis*
Subſidium praeſtat: rubri nam fellis acumen
Temperat & ſaeuam compescit caumatis iram.
Proiicit exuſtas feſto de corpore ſordes,
Vt tantis natura bonis adiuta, reſumptis
Viri-

bl) quod eſt *Sacharum.*

A. C. *Viribus acceleret creticos celebrare labores,*
MCXCVIII *Luce propinandum media, cum fonte recenti.*
Sed tunc praecipue cum tempus, morbus & humor
Haec cibus ardoris quae praebet babula flammis
Aetas, forma, craſis, regio concinna *videntur,*
Et ſibi concurrunt ſimili conformia nexu
Adiiciunt igni ſtipulas, oleumque lucernae
Ne febris aſcendat, creſcant ſynthomata, quartum
Incenſiua gradum ne vis contingere poſſit:
Si tali certus non fiat tempore morbus.
Forte repreſſiuum dandum eſt tunc quando febrilis
Impetus acrior eſt, & plus furit ira caloris.
Huic medicamento tam blando ſicque benigno
Adde diagridii ſtimulos: tarde gradienti
Subiice calcar equo: de ſimplicitate remiſſa
In laxatiua ſurgat virtutis acumen,
Ex quo febrilis conflictus quinque peractis
Noctibus & morbi ſolui nequeunte procella
Conueniens inhemitriceis purgatio fiet
Tempore brumali potius tunc, quando rebellis
Materies nec naturae ſic humor obedit.
Quod de melle calet, ſeu lene ſit hoc, vel acutum,
Fortaticum confert; quibus eſt conſtrictio ventris,
Hic magis indulget: ſed eis qui febris acutae
Igne calent, nimis horrendum ſummeque nociuum.

Nam

Digitized by Google

Nam mel discraſiae ſtimulus fomesque furoris A. C.
Perniciem necis accelerat vitaeque ruinam. MCXCVIII
Ergo luant facinus & quae diſcrimina mortis 900.
Fraude ſua plerumque alios incurrere cogunt,
Haec ipſi ſubeant, & mortem morte rependant,
Qui vendunt ſpecies & aromata pharmacopaei:
Qui pigmenta colunt: qui dum ſua pondera mutant, 905.
Et trutinas fallunt, & formas conficiendi
Fraudis adulterio viciant: dum mella ſyropi
Compellunt ſupplere vices: dum noxia vendunt
Et bona teſtantur medicorum nomina, primo
Turpibus obfuſcant titulis, hominumque ſalutes 910.
Deiiciunt, perimunt morbos aegrisque timendas
Accelerant mortes, & teſtamenta reſignant.
Mors miſeros depaſcat eos: ſit lectus eorum
Flamma gehennalis, niſi verſa mente doloſis
Artibus abiectis & proditione relicta
Ad rectum reuocenter iter virtutis amore. 915.
Mel duplat huic annum, cui zucera ſubduplat aeuum.

Finis lib. 2.

Incipit Prologus Libri III.

Currite, Pierides, inceptam tramite recto
Inſtaurate viam: iam vos mora nulla redardet,
Quin

A. C. MCXCVIII

Quin coeptum peragatis: crebrescere coeptis
Est pudor: & finem nullis imponere rebus.
Si, quoniam pedites estis, via dura videtur
Et teneros fortasse pedes praedurus & asper
Calculus exurit, soleae per concaua lapsus,
Cui dedit ingressum ruptae compagis hiatus
Temperet vt poenam requies immixta labori:
Vt melius placeat nox interciſa ſereno,
Vt planctum riſus interpolet otia curam,
Gaudia triſtitiam, ſplendor caliginis vmbram,
Qui feſſos recreet, qui vos cum mente benigna
Excipiat, reparet defectus, damna reformet,
Frugifero placidi vos compluat imbre fauoris:
Vos nullus pudor impediat doctoris adire
Renaudi bm) *ſedes, quem longi temporis vſus*
Foecundumque magis vetus experientia fecit.
Qui non inſipidos, qui plantae more nouellae
Non profert acidos fructus, ſed quos bene coxit
Aſſiduus ſtudii labor & meditatio longa.
Qui Peſſulani pridem vetus incola montis
In medicinali doctor celeberrimus arte
Iura monarchiae tenuit, ſed ſpiritus almus
Nunc elegit eum: de ſedibus orta ſupernis
Coelica conuerſam condiuit gratia mentem
Rore ſuo perfudit eum, qui gaudia mundi
Lucra, voluptates, qui diuitias & honores

Vt

bm) *Magiſtri de Monte Peſſulano.*

Digitized by Google

Vt nebulae fumum reputans inſtarque pruinae A. C.
Poſtpoſitis rebus vanis, Hipocrate relicto, MCXCVII.
Iuſtitiae miles, auſteri cenſor honeſti
Conuolat ad Chriſtum, qui fons & origo ſalutis.
Vera quies laſſis *qui portus & anchora vitae,*
Qui nauis, naulum; vector, dux, ſemita, littus,
Catholicae Dux militae, brauiumque *triumphi*
Hic in ſe domini vexilla gerens crucifixi
Se macerat tollitque crucem, de vate propheta
Et nouus ex medico fit Apoſtolus: & medicinae
Cum prius *extiterit opifex magnusque profeſſor,*
Exprimit ipſe nouum Lucam, Cosmamque figurat
Veraque pauperibus aegris munuscula gratis
Sedulus impendit, nec ſolum *morbida ſanat*
Corpora, ſed curat morbos & vulnera mentis.

Incipit Liber III. de Laudibus Antidotorum a M. Aegidio Corbolienſi metrice compoſitus.

DE ESDRA.

Esdra pares habet effectus, ſe laudibus aequis
Prouehit & titulis effert, quibus aurea ſplendet;
Vnde ſtilo breuiore loquar de laudibus Esdrae,
Quae ſua virtutum cenſeri gloria *vellet*
Nam mea totius in prima fronte libelli
Dives praeceſſit foecundo pagina verſu
De titulis Esdrae quibus aurea conuenit illi.

Non

A. C. MCXCVIII

Non *niſi prouatas proprias magis & ſpeciales*
Quas nobis poſitas opus eſt deſcribere laudes.
Quod ſine Phlegomene fuerit febrisque calore,
Omne malum, cui frigiditas vel frigidus humor
Subſtramenta facit, Esdrae celebratio curat:
Vim rationalem, quam turbidus impedit humor,
Cum nuce muſcata ſi detur, liberat Esdra,
Atque oculum mentis depulſa nube ſerenat
Cum Gentiana iubet antidotarius Esdram
Offerri, licet hanc plus pectoris eſſe ſalubrem
Quam capitis probet effectus: ſed aromata ſenſus
Expediunt, cerebrum depurant, vim rationis
Exacuunt, ab eis ſua ſpiritibus reparatur
Integritas, cerebrum blandis afflantibus auris.
Thuris & Antherae cinamomi puluere mixto
Esdra ſibi confert vuae ſubnixa cadenti,
Laxatam releuat, & ab omni rheumate ſiccat
Ac illi propriae ſedem ſtationis amicat.
Cum ſapa & tepido ſi diſſoluantur aceto
Et prope rheumaticae patiens primordia cauſae
Gargarizet eam ſubita quinance grauatus,
Rheumatis incurſum de ſe fugat atque repellit
Et mala venturi vitat diſcrimina morbi.
Radicis portulacae ſibi puluere mixto
Ragadias ſuperuncta cuti, quas aridus humor
Atque melancholicus vel temporis aura creauit,

Glu-

Digitized by Google

Glutinat & ſolidat compagine dumque ſigillat A. C.
Dictus idem faciet puluis cum melle iugatus. MCXCVIII
Scisſuras cutis ex cholera non corripit Esdra 80.
Diuidit extremas largo diſcrimine partes:
Inflammat Choleram: membrum ſuccendit & vrit.
Non feruore epatis natos in caumate fellis
Corporis incertos delet ſine febre colores,
Quos intruſa viis groſſa & viſcoſa creauit
Materies, prohibens ſua reſpicula felli. 85.
Cum tepida detur, cum qua ceteras adrianum
Epancam cerui linguam, Veneriſque capillum,
Politritum, maratrum *decoxeris & petroſilinum.*
Quae data cum vino de capare de tamariſco,
Spleneticum ſanat *lateris in parte ſiniſtra* 90.
Maſſa melancholicae faecis concluſa tumeſcit,
Et loca diſtendens tumulum conſcendit in altum:
Digeſtiua tamen moueant praeludia curae:
Mollia praeueniant vnguenta, catartica ſolvant;
Quae mollita prius fuerint, poſtrema ſalutis 95.
Complementa parat Esdrae ſolemnior vſus.
Poſt celebrem laxatiui medicaminis vſum
Haec ſero data cum vino reſoluta tepenti
Arteticam longam patientibus atque podagram
Articulos a Rheumaticis incurſibus arcet. 100.
Cum maturato pariendi tempore foetus
Pondere rupta graui ſunt vincula cauſa doloris

A. C. MCXCVIII *Cum ſuper excedens diſtenſio vulnerat aluum*
Corporis exceſſu maioris, vel pariendi
Scemate non apto, quando compage ſoluta
Egreditur proprios naturae ianua vectes,
Fractae matrici cum puluere ſubdita turis:
Vel ſi cum tepido detur potata Liaeo,
Ex vitio partus laeſos corroborat artus:
Rupta ligat: fracta ſolidat: laxata *coercet:*
Mitigat & lenit ſenſum viresque doloris
Rheumate currentes aures lauat *atque dolentes*
Confortat dentes & inuncta iuuat parientes
Sublicini ſpecie dente *ſibi nacta figuram*
Illita muſceolo bombax tingatur in Esdra.
Haec cum rheumaticas per noctem viſitat aures,
Siccat & emundat ſaniem, tollitque dolorem:
Vel ſi rheumaticam guttatim compluat aurem,
Esdra ſoluta mero vel muſceleata iuuabit.
Rheumate percuſſis gelidoque humore gravatis
Dentibus occurrunt, gingiuis inde perunctis.
Aemula naturae lucis quando pariendi
Fine ſuo complere nequit Lucina laborem.
Cum Dea quae partus exſtat per ampla *fidelis*
Vernula naturae nunquam conatibus vllis
Praeualet, vt puerum *mandet vitalibus auris.*

Sed

Sed magis vrgetur *mulier, magis excruciatur:* A. C. MCXCVIII
Non iuuat accubitus, non ſeſſio, non iuuat illam
Greſſus inaequalis, non deportatio diſpar;
Non confert ſonus exilis, non clamor acutus,
Quaeque aliis conferre ſolet, quae parturientes
Expedit, vt pariant nulla hanc compreſſio vocis
Adiuuat alturum *conſtrictis dentibus acta.*
Prouida non confert flatus cautela recenti
Quae gemitus partes detrudit ad inferiores.
Qui ſuper hanc pſalmos & nomina ſacra recenſet
Non valet hoc *raſo caput inclinare luperco.*
Dum male ſic cruciat grauidam labor anxius aluum
Et partus leges ſuperat vis ſaeua doloris
Haec cauſa oblata vitae vino ſociata,
Esdra propinata ſatis eſt medicina probata,
Cui ſi mandata vis eſt arthemeſiata,
Non minus eſt grata, minus apta retundere *fata,*
Siue ſit ore data, vel in vna parte locata.
Ex Esdra cum miſceleo, cui iura recentis
Sint arthemeſiae commixta, dolens patientis
Aluus inungatur partus magis acceleratur:
Sed cito tollatur, ne maior poena ſequatur.
Si diſſoluatur & matrix egrediatur.
Haec tibi ſubſidia viridis facit arthemeſia

A. C. *Si bene piſtata fuerit femoríque ligata.*
MCXCVIII *Difficilis plerumque mouet diſcrimina partus.*
Primulaquae rudis eſt & adhuc tyruncula nullum
Partus paſſa iugum nondum bm) *aſſueta labori;*
Quae quia non leges pariendi & ſcísmata nouit,
Et grauis ad partum, quamuis experta iugales
Illecebras, & carnalis commercia nexus.
Nam venus & partus non aequa lance mouentur,
Quod ſi cum Venere pedibus procederet aequis
Partus; ad inceſtum mulier ſine lege ſoluto
Luxuriae fraeno, rueret: ſed lex pariendi
Ardua, quae magni eſt diſcrimine plena doloris,
Et vitii praeco culpam ſine voce profatur,
Fraenat & a vetitis multas amplexibus arcet.
Promptula, praeproperans ac immatura libido,
Quaeque moraе impatiens pigros non ſuſtinet annos:
Quae celeres aetatis equos velocior annis
Praeuenit & rapidis aetatem praeuolat alis,
Iam non expectans naturae puberis aeuum,
Nondum completis puerili in corpore membris,
Dum Veneris motus & nexus ſentit amoenos,
Conceptum celebrat ſtimulo ſuadente caloris.
Dura ſed ex legis coitu Lucina reposcet
Suppli-

bn ita MS. Sed L. nondumque.

Digitized by Google

Supplicium, culpae tortor vindexque reatus, A. C.
Praeproperae Veneris oblectamenta propha- MCXCVIII
nans, 175.
Aetatis nondum completae vaſcula damnans,
Officiis minus apta ſuis, licet acrius illis
Et magis inſiſtat hominum peruerſa voluntas.
Corporis effigies fragilis conſumptio, virtus
Debilis ex cauſis non naturalibus acta 180.
Cum diſpenſandae Veneri minus apta probetur,
Quam Venus accuſat, pariendi regula damnat.
Praepinguis mulier nimium carnoſa vel in ſe
Conceptum nunquam clauſa matrice monetat:
Vel grauis eſt partus quoniam pinguedo mea- 185.
tus,
Oppilat clauditque vias portamque ſigillat:
Nitenti in lucem carnoſa repagula ponit.
Interdum greſſus viscoſi ſanguinis humor,
Tempore conceptum qui praecurente fluoris 190.
Non habuit celebrem bo) *curſum lunaribus*
horis,
Sed fecit plenas tenſasque tumore ſophenas
Non ſinit exponi foetum vitalibus auris.
Illud idem plerumque Tumor vel apoſtaſis in-
fert.
Hoc naturalis paruae ſtrictura monetae.
Saepe biceps foetus erit, aut magno capitatus 195.
Vertice, vel totus magnus, vel hydropicus: aut
tres
Aut gemini miſerae vexabunt viscera matris.

90) f. celerem

A. C. MCXCVIII *Mortuus, aut viuus non recta ſcemate nascens*
Non minus excruciat miſeram torquetque parentem.

Cum partus fore diſſimilis discrimine plenus
Ex cauſis grauibus perpenditur atque probatur.
Motibus in primis circa praeludia partus,
Per crebros iterata vices fomenta, vapores,
Balnea praecedant, vires quibus iſta miniſtrent:
Cum branca, malua, linochidis atque Sabina
Abrotanum, ruta linum, ſimul arthemeſia
His ſimul admiscens graecum credannide *foenum.*
Horum perfundat molles decoctio lanas,
Quarum congeries effuſo preſſa liquore
A laterum regione grauem circumliget aluum
Donec ad extremas pertingat protinus *horas*
Musceleo calido coxis & ventre perunctis
Debet adaptari ſpecies obealmica *nari*
Puluere diptanni mixto cum pondere dragmae
Caſtorei, foeni potetur apozema *Graeci:*
Vel ſi diues erit, cum vino balſama mixto
Ad medii pondus ſcrupuli potanda propines:
Debilibus diamargariton rodozacea dentur,
Et facies languens roſeo ſe compluat amne.
Quos ſonus asmaticus, quos tuſſis pulſat anhela,
Si curare velis, haec potio ſumma medela,
Et data cum ptiſano facit aegrum corpore ſano.

Ad

Ad ſerpentinos morſus valet atque caninos A. C. MCXCVIII

Ex ipſa & ſucco mentae *cataplasmate facto*
In potu *ſumpta magis eſt ad talia promta.*
Esdra diu manet in ſtabili proprioque vigore,
Factaque ſeptennis ſeſe transſcendit & vltra
Quae primo fuerat validos grandescit in actus
Sed tum a multis falſa ſub imagine veri
Aſtruitur, quod parua nimis, quod nulla ſit huius
Antidoti virtus: vbi namque coit ſpecierum
Tam discors ſynodus: vbi tot confuſio rerum,
Singula ſubuertit numerus: meritumque *vigoris,*
Et toti partes & totum partibus aufert.

ELECTVARIVM PLIRIS ARCRETICVM.

Cum diamargariton ſatis eſt pliriſima parcas
Cum color effectus & collectanea *virtus.*
Illud enim quia rarius *eſt, licet ambiat aulae*
Sublimes dominos, & ei ſit gloria maior,
Diuitibus magnis vitam ſeruare ſalubrem:
Hinc quamuis humili *proprium partitur honorem*
Officiisque ſui non dedignatur habere
Participem, cum ſe illius praeſentia cauſae
Subtrahit, haec cauſam dirimit *litemque ſoporat.*
Si pliris affectas veras cognoscere laudes,

A. C. MCXCVIII *Ex titulo diamargariton ſua forma relucet:*
Nobilium tangens apices & culmina regum,
Nobilibus diamargariton ſua dona miniſtrat:
Se pliris axe volans medio mediocribus offert.
Serpit humi ſua pauperibus dans dona diantos:
Nec minus ex humili recreatur munere pauper,
Quam meditis medio vigeat, quam diuite diues.
Cum diamargariton vires partitur & annos.

ELECTVARIVM DVLCIS.

Quae ducis Apuliae titulo ſignata ſuperbit
Subuenit illiaco celebris medicina dolori,
Quem lapis ex multis generat maſſatus arenis
Cum calido potata mero, quod robur adoptet
Saxifragae, milii, ſolis, lapidum quoque lincis:
Pars quoque, quam maior cruciat preſſura doloris
Se contra morbum ſcuto cataplaſmatis armet
Cuius naturam ſubſterne *ducis medicamen,*
Miscens musceleum, ſuccum creſſonis, olivum.
Si non muſelei ſit copia tanta liquoris,
Emplaſtri modica preſſum de parte liquamen
Balſama commiscens tenui mediante Siringa
Per fragilem ductum virgae transfunde virili.
Si cholerae vis ſaeua malum viscoſa reſolvens

Infe-

Digitized by Google

Inferat & tumidis grauet medicina procellis, A. C.
Non conſert medicina ducum, ſed ſumta fru- MCXCVIII
entem
Exacuit Choleram, cauſamque doloris acerbat.
Si dolor ex ſquibalis *vitreo vel fleumate fiat,*
Turbine ventoſo clauſos pulſante meatus,
Huec data ſimpliciter nimium medicina nocebit.
Nam ſua cum valde conſtet diuretica virtus,
Dum mouet urinam tendit conſtringere ventrem
Et pigra lentescit in fecibus *eiiciendis*
Sic dolor augetur dum conſtipatio *crescit.*
Seruiet huic medicina malo, totamque doloris
Immodicam valide poterit ſubuertere cauſam
Per minimas partes ſed per totum reſoluta.
Cum calida potetur aqua qua pruna damasci
Coxeris *& violae flores cum mercuriali:*
Quae ſibi mel, oleum ſi misceat, & benedictam,
Anne *ſoluta maris, vbi maluam, mercuriale*
Coxeris & virides ramos creſſonis aquoſi,
Per *cliſtere locum confert infuſa pudicis.*
Ex algore Satus ſtomachi dolor ante profatus
Sollicitare latus ventoſi turbine flatus,
Quamuis iratus, quamuis ad bella paratus
Hoc ſemel afflatus ſedat poenam cruciatus
Ieiuno ſtomacho potabitur addita baco,

A. C. MCXCVIII
Nux vbi muſcata decocta ſit, & macerata
Enfraxes aperit: lapides terit, & reſolutos
Exſerit: iliacam diſſoluit: menſtrua ſoluit:
Quem ſi vis acuit enforbica vel ſcamoneae,
Maſticis imperio gummique coercita virtus
Et mollis cliſteris eam praeceſſerit vſus
Soluens obiectae praedura repagula faecis.
Sumta per os colici *ſoluit diſcrimina morbi.*
Hoc tenet & firmum generali lege tuetur
Regula doctrinae quem non fantaſticus error
Non mendax, non vana doli fallacia fuſcat
Quod nunquam *danda eſt medicina cathartica ventri*
Cuius durities conſtipatiua *receſſus*
Obſtruit & primae ſerat emunctoria portae:
Praecipue quando colicus *praecordia morbus*
Pulſat & illiacae ſaeuit diſcordia peſtis
Vis eadem ſimile *efficiens & aemula virtus*
Eſt nefrocatari filo Antropos el licotripi,
Nec laus Juſtini premitur virtute priorum.
Poſtquam ſigniferum ſol bis peragrauerit orbem
Praeuenit ad metas huius medicaminis aetas.
Quos humores pſilifticum habeat purgare.
Militat aduerſus Cholerum certamine primo
Silliticum ſalſum *ferit icta*: fleuma *ſecundo:*
Poſtremo Choleram congreſſu vincit aduſtam.
Expugnat Cholerae vires iaculo ſcamoneae,
Quam

Digitized by Google

Quam trahit ad Choleram parilis cognatio formae A. C. MCXCVIII
Viuo naturae ſimilis, germana poteſtas.
Cum res incolumes ſtabili ſub arbore firmas
Nexus amicitiae formalis copula ſeruet
Cur Choleram a ſcammonea fugat, cur hoſtis iniquus 320.
Perſequitur ſibi conſimilem, quam foederat illi
Vna craſis ſimilisque ſapor, ſubſtantia concors?
Fax cibus eſt, ignis calcar, ſtimulusque lucernae
Eſt oleum febris nutritia potio vini
Crapula *luxuriae fomentum creſcit acutis* 325.
Cettera materies epulis dulcedine ſanguis:
Rebus ab inſipidis exundat ſleumatis humor.
Thetios vnda vagae gremio diffuſa capaci
Amplexu placido venientes colligit amnes.
Quae per res alias communi lege vagatur, 330.
Nec ſcrupulum patitur, ſed plano tramite currum
Decolor in Cholera naturae regula fallit.
Quem *ſibi conſimilem tanquam ſcarmona rebellem*
Indignata ſimul ſub eodem carcere claudi,
Deſtruit in ſociam crudelis, in hoſpita pellit. 335.
Non viget haec ratio, nec firmo nixa tenore
Claudicat incerto mendax ſententa greſſu.
Non ſequitur quia res alii concinna quod illi

De-

A. C. *Debeat augmenti, quaſi coniurata fauorem.*
MCXCVIII *Impetrat augmenti, prouectum gratia ma-*
340. *ior.*
Plenior aſſenſus de pluribus inſita formis
Vnio naturae conuertendique poteſtas
Tranſitus vt fiat non vnica forma perorat.
345. *Nam mutatiuae virtutis filia rerum*
Transformat ſpecies metamorphoſis ordine motus
Procedens triplici: nam cum ſubſternitur illi,
Conſona materies concordi pace fauoris
Artifici blandita ſuo, quem materiato
350. *Jungit & aſſimilat naturae linea concors:*
Tanto materiae virtus famulantis amore
Immutat a ſuum non vltra protrahit actum:
Non vltra petit inducias, iam ſe applicat illi
Obſequio deuicta ſuo, iamque excolit illam
Hanc mouet & partes medias transponit ad
355. *imas:*
Depreſſas trahit ad medium, mediana ſupremat,
Summas inculcat mediis, lateralia ſummis:
Inſtabiles nimiumque vagas, formasque forenſes
Naturae famulas exterminat atque relegat.
Cum ſubſtantiuis magna eſt contentio *formis,*
360.
Luctaque difficilis quas naturae generali
Fortius adnexas & amico foedere iunctas
Corpore ſubiecti iurisque caractere ſaluo,
Conuerſiua nequit penitus ſubuertere virtus.
Nam

Digitized by Google

Nam ſic eſſe rei formae coniurat amice A. C.
Et ſua ſubiecto ſic eſt vxoria forma: MCXCVIII
Tanta relatiui ligat haec connexio nodi.
Quae ſeſe poſita ponunt tollunique perempta,
Pendet ab alterutro viget & conſiſtit vtrumque
Quae facit eſſe rei, quae rem confirmat & ipſam
Conſtituit ſpeciem ſubiectum quando relinquit
Forma ſuum corruptibilem ſubſtantia lapſum
Denaſcens patitur alioque repullulat ortu.
Quae veſtita licet multis ab origine prima
Formarum interulis, propriaeque vxoria formae
Inque pudicitiae ſignum dotata monili,
Natura cogente ſinu diſcincta ſoluto,
Appedit amplexus alios noua baſia quaerit,
Proſtat & externae ſe iungit adultera formae,
Et male fida thori contempto coniuge primo
Denudata nouo nubit noua ſponſa marito.
Talia multiplicant Cholerae ſponſalia vires,
Cum cibus aut potius ſimilis, vel proximus humor
Cum formam generat Choleram virtute caloris.
Hoc ſcamonea nequit cum ſolius medicinae
Vendicet officium, cui nullum materialis
Humorem ligat aut membrum concordia nexus.
Armant ſtillitium virtus reubarbara fumi
Se-

A. C. MCXCVIII *Semina terreni quaerens radicula, paruis*
Obsita cubilibus, filicis mentita figuram
His armis medicina potens cum fleumate falso
Persequitur Choleram, quam denigrauerit aestus
Feruor & Aethiopis *formam simulare coegit.*
In febribus, quae de Cholera vel fleumate falso
Prosiliunt, celebrem poterit praestare medelam
In quibus induciae, quibus intermixta procellis
Aura placet, quibus inter nubila dulce serenum
Per varias alterna vices, quibus hora quietis
Intercisa graui succedit grata labori,
Compensatque mali poenam redimitque dolorem.
Simplicibus triteris, *& quos duplicata secauit*
Materies, impendit opem curamque ministrat:
Sed caue ne macies languens humoris egena
Pellibus ossa premat, ne mortis praeco senectus
Corpus aret rugis, ne parua & languida virtus
Orphana spiritibus tanquam mendica laboret
Ne calor vrat hepar, ne corpora contegat algor,
Nec nimios moueat flagrantia pectora ignes.
Si stabilis virtus, habitudo plenior, aetas
Integra virtutum firmo completa tenore:
Si reliquis certo respondeat ordine tempus

Et

Digitized by Google

Et ſanum conſiſtat hepar, medicamine ſiet A. C.
Sillitico dictis purgatio congrua cauſis MCXCVIII
Suſpecti quam nulla mali mouet altera, nulla
Concutit anxietas caſus mala fida futuri.
Pſiliticum ſinocus refugit cauſonque prophanat: 415.
Continuus triterut acceſſum illius abhorret.
Quem labor aſſiduus & continuatio poenae
Eſſe negat tritinum, ſed eum tritinum probat eſſe
Acrior inſultus & ſaeuior ira caloris,
Quam mouet replicat & quam lux terna revoluit 420.
Pſilliticum motum rancoris, asuminis iram
Acris & auſterae trahit ex tumulo ſcamoneae.
Vnum hic ſi medici nimis anſa licentia recto
Deuia judicio miſero conceſſerit aegro.
De Cholera factus cruciat cum morbus acutus, 425.
Exacuit morbum, febrilia caumata paſcit,
Vaſaque febrifico late ſuccenſa calore
Amplius accendit atque ignibus adiicit ignem
Et creticos certo diſturbat ab ordine motus.
Hoc ſitus humanus non forma facit quia formae
Congruit humanae Cholerae virtus ſcamoneae: 430.
Sed locus hanc reprobat & deteſtatur eandem
Vaſorum regio Cholerae putredine feruens.
Cum furit in venis vis fellea ſolaque morbi
Ma-

A. C. MCXCVIII

Materia infundat, nullusque forinsecus humor
Fleumatis occurrit Cholerae qui fraenet acumen
Fit morbi breuior cursus, conscendit in altum
Impetus ardoris, vis saeua caloris acuti
Suspecti subito causam discriminis infert:
Vnde sibi natura dari poscit medicinam,
Quae non materiam sed solum expugnet acumen,
Quae iuuet & recreet, ipsumque refrigeret aestum,
Quae discrasiae febrilis caumate strictum
Lubricet & soluat blando moderamine ventrem.
Paruus emitriceus hiemis quam turbidus algor,
Et similis regio brumae Germana retardat,
Et lentae crasios torpore pigrescere cogit,
Hospitii ne spargat opes, ne prodigus hospes
Naturae bona dilapides, ne segnior hostis
Corporis eneruet lento cum marte vigorem,
Colluctata diu longo defessa labore,
In vanum multis conatibus ante peractis,
Octauo decimoque die medicamine debet
Sillitico, ne deficiat natura iuuari.
Ad Choleram si tempus erit foecundaque morbi
Materies poteratque suis disgestio signis
Mulcebris & blanda leuis est decoctio danda
Congrua naturae morbi, de qua semel aut bis
Octa-

Digitized by Google

Octauo decimoque die purgatio fiat, A. C.
Quam si forte suos motus nihil ante peractis, MCXCVIII
Tranquillata bonis febris importuna reuol- 460.
uat,
Atque nouas acies & bella secunda minetur,
Psillitico vt curam felici compleat actu
Mandetur veteris lis decidenda querelae
Et causam dirimat & perdita iura reformet. 465.
Quamuis perplexam dubiae discrimine sortis
Hunc celebri ritu medicandi prouida morem
Excolit & digna veneratur terra Salerni
Vrbs Phoebo sacrata, Mineruae *sedula nu-*
trix,
Fons physicae, pugil eucrasiae, cultrix medi- 470.
cinae.
Affecta naturae vitae paranympha, salutis
Pronuba fida magis Lachesis soror, Atropos
hostis
Morbi pernities, grauis aduersaria mortis:
Quae quia perpetuum gessit cum morte duel-
lum,
Nec segnem sine Marte potest deducere vitam 475.
Vt sibi materiam certaminis atque laboris
Vendicet & nullo pacis torpore quiescat:
Letifera regione sedet sub sole calenti
Rupibus astriferis celsum coeloque propin-
quum,
Audaci nimirum scandentibus aethera dorso: 480.
Arcet & excludit gelidi spiramina venti
Cassigata situ: pendens de colle supino

A. C. MCXCVIII *Incumbit pelago, ſua quod muralia radit*
Exſtantesque domos ludentibus asſilit vndis
Montibus excelſis retro clipeata vapores
Et nebulas pingues & ſolum combibit auſtrum
Foedaque corrupti carpit contagia coeli,
Sed medicinarum ſibi quas montana miniſtrat bp)
Vrbs iaculis armata viget: cum morte potenter
Dimicat: exſtirpat morbos & fata retundit:
Naturam releuat, & ſtamina rupta renodat:
Morte regna premit, cum qua componere quamuis
Non valeat, petit inducias & protrahit aeuum,
Et quae non aufert, ventura pericula differt
Quae niſi tam foecunda foret tantisque vigeret
Conſiliis, illam phyſicae niſi delphicus artis
Spiritus imptueret; absorpta voragine mortis
Nec curſum bullire *valens miſeranda periret.*
Sed bene vti pugnes bene pugnans efficit hoſtis,
Pollet in aduerſis maior ſolertia rebus
Ingenii ſemen miſerae tolerantia ſortis
Creſcere compellit, ſenſum foecundat egeſtas

Et

bp) f. miniſtrant

Et bq) *languere ſinit animi turbatio vires.* A. C.
Agmine *morborum quo plus afflicta grana-* MCXCVIII
tur, 505.
Et variis trahitur plagis, hoc ipſa reſiſtit
Fortius & validas pugnandi cogitat artes,
Et cum ſillitico morbos transfigit acuto.
O ſi tantum annis quantum virtute vigeret;
Bellandi, quantum medicandi praeminet arte:
Non ea teutonici poſſet trepidare furoris 510.
Barbariem: non haec gladios nec bella timeret.
Ante datis diuiſinis quae poſtulat humor
Potio ſolliciti ſi detur tempore veris,
Corpora praeſeruat a morbo ſana futuro
Quae dominans Cholera diſponat ſola tumoris 515.
Fleumatis, hoſtilis Cholerae conſortia paſſus.
Quae ſi forte velit partes purgare remotas,
Sub ſolida, quam praeſtat ei confectio, forma,
Si vomitum moueat leuis indignatio ventris,
Vt ſopor accedat, media de nocte propines: 520.
Si grauis ad vomitum ſtomachus, ſi per medicinam
Expediat loca purgari contermina ventri,
Ne ſua vis pereat excluſa pace ſaporis
Mane propinanda eſt tepido reſoluta liquore.
Silliticum dare cum gelida prohibet ratio- 525.
nis

bq) § Nec

A. C. MCXCVIII

Regula quam veterum celebrat ſolemnior vſus;
Publica ſolemnem tenet haec ſententia curſum,
Cum gelida quod nulla dari debet medicina,
Aſpera quam ſaeua vis exacuit ſcamoneae.
Nam gelida virtus aſcetica *dum ſcamoneam*
Inviſcat ſtomachi vilis *prohibetque reſolui*
Torturas, febres generat, nimiosque dolores
Et dyſenteria fluxu inteſtina cruentat.
Ore ſuae ciſtis clauſo ſi felleus humor
Aeſtuet icterico deformans membra colore:
Si ſuccendatur triteus, vel ſi dominetur
Ignea vis Cholerae ſuper excedens ſine febre:
Si feruore epatis ſanguis vim fellis aaoptet,
Conſtat ſilliticum conferre iuuamen amicum.
Donec ſigniferum ſol bis peragrauerit orbem,
Silliticum valet incolumem ſeruare vigorem.

ELECTVARIVM DE SVCCO ROSARVM.

Inclyta de roſeo confectio nata liquore
Arguit & reprimit Cholerae feruentis acumen:
Guttam de calidis humoribus atque podagram
Eruit & triteros ſoluit, ſi diſcolus humor
Manſerit in membris craſibus non ante peractis

Poſt

Poſt male diſtenſus febres hoc leniter illum A. C.
Purgat & emundat & vitae vela ſecundat. MCXCVIII
Talibus in cauſis medicum vitare decebit,
Qui nouus, & medicae rudis eſt tyrunculus artis,
Qui crudus de doctoris fornace recedens,
Verborum lites ſed nullos attulit actus:
Gutture qui tumidus dum ventos garrit inanes,
Aſuetus quosdam phyſicae diſoluere nodos,
Tactus auaritia, multum metuenda peritis
Curandi morbos excelſa negotia curat:
Qui de ſe male praeſumens nondum reparatis
Viribus aegroti critici *poſt tempora motus*
Viſceribus laxis auſterum intrudit acumen,
Corporis ac animae, quibus intricata terentur,
Diſſoluit nodos & vita ſtamina rumpit.
Congelat exanimum letali frigore corpus
Et raſos de morte facit gaudere lupercos.
O nimis a ritu veterum ſi dicere fas eſt,
A recto quoque iudicio cenſura ſalini br)
Deuia, cum tolerat animo cum ſuſtinet aequo
Nondum maturas medicorum ſurgere plantas,
Impubes pueros hypocratica tradere *iura,*

br) f. *ſalerni*

A. C. MCXCVIII
Atque muchaonias ſancire & fundere leges,
Doctrina quibus eſſet opus ferulaeque flagello,
Et pendere magis vetuli doctoris ab ore,
Quam ſibi non dignas cathedrae praeſumere laudes.
Rex puer, imberbis iudex, cathedra moderator
Abſque pilis, matremque gerens impubere vultu,
Et medicus pleno nondum proiectior aeuo,
Diſſona ſunt nullaque ſibi ratione cohaerent,
Et phyſicae titulos haec maieſtatis obumbrant.
O veſana hominum rabies, errorque profanus,
Deuius intuitus, miſeros qui talibus aegros
Committunt medicis, quos nulla probatio coxit,
Nulla quibus fidei manet experientia teſtis;
Quos ſubitae necis artifices, hoſtesque maligno
Humani generis poſſet lictoris iniqua
Condemnare manus: nam cur lex regia fontes
Arguit & ſaeuo capitis discrimine damnat,
Talibus vt parcat medicis? ſtipendia, flammas,
Vincula, tela, cruces & carceris abdita nigri
Infligenda reis cenſum philippica dictat,
Et patitur medicos tales discedere ſaluos:
Horum cum calidos frontes exurere ferro
Iuſtitiae rigidus veterum permitteret ordo,
Vt fraus damnati ſignata caractere vultus
Et ſua conditio peruerſa notabilis eſſet,

Digitized by Google

Et laqueos tenues poſſent vitare columbae. A. C.
Si ſapis accedas medico, quem condit honeſtas, MCXCVIII
Ornat religio, depingit gratia morum, 595.
Qui phyſicae leges veterum qui ſcripta virorum
Pectore clauſa tenet, mitis ſermone modeſtus,
Et verbo reſonans mentis, non verbere linguae:
Quem non exaltat famae praeſumtio, mentis 600.
Interpres, nec laudis inops iactantia tollit;
Cui fidei cuſtos & rerum fida probatrix,
Sollemnes titulos vetus experientia fecit,
Et laudem & celebris famae praeſcribit honorem
Practica per talem digne celebrata miniſtrum, 605.
Plenius aſſequitur diuini dona fauoris:
Felices habet euentus & fine beato
Clauditur, artificem iocundis ditat amicis,
Languentem dono vitali *praemiat aegrum*
Dum feruet dolor arteticus durisque flagellat 610.
Ictibus articulos dum perfurit ira caloris
Si detur medicina *nocet: loca namque doloris*
Rheumatis incurſu cruciat reprobatque moleſtat.
Sed cum ſaeua mali vento ſpirante quietis
Tranquillata ſilet tempeſtas, cumque doloris 615.
Declinat rabies, confert medicaminis uſus,

A. C. MCXCVIII
Ante datis digeſtiuis, membrisque peruncti̇s,
Rheumaticus loca diſtendens, quibus inſidet humor,
Facto de violis oleo dulciue butyro:
Corpore purgato, poſtquam tempus diatriti
Elapſum fuerit, celebranda minutio cuius
Tempore completo rubeam dare conuenit aegro
Humorum quae relliquias conſumere poſſit
Roboret inualidum corpus, fluxumque ſigillet;
Arceat humores guttoſa *in membra fluentes.*
Hanc nouus & nouiter expreſſus ab vbere matris
Conficiat roſeam roſeus ſuccus medicinam.
Nam quem detinuit vitro mora vaſe recluſum,
Non aequat virtute nouum: ſi forte recentis
Seruauit quem *longa diu tutela, Syropi*
Copia defuerit, veteris tibi gratia proſit.
Temperat hanc tutamque magis reddit medicinam.
Decoctae puluis commixtus ei ſcamoneae,
Paſtillo clauſus qui deſudauit ad ignem
Quae quoniam proprium ſic caſtigauit acumen
Supplicio calidi cineris, ſua pondere maior
Eſt moderanda doſis nec pro nouitate timenda,
Ipſaque plus recipit & maiori ſcamoneae
Grandeſcit cumulo quae plus in acumine languet,

Quo

Digitized by Google

Quo nimii ſcamonea magis vim paſſa caloris. A. C.
At cum crudus eam pulvis, nec caumata paſ- MCXCVIII
ſus 640.
Exacuit, magis eſt ex hoc metuenda, minor-
que
Diſpenſanda doſis, quanto eſt in acumine ma-
ior,
Nec debet medicina dari, niſi mente peracto.
Non ſolet incautis nouitas ſuſpecta nocere, 645.
De roſeo ſucco quae conficitur medicina,
Integra per geminos annos ſeruatur & vltra.

EMPLASTRVM APOSTOLICVM.

Dicitur emplaſtrum, quia fit confectio dura.
Fertur apoſtolicum quia *cum virtute potenti*
Regnet, apoſtolici ſibi ius *adquirit honoris* 650.
Aut epicum ſupra reſonet ſole misſio *lingua,*
Explicet interpres ſenſum per verba reſol-
vens.
Cum ſuper afflictas ſua vis bene cognita partes
Mittendum hoc docent, a mittendo ſuper ipſum
Nomen Apoſtolicum trahit & vim voce fate- 655.
tur
Hoc collum & ſcapulas duris contuſa fla-
gellis
Et loca ceruici contermina ſanat, eisdem
Deſuper aptatum, ſed ſal prius atque cini-
mum
Toſta ſuper calidum laterem pannoque re-
cluſa
Deſuper afflictas partes compreſſa voluptent. 660.

A. C. MCXCVIII

Oxy = melle dato membrisque tumentibus vnctis
Rufi serpentis oleo quae faucibus harent,
Sufficit appositum sero sanare nouellas.
Rupta cicatricat, solidat, carnemque reformat
Rarificat, tenuat, mundat, trahit atque vaporat;
Entracem, nefresim, colicam domat & paralysim,
Reptilium morsus, multique foraminis vlcus:
Eruit infixum carnis de vulnere ferrum,
Splenis duriciem mollit, soluitque tumorem.
Ante datis diuisiuis & congrua causae
Debita praeueniat purgatio cum benedicta:
Aurea completo cui succedat diatrito:
Rheuma quibus gelidum talorum extrema flagellat.
Et genuum crebro contundit verbere partes,
His super inductum curam praestare salubrem
Praeualet, & longi noxam sedare doloris,
Vt vigor emplastri se promptius ingerat, vt se
Oppressis melius neruis intrudere possit,
Aurea laurino pars languida poscit inungi
De gelidis chimis molli pulmone creatum
Aut sibi quod stabilem figit diaphragmate sedem,
Sanat apostema, membris languore grauatis
Appositum praetentato cateplasmatis vsu,
Quod fit de cepis, oleo vinoque recoctis,

Cum

Digitized by Google

Cum modici ſe miſcuerit tritura cimini. A. C.
Quos male praeciſi grauat indignatio nerui MCXCVIII
In ſpasmum quos coeca trahit punctura perun- 685.
ctos
Curat Apoſtolicum: nam vulnus ſeruat aper-
tum,
Emundat ſaniem, domat excluditque dolo-
rem.
Sed primo loca punctura penetrare potenti 690.
Expediet terebentino perfundere viſco
Quos monet asquites, vel quos anaſarca tu-
mores,
Comprimit, iliaco confert colicoque dolori,
Quem vel frigiditas ſpiſſo fundata liquore,
Aut mele conceptis creat *intra viſcera ven-* 695.
tus,
Pars oppreſſa malo prunis *vicina fricanti*
Euigilata manu ſpirantis lene liquorem
Combibat vnguenti quem parturit innuba lau-
rus.
Poſtquam oleo gauiſa cutis ſe tegmine lato 700.
Muniat emplaſtri *modicum falcatus in arcum,*
Cui ſuperaptetur cadus aeris plenis oliuo.
Appoſitum lumbis, gelidus quos opprimit hu-
mor,
Quos grauat humoris expers, aduerſa caloris
Frigiditas, quos de multis congeſtus harenis
Calculus affligit, celeris compendia curae 705.
Praebet Apoſtolicum humorem ſpargit & ex-
tra
Cum fumo cogit & cum ſudore moueri

Et

A. C. *Et ſtudet amiſſum membro reuocare calorem*
MCXCVIII *Et male congeſtae tumulum diſſoluit arenae,*
Praeuia ſed primam celebrent diuretica cu-
710. *ram.*
Si ſuperaptetur & inunctum ſubiiciatur,
Factis de violis oleo, matrice tumores
Hoc male conceptos curat, nimiosque dolores
Quos algor mouet aut ventoſae ſpiritus aurae
715. Non *modicas de gallitrito* ſumentia *vires*
Praelegiata prius vuluam fomenta vaporent.
Vtilis eſt gelidae talis medicina podagrae
Et ſcioſim curat gelido de rheumate natam,
Hoc tipicae febri, cui frigida ſuggerit ortum
720. *Crudaque materies ſtomacho concluſa, me-*
detur
Appoſitum ventri vel ſplenis ſede locatum
Digerit, extenuat, ſpargit, conſumit, ina-
nit,
Fermenti veteris putridam de corpore maſ-
ſam,
Vendicat vnde ſuum febris importuna vigo-
rem.
725. *Vulnera corruptas late paſcentia carnes,*
Quorum multiplici diſtincta foramine for-
mam
Fiſtula deſcribit & eodem nomine ſignat
Sanat Apoſtolicum: pus *attrahit, & loca mun-*
dat
Ora quibus ſanies emergitur, & quibus humor
730. *Noxius erumpit per quam* ſubſtantia *membri*

Nau-

Nauſeat haec reſerat & cuncta repagula ſolvit, A. C. MCXCVIII.
Corruptis aequata locis prius oſtia tentet
Viceris ex viridi formata ciclamine dempta
Poſt bene mollitum membranae firmiter haerens
Se cupit emplaſtrum vitiato iungere membro.
Quem canis impreſſus rabidus vel vipera morſum,
Et ſubiti quaecunque mouent diſcrimina fati
Vulnera peſtifero nimium ſuſpecta veneno
Sanat apoſtolicum, ſed primum plaga lauari
Indiget ex ſucco mentae mixto tiriacae
Ceroticum ſimilem retinet per cuncta vigorem:
Oxirocrocinum ſimilem coniurat in actum
Et diateraſeos actus ſibi vendicat aequos.
Tempore luſtrali virtute viget ſpeciali

ELECTVARIVM AD RISTAVHVMI ADITATIS

Quod phthiſis exhaurit ethicae quos feruor inanit
Et ſtaſis extenuat, quos tuſſis anhela fatigat,
Quos empuna teris, quos diſnea ſuccat & vrit,
Reſtauratiuum reddit corpus rediuiuum,
Paſcit & inpinguat reparat, fouet atque ſaginat.
Reſtauratiuum *poſtquam compleuerit annum*
Ne reſtaurari deſiderat & renouari

CATARTICVM IMPERIALE.

Im-

A. C. MCXCVIII
Imperiale ſibi medicina catartica nomen
Traxit ab imperio, quia morbis imperioſe
Imperat ex Cholera, duplici vel phleumate natis,
Et donat oppoſitas vno certamine cauſas
Vel quoniam reliquas omnes inter medicinas,
Quae laxatiuae pollent virtutis honore,
Sola placens & deliciis regalibus apta eſt,
Solaque perſonis melius fauet imperioſis.
Praecipuae Choleram primo, ſed fleuma ſecundo
Imperiale trahit, cuius non diſſona virtus
Vt Choleram purget, quam gignit aduſtio nigram
Quam calor excedens fines conduxit ad ortum.
Hoc caput & cerebrum purgat purgatque remotas
Nam vapor ex calidis ſurgens reſolutus ab illo,
Dum mediis haerere locis, regione morari
Membrorum media refugit, quia fumus acutus
Et via procliuis & reſpiratio prompta
Cedit ad extremas effreni turbine partes,
In quibus oppoſito fit fortis ab obice motus,
Acrior impulſus violenta reliſio metam
Cum ſibi non poterat progreſſus ad vlteriorem,
Sumit ab offenſa vires & fortior ictu
Redditur alliſus ſibi reſpiramine dempto.
Cum non reſpiret fumus concluſus in arcto
Partes multiplicat, fit ſpiſſior atque cohaerens

Eli-

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII

Eliquat humores, membri contenta reſolvit:
Sed capitis nocuos medicina catartica thimos
Promptius eripiet ſi portio puluueris eius,
Quam recipit mixto quem dant abſyntia ſucco
Transeat in pilulas ſero ſub veſpere dandas.
In pilulis ſumptum, quas formula prima notauit.
Ex vitio cerebri putrido de rheumate natum
Foetoris maculam corrupto purgat ab ore.
Corpore purgato demum contermina cauſae
Conueniens opiata ſuos exerceat actus:
Poſtremum cauſis impende localibus vſum.
Cum vitio ſtomachi cameratio tota palati
Inficitur, cum prauus odor transmittitur ori:
Cum mala gingiuas foedat vicinia ventris
Hoc totum purgat vitium medicina recepto
Oxi-melle prius desquilla *vel rafanino*
Foetiditas oris tui ſubſtramenta miniſtrat
Sordida pulmonis labes quam ſpiritualis
Corruptela facit, plaga quae ſpirabilis aurae
Concipit, & nares triſti funeſtat odore:
Omnibus eſt grauior cunctis fetoribus una,
Praeminet & nulla ſe ſuſtinet arte iuuari:
Quae licet ad tempus lateat, qui forſitan eius
Horrorem ſpecies & aromata ſumpta ſigillant:
Vel quia clauſa latet fortis ſub tegmine vini

Vel

A. C. MCXCVIII

Vel cibus hanc ſumptus reprimit prohibetque reſolui
Quod tamen abſcondit bachus, quod palleat eſca,
Quod clauſum pliris occultat quod aromata celent,
Hoc matutina ieiuno corpore facta
Detegit & reſerat ſpiratio, quam reſoluto
Digeſtoque cibo tegimen iam non habet vllum,
Vnde ſuum posſit populo celare pudorem,
Hircinus recidiuat odor, qui quo magis intra
Clauditur, erumpit grauius triſtique vapore
Percutiens nares, vitales polluit auras.
Quos male depaſcit macilentia, quos febris vrit
In quibus imperio Cholerae viget ignea virtus
Obſeruare debet, ne ſe medicaminis huius
Vſibus exponant: nam deſiccatio creſcit
Ex cauſis paribus, ſeque aſperat ira caloris,
Nec nimium calido dabit hoc in tempore, quando
Corporis humores diſſoluit feruidus aer.
Aptius hoc dederis ſub amoeno tempore veris
Vt ſit cauſa mali praeſeruatura futuri
Fleumaticis vel quos diſponit felleus humor.
Cum primis violis, melonibus atque citrolis,
Cum lingua quoque ceruina venerisque capillo
Hoc dabit ad cholerum, quod ſi purgare labores
Fleumatis humorem quercus *polipodea miſces.*

Si

Si Choleram purgare nigram dabit amne ſolutum, A. C. MCXCVIII
Quo ſene ſquinantum cum cuscute cocta fuerunt.
Si gelidos purgare velis de corpore chimos,
Crudaque materies membris ſit cauſa remotis,
Haec modaculicas medicina catartica vires
Muniet & turbat mixto ſibi quaerat acumen.
Iliacam ſoluit, ventoſa tonitrua pellit,
Purgat ab extremis, ſit amica ſolutio ſanis
Ad praeſeruandum quod ſors inopina periclum
Praecipiat leuiter lauit, quos ſaepe moleſtat
Faecibus incluſis mala conſtipatio ventris
Imperiale poteſt fieri ſimplex & acutum:
Simplex quod tantum recipit pondus ſcamoneae
Quod naturalis & prima refectio poſcit
Quatuor ad ſellas aut tres, cuius doſis vna
Si non difficilis ſolui nimiumque rebellis
Extiterit, poterit manſuetum ſoluere ventrem.
Nam plerumque poteſt venter ſic durus haberi,
Sic male compoſitus, quod nec ſcamonea nec ipſum
Prouocat elleborus, nullam diſſoluit acumen,
Sic tener ac habilis venter, ſic mollis haberi
Et facilis ſolui poterit, quod prouocet ipſum.
Solus odor, ſolus laxet medicaminis horror.

A. C. MCXCVIII

Expeditens igitur solertis imagine mentis
Obscuros medico rerum explorare recessus,
Vt quae danda, quibus perpendat, quaeue neganda:
Quae crasis exploret hominis, quae forma vel aetas
Quae virtus, quae compositi substantia constet,
Rara sit an solida, quae sit iunctura viarum
An stricti sint membrorum largique meatus,
Quis locus humorum, quae causa forinseca morbi
Quae sit priuata, qualis sit corporis humor,
Fluxilis an durus, quae sit mixtura malorum:
Quod superat simplex in acumine fertur acutum
Pondere sub certa cuius metitur acumen,
Regula doctorum quondam decisa Salemi,
Quem nostri venerantur adhuc celebrantque moderni:
Dragmas libra caput bis senas, vncia dragmam.
Recta dosis dragmae medium tenet vncia semum.
Vergit ad occasum sua vis cum tertiat annum.

METRIDATVM.

Omnem metridatum morbum de frigore natum
Constanter sanat, languorum iura prophanat,
Infringit maniae leges, quas frigidus humor
Atque melancholicus mentis sacraria scandens
In cerebri carta molli depingit & alba,

Quae

Quae ſua mollities & puri munda coloris A. C.
Simplicitas variis cogit proſtare figuris. MCXCVIII
Quos niger ad cerebrum fumus de corde vaporans
Et male contriſtat & vanis territat vmbris,
Quos falſus timor exagitat, quos terror inanis
Perſequitur varii meditans diſcrimina caſus,
Conſolatur eos & amica pace ſerenat
Metridatum, ſpe conciliat cordisque vigorem
Firmat & ignauae pellit fantasmata curae.
Omnibus his cauſis vnus modus, vnica ſeruit
Formula ſumendi cum vino, veſpere ſero
Hoc fore ſumendum decernit practicus orde
Hoc epilepſiae vires ſubuertere nouit,
Si bene cum cimino reſeratis dentibus aegri
Lingua gingiuis & faucibus inde fricatis
De cerebri regione nociuus profluat humor.
Quod ſi cum vino dederis quo paſſa caloris
Supplicium fuerit pretioſa puerpera macer,
Tollit emigraneam morbum Ciliique dolorem
Et cefalalgiam gelido de rheumate natam.
Sed tamen ex auro clarum ſibi nomen habentes
Antidoti pilulae greſſum praecedere debent,
Oportuna quibus cerebri purgatio fiat,
Et quae rheumaticae non eſt indebita curae

A. C. MCXCVIII 895.

In pilulis, quibus olibani mixtura vigorem
Suggerit acceptum, fluxum cohibet lachrimarum.
Sic ſumptum madidi compeſcit rheuma palati:
Rheumatis eluuiem tenet indecliue fluentem:
Vuas ſtillantes ſiccat, fauceſque natantes.
Talibus in cauſis gargarizare calenum
Expediet tepidum quo gallas robore natas,
Zinziber atque roſas, & paſſas coxeris vuas,
Si de metridato ſucco mentae reſoluto
Intus & externus fauces patientis inungas,
Dentibus oppreſſis de frigiditate mederis.
Sub nouitate mali, dum fluxilis humor oberrat
Glutine non paſſus ſecum maſſante ligari,
Curat metridatum guttur ſquinance grauatum
Cum vino bibitum calido, cui thuris odorem
Ignibus admoti mandauit feruor abeni
Sed ſibi de vena linguae vel de capitali
Praeminuat patiens & gargarizet acetum
Bullierint vbi galla, ſumas, roſa, palmula ficas,
Rheumaticas ſoluit tuſſes, quas ſi calor vrens,
Aut ſiccae vis diſcraſiae, vel frigidus humor
Intulerit qui groſſitie vitalibus haerens
Diuelli nequeat ſoli malus atque rebellis:
Has magis accendit & plus facit eſſe feroces,
Metriadatum ſtimulosque malis currentibus addit.

Hoc

Digitized by Google

Hoc quoque cum vino bibitum vim thuris habente, A. C. MCXCVIII
Noxia ſanguinei mundat contagia ſputi.
Sic cerebri fuerit ſanguis regione reuulſus,
Quem ſi de ſtomacho vel de pulmone reuelli
Contigerit fluxum magis incitat atque cruorem,
De propriis facit vberibus manare cauernis.
In ſaniem iam conuerſo ruptoque tumore
Poſt nonum ſuſcepta diem cum puluere mirrhae
Fertur opem peripleuriticis conferre ſalubrem
Potio metridati: nam dum putredinis omnes
Radit & extergit ſordes empyma futurum
Deſtituit membrumque vetus, nouitate reformat,
Vitalisque loci iura illibata tuetur.
Grande lientericis facit haec medicina iuuamen
Et fauet iliacis ſi vino mixta bibatur,
Sed prius euacuent nocuos de corpore chimos,
Squinantum quercina filix, coloquintida, fungus
Quem profert abies tranti de cortice natus.
Quos ſuper extendit ſpaſmoſa repletio nervos,
Vel quos humiditas ipſis infuſa remollit,
Caſtorei cum metridato decoctio ſumpta
Temperat & reddit proprio reparatque vigori.
Si neruis ſtupidis, quos infatuat paralyſis,

A. C. MCXCVIII

Metridatum cum miscelei pinguedine mixtum
Desuper inductum fuerit multumque fricatum
Laxas restringit vires sensumque reformat.
Ex hoc metridato cum musceleo resoluto
Bimbax tincta locis apte submissa pudendis
Natum viscoso iuuat ex humore tenasmon:
Partibus afflictis ex illo saepius unctis,
Quos vel frigiditas vel vis ventosa creauit,
Haec hypochondriacos sanat mixtura dolores.
Cum milio solis, cum saxifraga petrosillo
Exhibitum lapides frangit, dissoluit arenas,
Et nefreses curat, & desistentia cogit
Menstrua supposítum lunares noscere motus.
*Interius sumptum patientibus inde peruncti*s
Partibus arteticae prodest gelidaeque podagrae.

Contra venenum

Cuius puluis erit commixtus dixtologiae
Cum gentiana, dictanno, dannide, menta
Mortiferum penitus valet expugnare venenum.
Quando datum quam se typicus commouerit horror
Fleumate febrilis laqueos dissoluere nouit.
Quem vel acetosus gignit, vel vitreus humor;
Vel naturalis molli pulmone creatas
Veraque quartanis tribuit solatia veris
Integra metridati seruatur vita bilustris.

MICLE-

MICLETE.

A. C. MCXCVIII

Eſt dyſenteriae ſpecialis cura miclete
Atque lienteriae, ſed eas purgatio diſpar
Diuidit, & diſcors medicandi congruit vſus
Nam varias ſpecies varius diſterminat humor
Et variat cauſae ratio variata medelam.
Si curam Dyſentericis impendere curas
Perque omnes ſellas Cholerae tinctura reſultet,
Quos liquor imbiberit roſeus de mirabolanis
Citrinis purgabis eos, ſi terreus humor
Et niger admixtus fuerit miscebit & indos.
Quod ſi fleumatice ſe muscillauerit humor,
Misceat, adiungi rebulos *decoctio poscit.*
Ad confortandum ſtomachum rodozaccara detur,
Poſtquam nacta ſuum fuerit purgatio finem
Fluxibus ex parte lux altera danda miclete
Quae matutini firmat ſibi iura ſecundi.
Cum ſucco dabit hanc plantaginis exhaematite
Ad cotem alliſo rubeum ducente colorem.
At ſi mixturas tales contempſerit aeger,
Non tolerare queat potus natura malignos,
Sed nimis auſteros reprobet fugiatque ſapores,
Hanc dabit in pilulis yporiſticos *atque roſarum*
Maſticum & boli combuſti puluere gummi
Admixto, vt ſolidae fiat ſubſtantia formae.
Hoc tamen aduertas & fixum mente fideli

A. C. MCXCVIII

Collige, quod propriis poteris distinguere signis
Ex intestino, si fiat ab inferiori
Vis dysenteriae potius clistere iuuabit
Sessio, fomentum, fumus, cataplasma, lauacrum,
Ipsaque miclete succo resoluta priori,
Proderit huic causae, decliuem missa per orbem:
Si de supremo fluxus consurgat origo
Est magis accepta suscepta per os medicina,
Nec modicum fert auxilium cataplasma *miclete*
Aptatum ventri, cui praestent mixta vigoren
Gummi combustum, rosa, mastix, bolus, acetum
Olibanum, succus plantaginis, & liquor oui.
Iste lientericos curandi congruus ordo
Et magis expediens: primum purgare nocivum
Corporis humorem, demum constringere fluxum.
Nam nisi praeueniens purgatio noxia purget,
Praua depuret vis constrictiua miclete,
Noxia dum retinet dum quaeque superflua claudit
Dum Choleram fraenat, ipsique repagula ponit,
Materiam fluxus cumulat, quae cum sit abundans
Interius claudi nequiens, iam carcere rupto
Fortius erumpit, & dedignata teneri

Curre-

Digitized by Google

Currere laxatis fluxum compellit habenis. A. C.
Iſta lienteriçis deuoto ſeruit amore MCXCVIII
Coctio qvae furgum crimen agoricus inſe 1015.
Continet & ſilicem quercus paleamque *cameli,*
Granaque quae medicos coloquintida vertit in uſus.
Haec ſi cum roſeo fuerit reſoluta liquore
Manantes emorroidas potata coercet
Et bonbax, *talem quae conbiberit medicinam,* 1020.
Eſt aptanda locis & ſupponenda pudendis,
Rugitum ventris ſedat vixamque doloris.
De Cholera facti componit foedere pacis.
Caſtigat tineam, morſumque putredinis arcet 1025.
Miclete quia de ſiccis conſtat ſpeciebus,
Et vis ſicca magis conſeruatiua probatur.
Incorrupta ſuo tribus annis iure perennat,
Nec damnoſa poteſt hanc incruſtare vetuſtas.
Conſtat habere doſim, quantum *tenet vncia pondus.* 1030.

MVSA AENEA.

Corpore purgato ſicut natura nociui
Poſtulat humoris horis oblata duabus
Ante Febris tipicos motus iuuat aenea muſa,
Fleumaticae *febris tipicus quos congelat algor,*
Quos rigor infuſus neruis horrore fatigat, 1035.

A. C. MCXCVIII *Quos quatit a proprio quartanus ſcemate frendor,*
Cum vino tepido vel aqua debet variari,
Sumendi ſpecies, vt morbi formula poscit.
Mente tamen ſolidam debet fixumque teneri
Quod vitreo facta de fleumate cotidiana
Vel naturalis ſpecialibus hanc medicinam
Vendicat, hanc munimen habet clipeumqe ſalutis
Se rubea contra trinum natura tuetur,
Tetraceum *tribus ex iaculis armata gigantem*
Metridato ſuperat. Adriano tiriaca.
At febrem cui materies infecta vigorem
Praeſtat adulterio peregrini nata caloris
Cui ſubſtramentum dat falſi fleumatis horror
Vincit & expugnat rubeae doſis addita muſae,
Oppoſitos complexa iuuant medicamina morbos.
Fronte ac temporibus *& pulſibus inde perunctis*
Noctibus in creticis ſi febricitantis acute
Sudorem moueat *fert certa pronoſtica vitae,*
At fuga ſudoris venturae nuncia mortis
Oximelle dato prius & medicamine ſumpto.
Vim cuius laxatiuam dilucidat actus
Cum calido vino ſtomachi data muſa tumores
Corrigit ex motu ventoſi flaminis ortos,
Vel quos frigiditas genuit, vel ferreus *humor*
Cum turis reſoluta mero ſi muſa bibatur
Soluit de gelidis chimis ſuſpiria, vel quae
Infere

Digitized by Google

A. C.
MCXCVIII

Infert rheumaticus pulſans vitalia morbus,
Vnguentis regione prius toracis inuncta,
Mollificatiuis intus quae clauſa relaxant.
Quae ſi cum roſeo fuerit potata liquore
Liberat empicos, ſordes depurat, & vlcus
Conſolidat, pus emungit, diſtantia iungit,
De qua ſi pilulae mirrhae cum pulvere factae
Deutur non minus hunc poterunt abſoluere morbum
Quem ſi leptomeris, quorum diuretica virtus
Miſcueris rebus, eadem ſedare probatur
Ydropicos ac ſpleneticos potata tumores:
Sic ea congreſſae cumulum diſſoluit arenae.
Liberat vrinae curſum reſeratque meatum
Quam globus obſtruxit viſcoſae materiei
Pectinis *ex illa ſicut creſſone ſoluta*
Appoſitaeque foco patinae retinente calorem
Tota perungatur regio ſupraque ligetur
Sed fomenta prius aegri poſtrema vaporent
De portulacae ramis, de mercuriali
De maluis in aqua cum vino & cum ſale coctis
Et de creſſone, *gelidi qui* fontis *alumnus*
Semper aquoſa colit quamuis natura caloris
Haec ſibi conciliet & vis tueatur in illo,

1065.

1070.

1075.

1080.

Et

A. C. *Et calidae craſeos virtus ſi vendicet* ullum
MCXCVIII *Et ſuper has herbas ſi ſectio fiat ab illis*
Dum vapor exhalat calidus partesque propinquae
Inuoluantur eis certa ratione iuuabit.
Quos male ventoſi vis improtuna tumultus
Sollicitat vel quos gelidus diſtemperat humor
Sumpta per os calicis vino reſoluta medetur:
Mater & autophilus cum quo decocta fuere,
Fortius haec eadem cliſterizata iuuabit.
Si ſalſa ſoluatur aqua cui mercurialis
Mel oleum malua ſenetio *iuncta vigorem*
Contulerint & ſulphureae ſubera maſſae:
At data cum vino cui vim decoctio thuris
Praeſtiterit, colicum ſanat de rheumate morbum
Vſibus humanis ſeptenis militat annis.

OPOPIRA.

Fertur opos ſuccus graece pri dicitur ignis
Ex hoc ignitus cenſetur opopira ſuccus.
Nam caſir verus velut ignis vera medulla
Igni contendens eius viget ignea virtus:
A ſacris inuenta viris Cosma, Damiano,
Qui ſua martyrio ſacrarunt corpora Chriſto,
Tantis iudicibus, tantis defenſa patronis
Non paganismum redolet, ſed laudis honore
Pollet & auctorum *ſe religione tuetur.*
Verbere rheumatico quos concutit humor aquoſus

In

Digitized by Google

In loca neruorum labi decliua *paratus,* A. C.
Sanat guttoſas ſi detur opopira partes. MCXCVIII
Nam fluxum cohibet opii virtute, ſed illud 1110.
Quod membro influxit ſpecierum caumate ſorbet.

Cuius degenerent oculi motura nec ipſum
Palpebra legitime ſpasmo reſoluta ſigillet 1115.
Si tremor excutiat neruos vel ſi niger humor
Inficiens cerebrum mentis ſacraria turbet,
Si manus ad tactum ſtupeat, ſi membra ſoporet
Rheumatis obiectu praecluſo ſenſilis aure,
Haec ſummae virtutis opem conferre probatur. 1120.
Ne male pleureticum labes empiematis vrat,
Ne tiſis empicum conſumat, opopira ſeruat.
Toracis ſplenis epatis nocumenta retrudit
Amputat horrores tipicos renumque dolores
Subuenit iliacis veſicam mundat arenis. 1125.
Haec oculi, linguae, faciei, gutturis, oris
Cum vino data caſtorei, quo primula verus.
Saluia lilifagus, lauendula cocta faerunt,
Paralyſim ſedat & perdita membra reformat,
In pilulis prius auratis & de benedicta 1130.
Legitimo moderanda modo purgatio fiat.
Haec in corde tuo rationis regula conſtet
Virtutis memoratiuae ſignata ſigillo.

Quod

A. C. MCXCVIII 895.

In pilulis, quibus olibani mixtura vigorem
Suggerit acceptum, fluxum cohibet lachrimarum.
Sic sumptum madidi compescit rheuma palati:
Rheumatis eluuiem tenet indecliue fluentem:
Vuas stillantes siccat, faucesque natantes.
Talibus in causis gargarizare calenum
Expediet tepidum quo gallas robore natas,
Zinziber atque rosas, & passas coxeris vuas,
Si de metridato succo mentae resoluto
Intus & externus fauces patientis inungas,
Dentibus oppressis de frigiditate mederis.
Sub nouitate mali, dum fluxilis humor oberrat
Glutine non passus secum massante ligari,
Curat metridatum guttur squinance grauatum
Cum vino bibitum calido, cui thuris odorem
Ignibus admoti mandauit feruor abeni
Sed sibi de vena linguae vel de capitali
Praeminuat patiens & gargarizet acetum
Bullierint vbi galla, fumas, rosa, palmula ficus,
Rheumaticas soluit tusses, quas si calor vrens,
Aut siccae vis discrasiae, vel frigidus humor
Intulerit qui grositie vitalibus haerens
Diuelli nequeat soli malus atque rebellis:
Has magis accendit & plus facit esse feroces,
Metriaatum stimulosque malis currentibus addit.

Hoc

Digitized by Google

Hoc quoque cum vino bibitum vim thuris habente, A. C. MCXCVIII
Noxia ſanguinei mundat contagia ſputi. 920.
Sic cerebri fuerit ſanguis regione reuulſus,
Quem ſi de ſtomacho vel de pulmone venelli
Contigerit fluxum magis incitat atque cruorem,
De propriis facit vberibus manare cauernis. 925.
In ſaniem iam conuerſo ruptoque tumore
Poſt nonum ſuscepta diem cum puluere mirrhae
Fertur opem peripleuriticis conferre ſalubrem
Potio metridati: nam dum putredinis omnes
Radit & extergit ſordes empyma futurum 930.
Deſtituit membrumque vetus, nouitate reformat,
Vitalisque loci iura illibata tuetur.
Grande lientericis facit haec medicina iuuamen
Et fauet iliacis ſi vino mixta bibatur,
Sed prius euacuent nocuos de corpore chimos, 935.
Squinantum quercina filix, coloquintida, fungus
Quem profert abies tranti de cortice natus.
Quos ſuper extendit ſpaſmoſa repletio nervos,
Vel quos humiditas ipſis infuſa remollit,
Caſtorei cum metridato decoctio ſumpta 940.
Temperat & reddit proprio reparatque vigori.
Si neruis ſtupidis, quos infatuat paralyſis,

A. C. MCXCVIII

Metridatum cum miscelei pinguedine mixtum
Desuper inductum fuerit multumque fricatum
Laxas restringit vires sensumque reformat.
Ex hoc metridato cum musceleo resoluto
Bimbax tincta locis apte submissa pudendis
Natum viscoso iuuat ex humore tenasmon:
Partibus afflictis ex illo saepius unctis,
Quos vel frigiditas vel vis ventosa creauit,
Haec hypochondriacos sanat mixtura dolores.
Cum milio solis, cum saxifraga petrosillo
Exhibitum lapides frangit, dissoluit arenas,
Et nefreses *curat, & desistentia cogit*
Menstrua suppositum lunares noscere motus.
Interius sumptum patientibus inde perunctis
Partibus arteticae prodest gelidaeque podagrae.

Contra venenum

Cuius puluis erit commixtus dixtologiae
Cum gentiana, dictanno, dannide, menta
Mortiferum penitus valet expugnare venenum.
Quando datum quam se typicus commouerit horror
Fleumate febrilis laqueos dissoluere nouit.
Quem vel acetosus gignit, vel vitreus humor;
Vel naturalis molli pulmone creatas
Veraque quartanis tribuit solatia veris
Integra metridati seruatur vita bilustris.

MICLE-

Digitized by Google

MICLETE.

A. C. MCXCVIII

Eſt dyſenteriae ſpecialis cura miclete
Atque lienteriae, ſed eas purgatio diſpar
Diuidit, & diſcors medicandi congruit vſus
Nam varias ſpecies varius diſterminat humor
Et variat cauſae ratio variata medelam.
Si curam Dysentericis impendere curas
Perque omnes ſellas Cholerae tinctura reſul-
tet,
Quos liquor imbiberit roſeus de mirabolanis
Citrinis purgabis eos, ſi terreus humor
Et niger admixtus fuerit miscebit & indos.
Quod ſi fleumatice ſe muscillauerit humor,
Misceat, adiungi rebulos *decoctio poscit.*
Ad confortandum ſtomachum rodozaccara de-
tur,
Poſtquam nacta ſuum fuerit purgatio finem
Fluxibus ex parte lux altera danda miclete
Quae matutini firmat ſibi iura ſecundi.
Cum ſucco dabit hanc plantaginis exhaematite
Ad cotem alliſo rubeum ducente colorem.
At ſi mixturas tales contempſerit aeger,
Non tolerare queat potus natura malignos,
Sed nimis auſteros reprobet fugiatque ſapo-
res,
Hanc dabit in pilulis yporiſticos *atque roſa-*
rum
Maſticum & boli combuſti puluere gummi
Admixto, vt ſolidae fiat ſubſtantia formae.
Hoc tamen aduertas & fixum mente fideli

A. C. MCXCVIII
Collige, quod propriis poteris distinguere signis
Ex intestino, si fiat ab inferiori
Vis dysenteriae potius clistere iuuabit
Sessio, fomentum, fumus, cataplasma, lauacrum,
Ipsaque miclete succo resoluta priori,
Proderit huic causae, decliuem missa per orbem:
Si de supremo fluxus consurgat origo
Est magis accepta suscepta per os medicina,
Nec modicum fert auxilium cataplasma *miclete*
Aptatum ventri, cui praestent mixta vigorem
Gummi combustum, rosa, mastix, bolus, acetum
Olibanum, succus plantaginis, & liquor oui.
Iste lientericos curandi congruus ordo
Et magis expediens: primum purgare nocivum
Corporis humorem, demum constringere fluxum.
Nam nisi praeueniens purgatio noxia purget,
Praua depuret vis constrictiua miclete,
Noxia dum retinet dum quaeque superflua claudit
Dum Choleram fraenat, ipsique repagula ponit,
Materiam fluxus cumulat, quae cum sit abundans
Interius claudi nequiens, iam carcere rupto
Fortius erumpit, & dedignata teneri
Curre-

995. 1000. 1005. 1010.

Digitized by Google

Currere laxatis fluxum compellit habenis. A. C.
Iſta lientericis deuoto ſeruit amore MCXCVIII
Coctio qvae furgum crimen agoricus inſe 1015.
Continet & ſilicem quercus paleamque *cameli,*
Granaque quae medicos coloquintida vertit in uſus.
Haec ſi cum roſeo fuerit reſoluta liquore
Manantes emorroidas potata coercet
Et bonbax, *talem quae conbiberit medicinam,* 1020.
Eſt aptanda locis & ſupponenda pudendis,
Rugitum ventris ſedat vixamque doloris.
De Cholera facti componit foedere pacis.
Caſtigat tineam, morſumque putredinis arcet 1025.
Miclete quia de ſiccis conſtat ſpeciebus,
Et vis ſicca magis conſeruatiua probatur.
Incorrupta ſuo tribus annis iure perennat,
Nec damnoſa poteſt hanc incruſtare vetuſtas.
Conſtat habere doſim, quantum *tenet vncia pondus.* 1030.

MVSA AENEA.

Corpore purgato ſicut natura nociui
Poſtulat humoris horis oblata duabus
Ante Febris tipicos motus iuuat aenea muſa,
Fleumaticae *febris tipicus quos congelat algor,*
Quos rigor infuſus neruis horrore fatigat, 1035.

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII *Quos quatit a proprio quartanus ſcemate frendor,*
Cum vino tepido vel aqua debet variari,
Sumendi ſpecies, vt morbi formula poscit.
Mente tamen ſolidam debet fixumque teneri
Quod vitreo facta de fleumate cotidiana
Vel naturalis ſpecialibus hanc medicinam
Vendicat, hanc munimen habet clipeumqe ſalutis
Se rubea contra trinum natura tuetur,
Tetraceum *tribus ex iaculis armata gigantem*
Metridato ſuperat. Adriano tiriaca.
At febrem cui materies infecta vigorem
Praeſtat adulterio peregrini nata caloris
Cui ſubſtramentum dat falſi fleumatis horror
Vincit & expugnat rubeae doſis addita muſae,
Oppoſitos complexa iuuant medicamina morbos.
Fronte ac temporibus *& pulſibus inde perunctis*
Noctibus in creticis ſi febricitantis acute
Sudorem moueat *fert certa pronoſtica vitae,*
At fuga ſudoris venturae nuncia mortis
Oximelle dato prius & medicamine ſumpto.
Vim cuius laxatiuam dilucidat actus
Cum calido vino ſtomachi data muſa tumores
Corrigit ex motu ventoſi flaminis ortos,
Vel quos frigiditas genuit, vel ferreus *humor*
Cum turis reſoluta mero ſi muſa bibatur
Soluit de gelidis chimis ſuſpiria, vel quae
Infert

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII

Infert rheumaticus pulſans vitalia morbus,
Vnguentis regione prius toracis inuncta,
Mollificatiuis intus quae clauſa relaxant.
Quae ſi cum roſeo fuerit potata liquore
Liberat empicos, ſordes depurat, & vlcus
Conſolidat, pus emungit, diſtantia iungit,
De qua ſi pilulae mirrhae cum pulvere factae
Dentur non minus hunc poterunt abſoluere morbum
Quem ſi leptomeris, quorum diuretica virtus
Miſceueris rebus, eadem ſedare probatur
Ydropicos ac ſpleneticos potata tumores:
Sic ea congreſſae cumulum diſſoluit arenae.
Liberat vrinae curſum reſeratque meatum
Quam globus obſtruxit viscoſae materiei
Pectinis *ex illa ſicut creſſone ſoluta*
Appoſitaeque foco patinae retinente calorem
Tota perungatur regio ſupraque ligetur
Sed fomenta prius aegri poſtrema vaporent
De portulacae ramis, de mercuriali
De maluis in aqua cum vino & cum ſale coctis
Et de creſſone, *gelidi qui* fontis *alumnus*
Semper aquoſa colit quamuis natura caloris
Haec ſibi conciliet & vis tueatur in illo,

1065.

1070.

1075.

1080.

Et

A. C. *Et calidae craſeos virtus ſi vendicet* ullum
MCXCVIII *Et ſuper has herbas ſi ſectio fiat ab illis*
Dum vapor exhalat calidus partesque propinquae
Inuoluantur eis certa ratione iuuabit.
Quos male ventoſi vis improtuna tumultus
Sollicitat vel quos gelidus diſtemperat humor
Sumpta per os calicis vino reſoluta medetur:
Mater & autophilus cum quo decocta fuere,
Fortius haec eadem cliſterizata iuuabit.
Si ſalſa ſoluatur aqua cui mercurialis
Mel oleum malua ſenetio *iuncta vigorem*
Contulerint & ſulphureae ſubera maſſae:
At data cum vino cui vim decoctio thuris
Praeſtiterit, colicum ſanat de rheumate morbum
Vſibus humanis ſeptenis militat annis.

OPOPIRA.

Fertur opos ſuccus graece pri dicitur ignis
Ex hoc ignitus cenſetur opopira ſuccus.
Nam caſir verus velut ignis vera medulla
Igni contendens eius viget ignea virtus:
A ſacris inuenta viris Cosma, Damiano,
Qui ſua martyrio ſacrarunt corpora Chriſto,
Tantis iudicibus, tantis defenſa patronis
Non paganismum redolet, ſed laudis honore
Pollet & auctorum *ſe religione tuetur.*
Verbere rheumatico quos concutit humor aquoſus

In

In loca neruorum labi decliua *paratus,* A. C.
Sanat guttoſas ſi detur opopira partes. MCXCVIII
Nam fluxum cohibet opii virtute, ſed illud 1110.
Quod membro influxit ſpecierum caumate ſorbet.

Cuius degenerent oculi motura nec ipſum
Palpebra legitime ſpasmo reſoluta ſigillet 1115.
Si tremor excutiat neruos vel ſi niger humor
Inficiens cerebrum mentis ſacraria turbet,
Si manus ad tactum ſtupeat, ſi membra ſoporet
Rheumatis obiectu praecluſo ſenſilis aure,
Haec ſummae virtutis opem conferre probatur. 1120.

Ne male pleureticum labes empiematis vrat,
Ne tiſis empicum conſumat, opopira ſeruat.
Toracis ſplenis epatis nocumenta retrudit
Amputat horrores tipicos renumque dolores
Subuenit iliacis veſicam mundat arenis. 1125.

Haec oculi, linguae, faciei, gutturis, oris
Cum vino data caſtorei, quo primula veris.
Saluia lilifagus, lauendula cocta fuerunt,
Paralyſim ſedat & perdita membra reformat,
In pilulis prius auratis & de benedicta 1130.
Legitimo moderanda modo purgatio fiat.
Haec in corde tuo rationis regula conſtet
Virtutis memoratiuae ſignata ſigillo.

Quod

A. C. MCXCVIII 895.

In pilulis, quibus olibani mixtura vigorem
Suggerit acceptum, fluxum cohibet lachrimarum.
Sic sumptum madidi compescit rheuma palati:
Rheumatis eluuiem tenet indecliue fluentem:
Vuas stillantes siccat, faucesque natantes.
Talibus in causis gargarizare calenum
Expediet tepidum quo gallas robore natas,
Zinziber atque rosas, & passas coxeris uuas,
Si de metridato succo mentae resoluto
Intus & externus fauces patientis inungas,
Dentibus oppressis de frigiditate mederis.
Sub nouitate mali, dum fluxilis humor oberrat
Glutine non passus secum massante ligari,
Curat metridatum guttur squinance grauatum
Cum vino bibitum calido, cui thuris odorem
Ignibus admoti mandauit feruor abeni
Sed sibi de vena linguae vel de capitali
Praeminuat patiens & gargarizet acetum
Bullierint vbi galla, sumas, rosa, palmula ficas,
Rheumaticas soluit tusses, quas si calor vrens,
Aut siccae vis discrasiae, vel frigidus humor
Intulerit qui grositie vitalibus haerens
Diuelli nequeat soli malus atque rebellis:
Has magis accendit & plus facit esse feroces,
Metriadatum stimulosque malis currentibus addit.

Hoc

Hoc quoque cum vino bibitum vim thuris habente, A. C. MCXCVIII
Noxia ſanguinei mundat contagia ſputi.
Sic cerebri fuerit ſanguis regione reuulſus,
Quem ſi de ſtomacho vel de pulmone reuelli
Contigerit fluxum magis incitat atque cruorem,
De propriis facit vberibus manare cauernis.
In ſaniem iam conuerſo ruptoque tumore
Poſt nonum ſuſcepta diem cum puluere mirrhae
Fertur opem peripleuriticis conferre ſalubrem
Potio metridati: nam dum putredinis omnes
Radit & extergit ſordes empyma futurum
Deſtituit membrumque vetus, nouitate reformat,
Vitalisque loci iura illibata tuetur.
Grande lientericis facit haec medicina iuuamen
Et fauet iliacis ſi vino mixta bibatur,
Sed prius euacuent nocuos de corpore chimos,
Squinantum quercina filix, coloquintida, fungus
Quem profert abies tranti de cortice natus.
Quos ſuper extendit ſpaſmoſa repletio nervos,
Vel quos humiditas ipſis infuſa remollit,
Caſtorei cum metridato decoctio ſumpta
Temperat & reddit proprio reparatque vigori.
Si neruis ſtupidis, quos infatuat paralyſis,

A. C. MCXCVIII

Metridatum cum miscelei pinguedine mixtum
Desuper inductum fuerit multumque fricatum
Laxas restringit vires sensumque reformat.
Ex hoc metridato cum musceleo resoluto
Bimbax tincta locis apte submissa pudendis
Natum viscoso iuuat ex humore tenasmon:
Partibus afflictis ex illo saepius unctis,
Quos vel frigiditas vel vis ventosa creauit,
Haec hypochondriacos sanat mixtura dolores.
Cum milio solis, cum saxifraga petrosillo
Exhibitum lapides frangit, dissoluit arenas,
Et nefreses *curat, & desistentia cogit*
Menstrua suppositum lunares noscere motus.
Interius sumptum patientibus inde perunctis
Partibus arteticae prodest gelidaeque podagrae.

Contra venenum

Cuius puluis erit commixtus dixtologiae
Cum gentiana, dictanno, dannide, menta
Mortiferum penitus valet expugnare venenum.
Quando datum quam se typicus commouerit horror
Fleumate febrilis laqueos dissoluere nouit.
Quem vel acetosus gignit, vel vitreus humor;
Vel naturalis molli pulmone creatas
Veraque quartanis tribuit solatia veris
Integra metridati seruatur vita bilustri.

MICLE-

MICLETE.

A. C. MCXCVIII

Eſt dyſenteriae ſpecialis cura miclete
Atque lienteriae, ſed eas purgatio diſpar
Diuidit, & diſcors medicandi congruit vſus
Nam varias ſpecies varius diſterminat humor
Et variat cauſae ratio variata medelam.
Si curam Dyſentericis impendere curas
Perque omnes ſellas Cholerae tinctura reſultet,
Quos liquor imbiberit roſeus de mirabolanis
Citrinis purgabis eos, ſi terreus humor
Et niger admixtus fuerit miscebit & indos.
Quod ſi fleumatice ſe muscillauerit humor,
Misceat, adiungi rebulos *decoctio poscit.*
Ad confortandum ſtomachum rodozaccara detur,
Poſtquam nacta ſuum fuerit purgatio finem
Fluxibus ex parte lux altera danda miclete
Quae matutini firmat ſibi iura ſecundi.
Cum ſucco dabit hanc plantaginis exhaematite
Ad cotem alliſo rubeum ducente colorem.
At ſi mixturas tales contempſerit aeger,
Non tolerare queat potus natura malignos,
Sed nimis auſteros reprobet fugiatque ſapores,
Hanc dabit in pilulis yporiſticos *atque roſarum*
Maſticum & boli combuſti puluere gummi
Admixto, vt ſolidae fiat ſubſtantia formae.
Hoc tamen aduertas & fixum mente fideli

A. C. MCXCVIII
Collige, quod propriis poteris diſtinguere ſignis
Ex inteſtino, ſi fiat ab inferiori
Vis dysenteriae potius cliſtere iuuabit
Seſſio, fomentum, fumus, cataplasma, lauacrum,
Ipſaque miclete ſucco reſoluta priori,
Proderit huic cauſae, decliuem miſſa per orbem:
Si de ſupremo fluxus conſurgat origo
Eſt magis accepta ſuscepta per os medicina,
Nec modicum fert auxilium cataplasma *miclete*
Aptatum ventri, cui praeſtent mixta vigorem
Gummi combuſtum, roſa, maſtix, bolus, acetum
Olibanum, ſuccus plantaginis, & liquor oui.
Iſte lientericos curandi congruus ordo
Et magis expediens: primum purgare nocivum
Corporis humorem, demum conſtringere fluxum.
Nam niſi praeueniens purgatio noxia purget,
Praua depuret vis conſtrictiua miclete,
Noxia dum retinet dum quaeque ſuperflua claudit
Dum Choleram fraenat, ipſique repagula penit,
Materiam fluxus cumulat, quae cum ſit abundans
Interius claudi nequiens, iam carcere rupto
Fortius erumpit, & dedignata teneri

Curre-

Currere laxatis fluxum compellit habenis. A. C.
Iſta lientericis deuoto ſeruit amore MCXCVIII
Coctio qvae fungum crimen agoricus inſe 1015.
Continet & ſilicem quercus paleamque *cameli,*
Granaque quae medicos coloquintida vertit in uſus.
Haec ſi cum roſeo fuerit reſoluta liquore
Manantes emorroidas potata coercet
Et bonbax, *talem quae conbiberit medicinam,* 1020.
Eſt aptanda locis & ſupponenda pudendis,
Rugitum ventris ſedat rixamque doloris.
De Cholera facti componit foedere pacis.
Caſtigat tineam, morſumque putredinis arcet 1025.
Miclete quia de ſiccis conſtat ſpecibus,
Et vis ſicca magis conſeruatiua probatur.
Incorrupta ſuo tribus annis iure perennat,
Nec damnoſa poteſt hanc incruſtare vetuſtas.
Conſtat habere doſim, quantum *tenet vncia pondus.* 1030.

MVSA AENEA.

Corpore purgato ſicut natura nociui
Poſtulat humoris horis oblata duabus
Ante Febris tipicos motus iuuat aenea muſa,
Fleumaticae *febris tipicus quos congelat algor,*
Quos rigor infuſus neruis horrore fatigat, 1035.

A. C. MCXCVIII *Quos quatit a proprio quartanus ſcemate frendor,*
Cum vino tepido vel aqua debet variari,
Sumendi ſpecies, vt morbi formula poscit.
Mente tamen ſolidam debet fixumque teneri
Quod vitreo facta de fleumate cotidiana
Vel naturalis ſpecialibus hanc medicinam
Vendicat, hanc munimen habet clipeumqe ſalutis
Se rubea contra trinum natura tuetur,
Tetraceum *tribus ex iaculis armata gigantem*
Metridato ſuperat. Adriano tiriaca.
At febrem cui materies infecta vigorem
Praeſtat adulterio peregrini nata caloris
Cui ſubſtramentum dat falſi fleumatis horror
Vincit & expugnat rubeae doſis addita muſae,
Oppoſitos complexa iuuant medicamina morbos.
Fronte ac temporibus *& pulſibus inde perunctis*
Noctibus in creticis ſi febricitantis acute
Sudorem moueat *fert certa pronoſtica vitae,*
At fuga ſudoris venturae nuncia mortis
Oximelle dato prius & medicamine ſumpto.
Vim cuius laxatiuam dilucidat actus
Cum calido vino ſtomachi data muſa tumores
Corrigit ex motu ventoſi flaminis ortos,
Vel quos frigiditas genuit, vel ferreus *humor*
Cum turis reſoluta mero ſi muſa bibatur
Soluit de gelidis chimis ſuſpiria, vel quae
Infert

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII

Infert rheumaticus pulſans vitalia morbus,
Vnguentis regione prius toracis inuncta,
Mollificatiuis intus quae clauſa relaxant.
Quae ſi cum roſeo fuerit potata liquore
Liberat empicos, ſordes depurat, & vlcus
Conſolidat, pus emungit, diſtantia iungit,
De qua ſi pilulae mirrhae cum pulvere factae
Deutur non minus hunc poterunt abſoluere morbum
Quem ſi leptomeris, quorum diuretica virtus
Miscueris rebus, eadem ſedare probatur
Ydropicos ac ſpleneticos potata tumores:
Sic ea congreſſae cumulum diſſoluit arenae.
Liberat vrinae curſum reſeratque meatum
Quam globus obſtruxit viscoſae materiei
Pectinis *ex illa ſicut creſſone ſoluta*
Appoſitaeque foco patinae retinente calorem
Tota perungatur regio ſupraque ligetur
Sed fomenta prius aegri poſtrema vaporent
De portulacae ramis, de mercuriali
De maluis in aqua cum vino & cum ſale coctis
Et de creſſone, *gelidi qui* fontis *alumnus*
Semper aquoſa colit quamuis natura caloris
Haec ſibi conciliet & vis tueatur in illo,

1065. 1070. 1075. 1080.

Et

In loca neruorum labi decliua *paratus,* A. C.
Sanat guttoſas ſi detur opopira partes. MCXCVIII
Nam fluxum cohibet opii virtute, ſed illud 1110.
Quod membro influxit ſpecierum caumate ſorbet.

Cuius degenerent oculi motura nec ipſum
Palpebra legitime ſpasmo reſoluta ſigillet 1115.
Si tremor excutiat neruos vel ſi niger humor
Inficiens cerebrum mentis ſacraria turbet,
Si manus ad tactum ſtupeat, ſi membra ſoporet
Rheumatis obiectu praecluſo ſenſilis aure,
Haec ſummae virtutis opem conferre probatur. 1120.
Ne male pleureticum labes empiematis vrat,
Ne tiſis empicum conſumat, opopira ſeruat.
Toracis ſplenis epatis nocumenta retrudit
Amputat horrores tipicos renumque dolores
Subuenit iliacis veſicam mundat arenis. 1125.
Haec oculi, linguae, faciei, gutturis, oris
Cum vino data caſtorei, quo primula veris.
Saluia lilifagus, lauendula cocta faerunt,
Paralyſim ſedat & perdita membra reformat,
In pilulis prius auratis & de benedicta 1130.
Legitimo moderanda modo purgatio fiat.
Haec in corde tuo rationis regula conſtet
Virtutis memoratiuae ſignata ſigillo.

Quod

A. C. MCXCVIII *Quod valet antidotum certumque malo tribuendum*

1135. *Cum* ſpecie *talem magis impugnante querelam*
Non minus hoc etiam cautum eſt & in arte medendi
Officio cerebri decet obſeruare, quod omne
Expoſitum membrum paraliſis peſte granatum
Quod non eſt oculis *ex hoc medicamine ſupra*

1140. *Cum ſucco nupto reſoluto debet inungi.*
Si grauet inualidos ſpasmoſa repletio nervos,
Et defraudet eos motiui iure vigoris,
Reddit & amiſſum reſtaurat opipara motum.
Sit tamen hic uſus, haec lex & forma medendi

1145. *Caſtoreum ſulphur & opipara* crescana *birris*
Cum quibus admixta fuerit *euforbica grana*
Petroſo calido muscelinoque liquore,
Pondere ſumpta pari debent concuſſa reſolvi,
Vt nouus vnguenti modus *& noua forma reſultet,*

1150. *Ex quo ſpasmoſae ſi fiat inunctio partis,*
Et patiens ſtuffae corpus feruore vaporet:
Vis motiua redit membri natura reſurgit
Prima reformatur *ſpecies, contractio cedit*
Haec data cum calido quo cocta pionia vino

Ius

Digitized by Google

Ius epilepſiae dirimit motusque caducos
Cum calido potata mero, quos plumbeus humor
Ingerit enormes maniae contemperat actus.
Haec eadem dum ſtella nocens dum fluxilis humor
Et tenuis fugit impulſum ſpirabilis aurae
Cum vino thuris calido potata coercet
De fluido factas & aquoſo rheumate tuſſes,
Rheumaque ſuſpendent vetat indecliue moueri.
Sed cum transierit lux tertia nocte ſequenti
Cum vino dabitur, quo paſſas coxeris vuas
Penidias anilum caricas gummi dragagantum
Cumque liquiricia *ramos ſpirantis iſopi*
Cum vino calamentino *potata dolores*
Pectoris ac ſtomachi ſedat de frigore natos,
Vel quos ventoſi genuit turbatio motus.
De gelidis chimis quos commaſſatus aceruus
Obſtruit, haec epatis aperit reſeratque meatus
Cum calido potata mero, ſumente vigorem
Ex apio, cuius viuax natura recentes
Seruat & illaeſas brumali tempore frondes.
Spleneticos ſanat cum vina ſumpta tumores
Cum quo decoctus ſit caparis *aut tamariſcus.*
Quos ſi duritia faciat contendere multa
Dura meleriae *faecis compreſſio primam*
Ex mollitiuis opus eſt impendere curam

A. C. MCXCVIII 1155. 1160. 1165. 1170. 1175.

Diui-

A. C. MCXCVIII 1180. 1185. 1190. 1195. 1200.

Diuiſiua dari quae multis ante diebus
Venturi decet antidoti praecurrere greſſus
Pleureticis cum iam rupto matura tumore
Erumpit ſanies, ſi cum tiſano *reſoluta*
Poſt decimam quartam tribuatur opopira no-
ctem,
Mundat & extergit ſordes *& vulnera pur-*
gat,
Et praeſeruat ab empirici *putredine morbi*
Haec eadem mixto gummi ſibi *cum draga-*
ganto
Per monitos *formata globos, ſubmiſſaque lin-*
guae
Non minus eiusdem cauſae nocumenta refun-
dit.
Fixa ſit haec in corde tuo ſententia; nullas
Antidotum cauſas aduerſum ſpirituales
Non mixto lenitiuo medicamine dandum.
Quos agitat rapidis ventoſus turbo procellis,
Aut quos viſcoſus incrudat & algidus humor,
Iliacos curat ventos conſumit & omnes
Morbi reliquias poſt multa catartica ventri
Fortiter haerentes ſorbet virtute caloris,
Sumpta macedonii cum vino petroſilli
Aut yris Iliacae ſimili ſub pondere coctae.
Sed ſibi cliſtere prius quae molliat aluum
Phyſica decernit prudentia, deinde ſecundum
Fortius appoſita mordacius ex benedicta
Si cauſae ſit origo mali deuota caloris
Suſpendendus erit modus iſte medendi

An-

Digitized by Google

Ante datus diuiſiuis aegroque locato A. C.
Dulcis aquae lauacro cum ſaxifragae data vino MCXCVIII
Diſſoluit lapides veſicae carcere clauſos. 1205.
Difficilem movet vrinam cogitque reſolui
Ex ipſa cum muſceleo factum cataplasma
Si calidum partes pubis ſuperambiat omnes 1210.
Quod *vino filicum quercus & mercurialis*
Jocundae colicos tranquillat pace quietis.
Diſcolor effectus, vis diſſona cauſa repugnans
Laxatiua vetat opiatis pharmaca iungi,
Praelia ne ventri moueat mixtura rebelli. 1215.
Cum tracii *ſucco paganique ſoluta liquore*
In febribus tipicis iuncto *de fleumate factis*
Vel naturalis quas fundat fleumatis humor;
In veris atque quartanis patiente locato
Atque ſuper coſinum poſito, potata reſoluit 1220.
Largos ſudoris aegri de corpore riuos.
In multis aliis dominatur *opopira cauſis*
Firmat eam ſtabili *ſeptennis vita vigore*

OXI.

Pſilliticum roſei confectio nata liquoris
Cum diateſarion alcalcalon & diaprunis 1225.
Oxicratiferam *ſocialia foedera ſeruant,*
Quae ſua curriculo prolongant fata bienni.
Se laxatiuum quondam Platearius oxi
Tempore quinquenni validum ſeruaſſe fatetur,
Seque dediſſe refert febrientibus illud acute 1230.
Tutius in morbi curam regimenque ſalutis.

A. C.
MCXCVIII

OXIMEL IVLIANI.

Oximelle dato Iuliani gutta profundis
Insita membrorum nodis, gelidisque flagellans
Ictibus articulos gressus *maturat & acris*
Hospitis aduentum metuens confusa recedit
Arteticae gelidaeque indicit bella podagrae
Purgat ab extremis viscosos partibus imis
Eruit humores intricatosque resoluit,
Exserit occultos, quoniam subtilia multa
Et violenta nimis & acumine fortia summum
Res attrectiua recipit virtute potentes.
Per quinos celebrat dies hunc mellis acuti
Vsum praeueniat acidi diuretica mellis
Potio guttosasque colant cataplasmata *partes*
De mollitiuis condita & condita rebus.
Simplicis vna dosis benedictae vespere quinto
Visitet aegrotum mediato tempore noctis
Mel quod adinuenit Iulianus detur acutum.
Integra vis eius geminis producitur annis.

INCIPIT PROLOGVS LIBRI IV.

Quadrat opus coepti distinctio *quarta libelli*
Cui cadraturae *species accommoda seruit;*
Cui sibi propositum curas aperire salubres
Corporis humani, cuius conflata quaternis
Fabrica principiis quae fundamenta creandis
Corporibus primasque bases natura locauit
Quatuor affertur formis actiua duabus,

Con-

Congruit illarum reliquis paſſiua poteſtas. A. C.
Illud idem viget & regitur virtute quaterna. MCXCVIII
Confortant, reparant, & perdita cuncta re- 10.
formant
Quatuor humores; & quadriformis in illo
Tempore quadruplici variatur mobilis aetas.
Sic liber iſte meus tamquam quadriga qua-
ternis
Exagitata rotis diſtinctis quadruuiali
Ordine particulis cui plus deuotus habetur 15.
Corporis humani meritum legemque fatetur.
Materiae reſpondet opus, nam tetra de *tota*
Corporis exſtruitur, diſpenſaturque ſupellex
Et ſibi ius tetras in libro vendicat iſto,
Eius quadrifico dum diuidit ordine partes. 20.
Sic mea quadruplici diſtincta foramine buxus
Quatuor emittit ſonitus, cantusque quater-
nos.
Tetra corda *chelis, nam quadriformis habetur*
Defectus, qui naturae peruerſor iniquus
Corporis humani leges vitaeque tenorem 25.
Funditus erueret, niſi quadriformis adeſſet
Gratia, quam medicae prudentia ſuggerit
artis
Prouida quadruplici reprimens medicamine
lapſus.
Si qua mei ſonet auſterum *rota ſtridula plau-*
ſtri,
Motus inaequalis medium ſi torqueat axem; 30.
Lectoris teneras ſi non demulceat aures
Inconcinna *ſatis & non bene* tinnula *buxus:*

A. C. MCXCVIII *Si qua ſonet fidis in cithara quae facta rebellis*
Pollicis imperio docti parare recuſet:
Si qua incompoſito ſurgat mea pagina verſu
Diſſona materiae, metrici compagine nexus
Auguſtisque pedum laqueis non paſſa teneri,
Nomina de Graecis quaedam detorta loquelis
Nunc nimis extendens, nunc ſub breuitate coercens,
Parcat in auctorem *Satyrae diffundere virus*
Et labiis rector ſe circumcidat honeſtis
Non ſuus ex lingua *ſed de lima rationis*
Sobrius erumpat ſermo totumque refundat
Crimen in auſteros *& durae materiei*
Difficiles nodos quibus vt ſoluantur aperte
Fabrica nulla poteſt condignos cudere verſus
Vna rei durae grauitas, quia vocis egena
Cum ſibi priuato nequeat ſermone reſolui,
Mutuat externas voces, aliosque loquendi
Venatur peregrina modos, vultusque ſeueros
Cultibus exornat tropicis, faciemque colorat,
Barbariemque ſuam laſciuo obnubit amictu
Ardua materies; ne ſi duri ſonus vris
In medio reſonet, teneras perterreat aures,
Et rudis aſpectus cupidos expellat amantes.
Dura rei grauitas, quantum *lex ſuſtinet artis*
Et quantum viget artificis prudentia, pulchris
Se polit *eloquiis, quae ſi tentare labores,*
Zoile nuda tui ſenſus linguaeque patebit
Orphana pauperies fietque notabilis error

Si

Si ſapis ergo tuas metire & diſcute vires, A. C.
Ne male praeſumas alienis tendere factis MCXCVIII
Inuidiae laqueos & iuſtos carpere mores,
Ad quos nulla tui poſſet contendere virtus.
Sed peruerſa tui lex eſt & regula moris,
Vt quod ſcire nequis, id depreciare labores:
Quod facit ad laudis titulum famamque coronat
Et meritum cumulat: tua nam reprehenſio laus eſt,
Et tua lex vitium redolet culpamque figurat.

LIBER QVARTVS
DE VIRTVTIBVS ANTIDOTORVM.
POTIO SANCTI PAVLI.

Quos apoplexiae peſtis violenta procellat,
Quos furor inuadit maniae, quos inſita neruis
Senſifici motus vis ſopitiua reſoluit,
Potio reſtituit gaudens cognomine Pauli:
Asmaticos cantus compeſcit, menſtrua ſoluit.
Hanc annis potes illaeſam ſeruare duobus.

PIGRA GALIENI.

Pigra caput cerebri releuat, languoribus obſtat,
Vim digeſtiuam reſerat muliebria purgat
Conceptumque iuuat ſplenis nocumenta relegat.
Cum pigram voce ſimpliciter, pigram Galieni
Concipe cuius erit ad plus doſis vncia vel ſex
Dragmarum pondus, cum laxandi ſua virtus

Vnctio vitalis vitae fomes ſpecialis, A. C.
Cum datur in potu bene cum mulſa reſolu- MCXCVIII
tum 105.
Hoc mulier ſterilis ſoluit muliebre tributum:
Febriles fugat horrores, febriumque labores.

PILVLAE AVREAE,

Quem nigra praeuolitans fallit nubecula viſum
Irradiant pilulae, quibus eſt cognomen ab auro:
Sincerant oculos cerebri quibus influit humor 110.
Quos ſtomachi male diſpoſiti vicinia laedit:
Inſertas tunicis cataractas longius arcent,
Naſcentes maculas remouent; glaucomata delent,
Vimque nigrae Cholerae reprimunt, tormenta doloris
Iliaci dirimunt ventoſaque iurgia ventris. 115.
Quarum ſi propriam teneat confectio formam
Quam ſibi conſtituit primaeua receptio, nullo
Purgandi praeiudicio laxare valebit.
Ocia venter aget: crepitus & murmura fient
Nec ſtomachi ventos humorum terminat imber 120.
Pondere ſub duplici pilularum criſtet acumen
Jurgia declinant ſtomachi ventoſa procellis.
Imponit pluuioſa ſuum reſolutio finem.
Ex his quindenas pilulas denasue nouenas,
Vt fert aegroti virtus, dabis ante ſoporem 125.

A. C. MCXCVIII *Caule ſaginato nebula vel pulte vel ouo*
Diſpenſant uſum variantque doſim pilularum
Vis, regio, tempus, aetas, complexio, ſexus.
Quaeſtio discutitur nodoſa & vindice digna
In dandis pilulis cur abiecta paritate
Impar praefertur numerus: Reſponſio litis
Excubat in foribus rationis acumine freta:
Myſticus eſt impar numerus & numine plenus.
Nam per eum regitur, omnis per eum moderatur
Actio naturae, diſpenſat cretica *morbi*
Tempora continui: numero Deus impari gaudet
Et criſis *imperium numero celebrata dierum*
Plenius a morbi laqueis emancipat aegrum.
Facta pari numero morbi recidiuat acumen.
Temporis annalis his terminus eſt ſpecialis.

PILVLAE SINE QVIBVS ESSE NOLO.

Cum quibus eſſe volo laudant ſe nomine ſolo
Plus ſunt foecundae, nec ſunt virtute ſecundae:
Fortius ad praedicta valent & promtius implent
Quemlibet effectum, quem diximus eſſe priorum.
Pro reubarbaricis ſcrupulis & mirabolanis
Et reliquis poſitis conſtat vis fortior illis.

Haec

Haec rubeam *Choleramque nigram cum fleumate purgant,* A. C. MCXCVIII
Sub parui cineris *ſpecie debent pilulari,*
Vt formae breuitas purgandi prouehat actum.
Omne ſolutiuum citius ſoluenda reſoluit,
Quo citius fuerit ſtomachi virtute ſolutum
Excitat actiuum paſſiua ſolutio *motum;*
Motus praecelerat, quia motio corpora turbat.
Potio compacta compactum ſoluere nescit
Sed fluido ſtomachi multoque iugata liquori
Fluxilis effertur, liquescit virtute caloris,
Soluitur in partes & particulata vaporat
Hic vapor inſeritur duris, compacta reſoluit,
Ad ſtomachum reſoluta trahit ſecumque lacunam.

PILVLAE DIACOSTOREAE.

Ex pilulis diacaſtoreis vino reſolutis
Aut ſucaro braſicae *tepido pianiue liquore*
Naribus iniecto vis ſenſilis inſita neruis
Lapſa reformatur, cerebri dolor exhonoratur
Lethaeus grauis & ſtupidus ſcotoſisque *fugatur*
Gingiuis acri ſuffuſis reumate preſſis
Integritas, ciliique *grauis preſſura leuatur.*
Opticos reſerant aditus & lumina purgant.
Congruit his ſpecies piperis formae breuitatem
Et numerum doſis exiguum compenſat acumen.
Tres dabis aut vnam varians pro viribus aegri
In lauacro ſedeat *patiens* aut *proximus igni*

A. C. MCXCVIII

Vt calor interior adiutus ab exteriori,
Promtius humorem cerebri dissoluere *possit.*
Infusis pilulis nares sibi comprimat aeger
Per modicam concluſa moram virtus medi-
nae
Inſeritur chimis, caleſit, caleſacta reſoluit.
Providet hic aliud compreſſio ſedula naris,
Ne cito reſpiret flatu medicina retento.
Naribus expoſitis & aperto protinus ore
Vertice decliui reſolutis fraena relaxet:
Ne patiens recto ſi ſcemate ſe regat, humor
Rheumaticus rapido fluat ad vitalia caſu
Et fiat cordis praecluſio nuncia mortis.
Contractum ex pilulis oleo ſociata roſarum
Temperat ardorem naris decoctio maluae.
Iſta melancholicis magis eſt medicina ſalubris,
Dura quibus cerebri ſubſtantia, frigida pinguis
At quibus eſt cerebri craſis humida fluxilis hu-
mor
Et nimium tenuis aut vis intenſa caloris,
Talibus has pilulas ſane non conſulo dandas:
Incendunt cerebrum calidum, liquidumque re-
ſoluunt.
Frigida deſtituens ſenſum quos gutta re-
ſoluit,
Ore nouem dentur: numerum diſcretio penſet
Sed ſcio mordaci quod acumine viſcera laedunt,
Excoriant ſtomachum, cruciant ardore pudi-
cum.
In Diacaſtoricis annis conſtare duobus
Integra vis & plena poteſt conſiſtere virtus.

PI-

A. C. MCXCVIII

PILVLAE EMTOMERAE

Conſtat in eytomeris noſtrae pars magna ſalutis:
Lumina purificant, viſcoſaq; fleumata purgant,
Delent infuſas tenues tunicis cataractas.
De quibus vndenas cum vino veſpere ſero,
Vel dabit *in mane prolongans tempora coenae*
Inſcriptae pilulis pro viſu clarificando
Nominis effectum reliquis ſolemnius implent
Viſum acuunt, reparant lapſum, ſeruant reparatum.

PILVLAE, DE QVINQVE GENERIBVS MIRABOLANORVM.

Mirabolanorum peripentamon dominatur
Cuilibet humori: pilulae nam fleumata laxant,
Et duplicis Cholerae enormia iura refraenant.
In febre non dentur, nec eis quos felleus humor
Vnicus infeſtat nam fleumate purificato.
Inſultus Cholerae ſuccos *depaſceret artus*
Unde tiſis peiorque priore nouiſſimus error.

PILVLAE STIPTICAE

Sunt pilulae nomen a ſtipticitate trahentes,
Claudunt matricis manantes ſanguine venas,
Rheumaticos prohibent motus, fluxumque ſigillant,
Viſcera conſolidant, rupta inteſtina renodant
Vt claudam breuiter: quicquid diacodion implet,
Promtius inſtaurant & vitae fila renodant

Quin-

A. C. MCXCVIII *Quinque dabis ſolidas in veſpere vel reſolutas*
Ex arnogloſſe ſucco roſeove liquore
Aut cum myrtino poteris praebere ſiropo.

PILVLAE ANTE CIBVM ET POST.

Ante cibum pilulis anachimia ſoluitur omnis:
Venter laxatur, vis digeſtiua iuuatur:
Lege ſui moris propriis ſi dentur in horis,
Enfraxis iecoris & ſplenis maſſa tumoris,
Labes rancoris decliuibus eruta poris
Exſtirpata foris fugit a genialibus horis bs)
Expurgant ſplenem, cor, epar, caput, ilia, renem,
Lumbos, excalem bt) *cellamque puerperialem.*
Vt praeſeruentur mala, quae ventura timentur
Ante cibum dentur, cui prauis membra replentur,
Et nociuis chimis purgandis partibus imis:
Quem tuſis accuſat quia plenus ſumpta recuſat,
Sic male diſpoſitus eget ante cibum pilulari,
Vt calor ingenitus melius valeat recreari
Vt confortetur ſtomachus meliorque paretur
Coctio chimorum, purgata faece malorum.
Nam cibus intruſus niſi praeueniat medicinae
Conueniens vſus periet *fomenta ruinae*

Alli-

bs) f. *genitalibus oris* bt) an: *escalem*?

Digitized by Google

Stabit iners pondus nec eum ſtomachi ſibi fundus A. C. MCXCVIII
Alliciet: non proficiet, ſed ſarcina fiet. 240.
Peptica nutabit virtus & degenerabit
Actio naturae, peſtis praeſaga futurae
Inde dolor multus tumor indignatio ructus
Nauſea, ſingultus, ventris tortura, tumultus. 245.
Nam calor occultus duplicata mole ſepultus
Non feret aſſultus, niſi ſit medicamine fultus.
At qui ſanus erit, quem pletora nulla procellat
Nec ſuſpecta grauat cacochima, ſi ſibi venter
Stipticus exſtiterit, pilulas poſt prandia quaerit, 250.
Vt poſtquam natura ſuos compleuerit actus,
Atque cibi maſſam digeſſerit ordine certo,
Ignea terrenis, diſiungens humida ſiccis,
Natura leuis a grauibus ſubtilia groſſis,
Blanda ſequi poſſit & amica ſolutio ventris. 255.
Fecis fermento poſt ſtipticitate retento,
Nascitur exquibalis ſtomachi dolor exitialis
Et ſcatoſis capitisque dolor conſurgit acutus,
Cui vires adhibet calor in cerebrum reuolutus.
Forma breuis, leuitas virtutis, mulcebris actus 260.
Poſtulat augeri numerum: tu quinque propines
Triginta adiectis, pro viribus accipientis
Augens vel minuens facit experientia doctum
Et miſtum craseos rationis regula librat

PILV-

A. C. MCXCVIII

PILVLAE ARTETICAE.

Certebra bu) *ſindesmos neruos genuumque lacertos*
Membrorum articulos nodos nexusque profundos
Purgant arthere ciaſim *tormenta podagrae*
Obſita rheumaticis purgant ſpondilia cauſis
Cum per membra furit gelidus dolor articularis
Quae malus *aſſiduo ſtillamine percutit humor.*
Cum veſica malis & groſſis obſita chimis,
Ex multis in ſe lapides commaſſat arenis,
Excoquit & ſolidat quia reſpiracula deſunt
Sublata proprii ſibi libertate meatus:
Cum nefreſis longos expugnat cum paralyſis
Motum & ſenſificum membrorum deſtruit vſum:
Tam grauibus cauſis tam paruis atque verendis
Artheris pilulis certa ratione mederis.
Sed digeſtiuo medicamine praeuenienti,
Sorbilibusque cibis mediocribus & moderatis
Explorandi aditus ſunt corporis atque receſſus,
Praetentando vadum ſi ſit breue, ſiue profundum.
Corporis experta virtute leui medicina,
Poſtpoſita coena dabis vndenas patienti,
Siue nouem pilulas inſtanti tempore ſomni.
Sit ſemper medicina leuis praenuntia fortis
Quae paret ingreſſum, referet penetralia ventris,

Tem-

bu) f. *Vertebra.*

Temptauiua *mouens praeludia, cruda resolvat,* A. C.
Digerat humores, vt si medicina sequatur. MCXCVIII
Fortior educi faciles nimiumque rebelles
nueniens chimos, ad purgandumque paratos
Promptius educat nullo comitante siniſtro.
Haec tibi communis ſit ſanctio, regula veri
Naturae methodus, quod noxius & malus humor
Motus & attractus, niſi poſtea purificatus
Influit articulis; ad membra dolentia motu
Praecipiti rapitur & iniquo fenore paruam
Rheumatici cauſam morbi ſubcrescere cogit.
Vnde tibi moneo ſolemni lege tenendum;
In cauſis grauibus acri de rheumate natis
Ne digeſtiui tentes medicaminis vſum,
Conſona naturae quin potio digna ſequatur,
Tempore danda ſuo, quae mota ſuperflua purget.
Nec laxatiuam *dare praeſumas medicinam,*
Quin digeſtiua ſit praeuia: ſic faciendum
Exposcit ratio, ſic exigit ordo medendi
Hoc Ypocras actor noſtrae celeberrimus artis
Sanxit & inſtituit diſiecta iubet medicari.
Vis, regio, tempus, aetas, complexio, *ſexus*
Forma, ſitus, ſtatus, atque locus, mixtura viarum,
Membri nobilitas, ſenſus vel hebes, vel acutus,
Cauſa, genus morbi leges artemque medendi
Atque doſim variant, haec particularia librant
Sollerter *logici rationum dogmate freti.*
Susceptis pilulis tepidam mulſamue propines,

A. C. MCXCVIII
Si calidae virtutis erit ſtomachus patientis
Sine modo choleram, ſi crudus potio vini
Promptius accelerat ſumpti medicaminis vſum,
Et digeſtiuum, *ſtomachi cor roborat actum.*

ROSATA NOVELLA.

Eſt noua, quae bw) *veteris dudum cedente ſenecta,*
Vſibus humanis nouitas gratiſſima rerum
Conciliat, quae ſi fuerit confecta ſiropo,
Plus nouitatis habet ſeruandae temperiei.
Gratior efficitur mellis confecta liquore:
Addit temperiem trahitur peregrina caloris.
Diſtat ab extremis aequo moderamine formis,
Et ſibi temperiem certa ratione meretur
Congrua naturae confectio digna roſatae,
Sed deſiccandi magis eſt procliuis in actum.
Quod ſibi iunctarum mixtura probat ſpecierum
In ſiccis ideo *dandam non conſulo cauſis.*
Acta ſuo ſimili cos eſt & lima caloris
Ariditas paribus tanta eſt concordia cauſis,
Quod dat eis validum coniunctio facta vigorem.
Nec tribuatur eis, quos feruor cauſticus vrit,
Syntheſis exurit, tiſis emollit atque reſoluit.
Cum tiſane detur, vbi damascenica pruna
Coxeris & violas, calidam *pulmonis anheli*
Diſcraſiam & iecoris tollit ſtomachique dolorem.

Sed

bw) an leg. *Eſt roſa quam.*

Digitized by Google

Sed caue ne praeſens paſſiua potentior adſit, A. C.
Neue ſuas partes vehemens interſerat ar- MCXCVIII
dor. 340.
Dum roſae vel myrtino ſociata liquore
Fraenat ſudorem, vomitum ventriſque dolo-
rem.
Cum gelida detur ſitis impatiens remouetur.
Cum lacrimis roſeis & puluere cateranici 345.
Omni cardiacae confert mixtura roſatae
Commixto pariter rodoſtomate ſumpta fre-
quenter
A morbi laqueis neutro mediante ſolutos
Temperat, & reſerat corroborat atque refor-
mat,
Terminat hanc annus, in quo ſuus inchoat ortus. 350.

RVBEA TROCISCATA.

Rerotrociſcata *data ſi fuerit tiſanata,*
Rheumaticae tuſſis in vino ſoluitur oris
Sumpta pari ſpecie lapſatae ſubuenit vuae
Sanguineum ſputum quocunqve modo reſolu-
tum
Cum ſucco mentae cohibet ſtringitque repente. 355.
Ematicos gummi cinamomum murcina maſtix
Amogloſati muſcillago dragaganti
Mixta doſi rubeae pilularis ſcemate formae,
Sumant: vndenas aegro dabit ore tenendas.
Haec emoptoicis eſt cura nimis ſpecialis. 360.
Siſtit anatropam ſucco plantaginis hauſta,
Atque catatropam ſimili ſub imagine ſumpta.
Ex Cholera factum capitis potata dolorem

A. C. MCXCVIII
Conſtanter reprimit roſeo ſociata liquori.
Camfora vis camuſo pium lactuca papauer
Mandragorae radix, oleo confecta roſato
Cum rubea *ſic mixturae conſortia ſeruent*
Illita temporibus, frontis regione peruncta,
Inſomnes oculos recreant leuiterque ſoporant,
Quos noctis facit excubias vis ſaeua doloris.
Ex phreneſi male turbatos tranquillat ocellos
Confouet, & recreat, & ſomno paſcit amoeno,
Si cum ſeminibus pilulata papaueris albi
Lactucaeque ſimul patienti veſpere detur,
Dum phreneſis ſeruet, cerebri dum ſaeuit in arce
Fellea materies, dum perfurit ira caloris,
Dum variis errat acies deluſa figuris,
Dum vaga mobilitas oculos rapit ordine nullo,
Dum caput atque manus, dum ſingula membra mouentur,
Verbaque dum nulla mentis ſignata moneta
Luctibus *& variis lactantur plena querelis,*
Nulla doſis rubeae ſimplex vel mixta latentes
Corporis interius audebit tangere ſedes.
Turbine ſedato, freneſis languente procella,
Si qua inſompnicies ſupereſt inimica ſoporis
Poſcit opem rubeae; nec dedignatur amicae
Explorare fidem, cuius petit arte iuuamen.
Militat aduerſus triterum cui fronte rebelli

For-

Digitized by Google

Fortiter obſiſtit data praecedentibus horis A. C.
Si ſit cum calida *vel cum redoſtomate ſum-* MCXCVIII
pta.
Quando febris trahit ex modica virtute vigo-
rem,
Et ſibi materiam pauſillus ſuggerit humor, 290.
Cum typus anticipat, & motu praecelerato
Acrius inſurgit acceſſio tempore *maior,*
Cum minus ardori prorſus ſudore remoto
Succendi facilis humorum maſſa reſiſtit,
Cum minus eſt mordax typici punctura vigo-
ris: 295.
Jure typi fracto, cum iam calor imperioſus
Subiectum ſibi ſolus habet tenuatque vaporem
Qui dempta ſibi groſſicie tranquillius urit,
Urinae color aſcendit tenuique relicto
Vertitur in ſpiſſum decocti forma liquoris: 300.
Cum propriis ſignis febris matura proba-
tur,
Et tandem bene digeſtus cognoſcitur humor:
Hoc caſu rubea ſpecie collata priori
Pulſu, temporibus, & naribus inde perun-
ctis,
Sed prius oblato medicamine conuenienti, 305.
Delet & exſtirpat febrem, munusque ſalutis
Impetrat, amiſſas reparat viresque refor-
mat.
Enſe mixta nochera *ſubuertit quatriduа-*
nam
Et febrem expugnat ſalſo de fleumate natam.

A. C. MCXCVIII

Compositis medicina datur promiscua causis
Simplicibus simplex: mixti medicaminis vsum
Natus adulterio quaerit promiscuus humor.
Temporibus certis data pro modulo rationis,
Vt morbi tenor exposcit, quaeuis opiata
Fungitur officio triplici nam caumate *febris*
Confractos & laxatos corroborat artus:
Reliquiat paruae consumit materiei,
Et claudit putridi mala respiracula fumi.
Arbitror & quartum praedictis adiiciendum
Ne recidiua mali fiant vestigia morbi,
Ne suspecta crisis aliquo *rancore relicto*
Excitet extinctam recidiua rite querelam.
Continuis febribus huius medicaminis vsus
Noxius est, ideo *reprobus multumque timendus.*
Complet ei proprium lustralis terminus aevum.

REQVIES.

Est requies tranquilla quies & amoena soporis
Pax oculis, quos peruigili languore molestat
Somnifera nebula demens vapor igneus aurae.
Cum capitis proram Cholera mouet ira furentis,
Cum cerebrum cruciat rabies vesana doloris.
Dat placidam requies requiem, sedatque dolorem.
Fessaque lethaeo perfundit lumina somno
Fronti & temporibus superaddita, naribus vnctis,

Mixto

Mixto lactucae ſucco, vel ſymphoniacae, A. C
Siue papauereo vel cortice mandragorato, MCXCVIII
Omnibus aut ſolis vel ſeminibus bene tritis,
Ex oui lacrimo *confectis, & bene mixtis,*
Ex violis facto requies reſoluta ſyropo
Hauſta ſui melius effectum nominis implet,
Atque ſoporiferum perfectius expedit vſum
Fortibus & calidis ſubſtantia delicioſis
Colatura datur: formam doſis atque tenorem
Alterat & variat patientis diſſona virtus.
Cui Cholerae craſeos vis ignea, viuida virtus,
Diſponit cerebrum natiua potentia certis,
Quod *calidum probat, indiciis* quam plena *vigoris*
Prouehit ad cumulum virtutis fortior aetas:
Huic Cholera vexante caput, ſtimuloque doloris
Inſurgente graui, dulces turbante ſoporis
Illecebras, cum nulla ſubeſt praeſentia ſomni,
Quae *iam decludit oculos fantaſticus error*
Hoc caſu requies ratus *ſuſpecta ſoporem*
Concilians oculos opio pietatis amoenat:
Membra quiete lauat & reſpiramine ſomni
Naturam recreat: *Cholerae graſſantis acumen*
Temperat & ſenſum reprimit motumque doloris.
Cauſa mali decimata prius leuiterque ſoluta,
Vt iubet & dictat faciendum regula morbi,
Poſtea ſumendae iuuat effectum medicinae,
Et facit vt proprium maturius expleat actum.

A. C. MCXCVIII *Frigidior cunctis non ſit requies opiatis*
Non eſt danda ſeni, puero, nunquam mulieri
Nec iuueni, quem fleumaticum ratione patenti
Signorum ſeries fidoque caractere ſignat
Fluxile cui ſemen, gelidum caput, humida naris,
Senſus iners, hebes ingenium, pigritio *motus*
Inſipidus guſtus, ſputorum copia, carnis
Mollities, ſomni grauitas, ignauia mentis.
Huic data ſi fuerit, mea quam *deſcriptio talem*
Exprimit & pingit, in quo vis parua caloris.
In venis latitat exprimis inſita cauſis
Congelat humores opii virtute ſopora,
Sanguineos ſtagnat *riuos clauditque meatus,*
Et reddit ſtupidos letali frigore neruos:
Languida perpetuo condemnat lumina ſomno.
Ad proram cerebri raptus, cui felleus humor
Inducit freneſim, cui lenta aut feruida febris
In venis habitat, non intus ſuſcipiendam
Conſulo, natiuum ne debilitando calorem
Impediat criticos motus virtute grauata:
Exterius licet apponi cataplasmatis vſum,
Sed caue quod criticis non apponatur in horis.
Non eſt empirici *ſententia vana* Rigordi
Judicio reprobanda meo, damnabilis omni

Di-

Digna cruce auique ſi tituło fuſcanda patroni, A. C.
Qui requiem monachis in acutis febribus offert MCXCVIII
Et requiem facit aeternam modicumque ca- 385.
pacem
Obſcurum nigris monachis ingurgitat orcum.
Tempora plena ſtatus dabit annus ei geminatus.

RODOŻACCARA.

Temperat ardorem ſtomachi remouetque do- 390.
lorem
Ex cauſa ſimili rodozaccara, ſi patienti
Cum gelida detur, fluxus per eam cohibetur,
Quem contentiui vis imbecilla vigoris
Ingerit admixto rodoſtomate vel pluuiali.
Caumate febrili dilutum & rarificatum 395.
Confortat ſtomachum pro ponticitate roſarum
Roborat inualidum partes conducit in vnum.
Os replet vtentis ſtatus ſpiramine laetus;
Debile cor recreat & amoeno pacis odore
Cardiacon curat viresque ex felle trahentem 400.
Atque diaforeſin, quae largis *membra reſolvit*
Sudorum riuis, data cum roſea patienti.
Sic cohibet vomitum, ſic ſputum ſanguinolentum.
Per factam duodena doſim dat portio librae.
Inchoat hanc annus primus completque ſecun- 405.
dus.

RODOMEL.

Impetrat ex melle rodomel vim modificandi:

A. C. MCXCVIII

Vim confortandi trahit ex virtute rosarum.
Per monito *salis* appositio tepido resolutum
Mundificat stomachum, lauat & depurgat eundem.
Vim detergendi sordes & mundificandi
Cui neruos mordens stimulus salsedinis addit
Impediens pexim stomachum si frigidus humor
Crudificet confert melli commixta rosato
Coctio mastichis & maratri dulcisque cimini.
Colatura datur teneris & deliciosis,
Quos rancore graui leuis indignatio vexat:
Sed cum tota datur substantia, plus operatur.
Fleumaticis fauet aestiuo, calidis hiemali
Tempore mel roseum confert solatia vitae
Dissona subrecti *variat* complexio *tempus.*
Est quoque plus aptum reliquis mulieris ad vsum.
Quod bene purgatis, non ad plenum medicatis
Corporibus detur, vt eo natura iuuetur
Vt stabili fine concludat opus medicinae
Vt stomachum purget, qui plenus rheumate turget
Vt lauet & ventris villos ab acumine mundet
Quam clausum in villis & in aequa sorte cohaerens
Vim dissenteriae pariat causamque ruinae.
Quod non legitimam teneat purgatio metam,
His poterit signis dubiae clarescere menti
Fit linguae sapor horribilis, turbatio gustus,

Nau-

Digitized by Google

Nauſea, ſingultus, rancor, ſtomachique tumultus A. C. MCXCVIII
Membrorum grauitas, ani punctura, tenaſmon,
Tortio, rugitus, ructatio, guturis ardor:
Aret, amarescit, ſitit os, languescit orexis.
In rodomelle doſim librae pars ſexta coaequat.
Integrat hoc melius & complet certius annus.

SOTIRA.

Sotira ſaluatrix, naturae conciliatrix:
Haec data cum mulſa cauſae *radice reuulſa*
Cephaleam curat, quae multo tempore durat.
Subſidium lucis fert auxiliare caducum.
Vim frenat maniae turbantis regna ſophiae.
Auribus impluta muliebri lacte ſoluta
Excitat auditum ventoſo turbine tritum.
Subuenit asmaticum, tuſſim compellat anhelam,
Et ſtomachi ſepelit de frigiditate querelam.
Contra ſingultum ſtomachi vomitusque tumultum
Praeualet haec multum, nec eum dimittit in ultum.
Cum mulſa data pleureticis in fine medetur,
Vt bene purgetur ſanies & mundificetur.
Extenuat iecoris tetanos, labemque caloris
Ictérici *mundat cum felleus humor inundat.*
Cum pusca vel cum plantaginis hauſta liquore
Sanguineum ſputum leuiter *domat absque labore,*
Et fluxum frenat ventris, vomitumque catenat.

A. C. MCXCVIII

Quos trahit insomnes oculos vis saeua doloris
Sotira tranquilli demulcet pace soporis.
Cum dolor artheticus saeuit membris inimicus,
Cum per membra furit, cum brachia, crura perurit,
Sotira languorem sepelit praestatque vigorem
Bardanae siue sociata liquoribus uuae
Pestiferum virus, quod scorpio, vipera, tigrus
Ingerit, expugnat valide mortique repugnat.
In febre quartana, longa licet & veterana,
Est medicinalis, est vtilis, est specialis.
Vim cronicis *morbis quos fundat longior aetas*
Ingerit & proprius compellit stringere metas.
Vi condescendit *deuotius & famulatur*
Cui magis obsequitur trahit a stomacho sibi nomen
Stomaticon, quamuis ipsum productio laxet
Contrahat haec *breuitas sed deriuatio tempus*
Alterat, & primae commutat originis vsum.
Spargitur in varias species, quas dissona virtus,
Discolor effectus, dispar confectio reddit
Dissimilis patet ex titulo distinctio rerum
Officii meritum subiecti forma fatetur
Et quod confortat, quod laxat quodue calorem
Auget & exacuit, quod temperat atque remittit.
Mollibus & teneris, quos ipso nomine terret
Potio quos solo mouet & funestat odore

Quo-

Quorum delicias noſter niſi congruus ori A. C.
Iocundusque ſapor pungens acuensque pala- MCXCVIII
tum
Stomaticon, quod laxandi ſibi vendicat vſum,
Alludit grauius veniamque ſapore meretur.
Sub dulcore latens vis laxatiua ſuperbi
Delicias oris deludit: ſic cibus hamum,
Mel operit virus: ſic prauae nubila mentis
Celat & occultat ficti fallacia riſus.
Acribus inſerta geminis res vnica dulcis..
Delet & excuſat acidi nocamenta ſaporis.
Sic legit errorem prudentia, gratia culpam
Pax odium, vitium virtus, concordia litem.
Tota nec ad plenum nondum deducta teno-
rem
Ex hoc completur purgatio fine decenti
Confortatiuum crudum corroborat aluum,
Excitat inualidum pexim *recreatque calo-*
rem:
Clauſas viſceribus ventoſas diſſipat aurat:
Stomaticon, quod frigiditas diſponit acutis
Subuenit & tiſicis *ſitibundis extenuatis:*
Temperat ardorem ſtomachi febrisque calorem:
Vim reparat membris ex caumate debilitatis.

THERIACA MAGNA.

Qos firmat veterum praeſcriptio facta dierum,
Qui nequeunt aliis plene manſuescere cauſis,
Expugnat validae morbos virtus Tiriacae
Elidit pedicon quod fundat frigidus humor

Addi-

A. C. *Addita quo fuerit decocta pionia vino*
MCXCVIII *Promouet antidoti purgatio facta vigorem*
Jus apoplexiae ſoluit ſi mixta bibatur
Caſtoreum *vino vel ea ſi lingua fricetur,*
Dentibus impoſito cuneo ſed vertice prono
Sit decliue caput vt aquoſus lubricet humor
Ex vitio natam ſtomachi curat ſcotomiam
Maſticis atque nucis *muſcatae mixta liaeo*
Tollit emigrancam vino reſoluta tepenti:
Fleumate viſcoſo factas vel rheumate crudo
Optante bx) *aditus cauſas pulmonis anheli*
Diluit & raucae tollit ſuſpiria vocis.
Cantibus asmatis tranquilla ſilentia ponit
Cui commiſceri debent liquiricia gummi
Et tunc ſub pilulae forma teneatur *in ore*
Olibani reſoluta mero data nocte ſilenti
Subuenit arteticis, quae ſi tiſanata bibatur,
Claudit emoptoici valide ſtillamina ſputi.
Sidia cum tiſana vel continodia cocta
Prouehit effectum fluxumque potentius arcet.
Cum rarefacta feruoris acumine puna,
Extra reſpirans ſanguis de vaſe reſudat,
Non eſt legitimus nec noſtrae conſonus arti
Hoc caſu exhibitus huius medicaminis vſus
Sed cum ſola facit venae corruptio fluxum.
Thicticis *ex felle nigro patientibus obſtat*
Cum rebus data leptemeris *pariterque medetur*
Ydropicis, quos humoris fermentat aquoſi
No-

bx) ſcr. *Obſtantes*:

Noxia materies laxos diffusa per artus. A. C.
Fert peripleumonicis reparandae grata .sa- MCXCVIII
lutis 535.
Munera, cum prauus iam se purgauerit humor
Congesti rupta penitus compage timoris:
Hi data cum vino vulnus depurat & vnit
Aequali sibi concilians distantia nexu.
Iliacos domat insultus, quos algidus humor 540.
Viscosus vitreus, vento mediante creauit
Intestinorum plagis potata medetur
Humorum quas congeries sanioſa creauit
Atque tumor putridus non depuratus ad vnguem,
Si mollitiuo clisteri praeueniente, 545.
Cum calido resoluta mero *detur patienti.*
His & emoptoicis eadem sit cura medendi
Ad nefrem cum saxifrago milioque bibatur,
Sed causam libret medicamine prouidus auctor,
Ne si forte malis calidus fundauerit humor 550.
Exacuat similem similis medicina dolorem.
Addita muscelεo vel cum cressone soluta,
Siringa tenui virgae transfusa virili
Eruit enfraxes lapidum, reseratque viarum
Angustos aditus oleo resoluta tepenti. 555.
Junctaque bombaci *colicam domat atque tenasmon*
E gelidis chimis orbi submissa pudico:
Si dolor intrusus radices altius egit,

Tunc

A. C. MCXCVIII 560. *Tunc valet iniecta cum cliſteri Tiriaca,*
Commixtis ſibi muſceleo, ſale, ſulphure, malva.
Cum ſuccis arthemeſiae data menſtrua purgat
Hauſta vel inferius per vulnera peſſa rizata
Exanimem foetum pellit fratremque ſalernum.
565. *Degeneris formae monſtrum enormis genituraе,*
Prodigium natae nouiter conforme ſuillae,
Sed magis horrendum ſpecie viſuque pauendum
Matronae *ſannitis habet praecurrere partum,*
Quod ſocium maturato iam tempore partus
570. *Praeuenit infantem, cum quo ſibi lectulus idem*
Vna domus fuerat, eadem ſubſtantia *victus,*
Matricis quam ciſta ſuis collegit in vlnis,
Oſtia naturae reſerans & clauſtra monetae,
Sternit iter, tentatque vadum, praenunciat ortum
575. *Vernula funeſtus & ſubplantator iniquus*
Expoſitus luci dulces praeconcipit auras,
Infanti primae brauium rapiens genituraе
Se pater Italicus probat hoc praecone parentem,
Perpenditque ſuae iam vera pronoſtica prolis:
580. *Sic probat vxoris meritum, talique ſigillo*
Imprimit & ſignat deuoti foedus amoris.
Omine felici gaudet matrona nec ipſam
Inſtantis grauat ex partu preſſura doloris:
Alleuiat mens laeta malum, pondusque laboris
Exo-

Digitized by Google

Exonerat, leue fit quod ſuſtinet aequa voluntas. A. C.
Inde pudicitiae dotes *ſaluique pudoris* MCXCVIII
Allegat titulum, quae *formae forſan inhaeret:* 585.
Inde reſarcitur culpae ſciſſura *prioris:*
Impetrat hoc ſolo veniam redimitque reatum.
Quod licet accedens intermolat aduena francus 590.
Concutiatque vagus mercator plus mulieri
Gratus, priuato dum partus limine tale
Prodeat oſtentum, morum ſe laude coronat.
Morte parit ſubita mater ſi corpore nudo,
Cum tingat nudam deformis beſtia terram: 595.
Vnde domus variis ſubſterniter area *pannis*
Interimit *baculis animal lignisque receptum,*
Eius vt interitu ſaluetur vita perennis,
Naturae hoc vitium, tam deteſtabile ſortis
Dedecus humanae, demiſſam coelitus iram 600.
Numinis offenſi vindictam infame tributum
Gens Beneuentana ſatagit transferre Salernum
Vt cum participes habeat ſociosque pudoris,
Immeritamque ſuo condemnat crimine gentem.
Abſit vt egregiam talis nota polluat vrbem 695.
Cuius forma nitet late diffuſa per orbem
Quam medicinalis *ratio, quam phyſicus ordo*
Incolit atque regit, quam noſtrae prouidus artis
Cultus odoriferis ſpecierum inbalſamat orbis
Si daret huic monſtro corruptio ſpermatis ortum 610.
Herbarumue eſus, vel menſtruus humor abundans

Aut

A. C. MCXCVIII *Aut intemperies matricis ſiue ſuperni*
Vlcio iudicii meritis inflicta priorum
Phyſica per ſpecies, herbas, & aromata totum
Deleret vitium cauſamque mali remoueret:
Sanctus & aſſiduo placatus thure Matthaeus
Compatiens populo coeli conuerteret iram.
Pota venenatos & ſe ſuper illita morſus
Delet, & occurrit ſuſceptis ore venenis,
Siptanio menta *mixtis & artologia.*
Lepram cum ſucco mentae *potata coercet:*
Nam quoniam *per eum pellit virtute venenum*
Foeda venenoſi dirimit contagia morbi.
Veram quartanam potio *ſociata falerno*
Et typicam ſoluit vitreo de fleumate febrem
Sed laxatiua niſi praeueniat medicina
Simplicis in duplicem facilis conuerſio fiet.
Nam calor antidoti dum crudis necre ſolutis
Inſeritur chimis, partes exhaurit aquoſas,
Combibit aerias, quarum ſubſtantia molli.
Lubrica fluxilibus magis apta ſubire caloris
Imperium, quibus abſorptis groſſisque relictis
Durior & ſolidae ſpeciei forma reſultat,
Quae ſimul eſt ignis & terrae filia, quamuis
Saepe ſuum maſſae terreſtri debeat ortum.
Sic febris inſolito conſtans fundamine ſaeuit
Acrius inſultu numeroque & tempore maior:
Vnde ſibi caueant Montani ca) *pharmacopolae*
Verboſi, vacui, fallaces Quintiliani,
Quos

ca) *Inuectio auctoris in Montipedenſes medicos.*

Quos facit artifices attritae frontis egeſtas A. C.
Quos gula, quos ſtimulat & cogit auara doloſi MCXCVIII
Ambitio nummi carmen ructare *ſalernum*
Quos non artis amor, non fama ſed ambitioſi
Incitat & pungit venalis gratia quaeſtus:
Non male praeſumant genus hoc tentare medendi,
In quo plus valet ars, quam praeceps alea caſus.
Frigore letali ſubito quae membra ſoporant,
Et furtim tacitas faiunt in vulnere mortes,
Quae rapidi feſtina mouent diſcrimina morbi,
Occulti illorum gladii, quos tollit in altum
Mors aliena diu votis optata malignis,
Expugnat validae data toxica vis Tiriacae,
Et vitae igniculum geniali ſede *retruſum*
Iam pene extinctum rurſum viuiſcere cogit.
Particulata dies cordis prius *apta ſubire*
Luminis eclipſim pulſa caliginis vmbra,
Ut calor antidoti membris vitalibus haeſit
Integra iam radiat & pleno lumine fulget.
Sed properas negat inducias violentia curae
Inſtat cura malis *minuit dilatio firmat,*
Dum noua, dum rudis, dum primula cauſa nocendi,
Inſtanti curae ſuccumbit, adulta reſiſtit.
Dum tener eſt, nondum in ſolidum radicibus actis,
Interimi debet in primo ſemine morbus,
In potu data cum gelida membroque dolenti
Addita, dum nondum febrilem prodit in actum.

A. C. MCXCVIII

Deſtruit antracem, cui vim mixtura miniſtrat
Sanguinis & Cholerae nigra cum felle rubenti
Sanguine ſed primum veno *ex matrice minuto*
Si faueat virtus, ſi non occurrerit aetas,
Sinotina *craſis, ſi ius ferit id faciendum*
Aemula naturae longaeui regula moris.
Continuant illi ſtabilem ſex luſtra vigorem.
Summa trium doſis eſt dragmarum *dandaque ſolis*
Quos grauior caſus, extremaque cauſa moleſtat.
Vnica dragma doſis minor eſt, duplicata ſecunda.
Tutius hanc ſtagnata tenent & plumbea vaſa;
Terrea corrumpunt, niſi quorum concaua plumbo
Tecta ſuperficies plumbi mentitur honorem;
Vel ſtannum ſimulans terae figmenta reſignat.

TRIFERA MAGNA.

In graeco triferon fertur iocus aut iuuenile
Eſtque trophos ſuccus, alius trophos vnde trophaeum:
A triferon trifera, quae morbi pelle vetuſta
Et ſenio pulſo corpus nouitate ſalutis
Innouat ac hominem laetum facit ac iuuenilem;
At quoniam ſuccis praegnans foecundaq; fructu
Succi nomen habet, & ſenſum nominis implet,
Et quia languores naturae conterit hoſtes
Inque fugam vertit, ſenſum nomenq; trophaei
Vendicat & poſſet cenſeri voce triumphi.

Ex

Ex trifera magna ſtomachi ventoſa querela A. C.
Soluitur atque dolor infeſtus ab interiori MCXCVIII
Frigore conceptus, placidi ſi tempore ſomni
Mixta mero detur, fuerit quo caſu golango
Nardus & anthophilus, & cum nuce macis odora
Adiicies ederae lacrimam, *ſi pelliculoſis*
In ſtomachi latebris vis eſt concluſa doloris.
Confert rheumaticis mixto ſibi puluere turis
Et ſomnum ex cholera nigra vigilantibus offert,
Cum poſt diſcuſſam nefreſim, iam febre ſoluta,
Exagitat cerebrum fantaſtica poena ſuperſtes
Pervigiles oculos inſomni nocte fatigans,
Trifera ſeminibus commixta papaueris albi
Et data cum tepida, qua cortex mandragoratus
Coctus erit, ſomnum reparat cerebrumque ſoporat.
Expletis recta numeri ratione diebus
Quatuor & denis, cum iam ruptura tumoris
Emittit ſaniem cum mirrae ſumpta liaeo
A perapleumonicis cauſas empimatis arcet.
Praeuia ſi fuerit purgatio congrua cauſae
Sumpta lienteriam curat de fleumate natam.
Aſcrarides potata necat cum rebus amaris
Abrotano ruta centaurioque minori.
Si matricalis herbae mandata liquori
Vel ſupponatur vel vino mixta bibatur,
Agrum naturae ſterilem colit, & geniali
Vbertate replet, dum noxia quaeque reſcindit

C. A. MCXCVIII *Obſeſſas limo turpique bitumine celſas*
Exarat & *mundat & vectigalia ſoluit,*
Semen vt iniectum matricis munda ſupellex
Promtius excipiens intra ſua clauſtra monetet.
Bis reuocet mulier per noctem ſuppoſitiuum
Ex trifera factum, quando cacochimia *villos*
Lubricat & profugum dimittit ſperma viarum
Lubricitas, groſſae cum muſcilla geris *humor*
Semen corrumpit, vitiumque putredinis infert,
Quando coarctatis concludit menſtrua venis
Cella puerperii gelida denſata rigore.
Thebaici retinens opii conſortia cauſis
Non valet in gelidis, ſed cui deuota miconis
Grataque temperies arridet conuenit illis
Et minus auſtero contriſtat frigore membra.
Eius opus medicae doctor Platearius artis
Et componendi formam celebrauit & vſum.
Si calor exurens ſterilem diſtemperet aluum
Ariditas ſi membranas corruget inanes,
Membrorum fomenta bibens ſi dura cicatrix
Et calloſa cutis purgandi ſanguinis arcet
Profluuium, triferae magnae non congruit vſus
Nec calidae huic cauſae *ſpeties nec aromata proſunt*
Trifera magna duos poſtquam compleuerit annos
Ante potens, primi cadit a bonitate vigoru.

TRI-

TRIFERA SARRACENICA.

A. C. MCXCVIII

Asſignat prius triferae de nomine cauſa
Haec etiam primum poterit ſeruare tenorem
Sed quia paganis tenebroſo nubila vultu
Concolor efficitur, ea Sarracena vocatur;
Vel quod eam Sarraceni ſtatuere periti.
Cum rheubarbaricis data Sarracenica dragmis
Et mirobolanis vno ſibi pondere mixtis
Accenſos curas triteros *de felle rubenti,*
Quos acuit ſimilis complexio concolor, aetas
Par locus & ſexus & conformabile tempus.
Lucis *in ingreſſu data per triduum patienti*
Expedit & triferae iuuat ozizaccara vires.
Haec eadem ſimili moderamine ſumpta furente
Compeſcit maniam rubeo de felle creatam.
Sic ſcotoſim reprimit & viſus damna reſarcit
Quem turbat calidi male reſpiratio fumi..
Quo ſene decoctum eſt cum vino ſumpta tepenti
Fuſcatum reparat tetra caligine viſum,
Quem color ex Cholera nigra reſolutus obumbrat.
Admixto epicimoſi cum ſene folliculoſo
Hanc niger exacuat & vires ſuggerat indus
Tetracium ſoluit, cui fundamenta miniſtrat
Fellea materies nimio combuſta calore
Ardoris transgreſſa modum quamuis ſpeciale
Alterat & transfert generis ſibi iure retento,
Limine ſub primo iam dedignata teneri.

A. C. MCXCVIII

Sumpta pari forma ſimilique aptata tenore
Compescit maniam, quam felleus humor aduſtus
Fundat & aedificat ad prorae *culmina raptus.*
Hictericos rheubarici ſociata liquori
Curat & epatici delet nocumenta caloris.
Sed cauſam medicae ſerutator ſedulus artis
Libret, an Hicterici faciat contagia morbi
Fel, vel hepar, vel ſplen, aut incenſiua caloris
Vis dominans venis ſi fel vel fellea bilis
Aeſtuat & modico lentenscunt *crura dolore,*
Aut cholerae ſtagnat ſua deſiccatio motum
Obſtruit enfraxis aditus vel apoſtaſis illam
Comprimit aut felli ſe *turbidus ingerit humor.*
Feruiditas fellis hepar incandescere cogit.
Sanguineum ſuper incendit tenuatq; liquorem
Tingit, & in cholerae ſpeciem conuertit amarae,
Naturae quam membrorum condemnat & odit
Deliciosa fames triſti turbata ſapore:
Hunc cutis ad partes proſcribens exteriores
Vnde ſit in membris tracei *tinctura coloris.*
Deficiens in felle calor, eum celtica virtus.
Degeneret, cholerae partem non attrahit illam.
Cum ſpecialis ei ſit manſio capſula fellis,
Hanc hepar in proprius retinet ſeruatque cavernis
Et venis mandans cum ſanguine membra colorat,
Ariditas fellis cholerae diſcurſibus obſtans

Ipſi-

Ipſius ad ſtomachum vetat in decliuia ventris C. A.
Deſcenſum fluxumque ſui caſtigat & arcet MCXCVIII
Partibus alterutrum firma compagine iunctis. 795.
Compoſiti minuit diuiſio facta vigorem:
Totius viget integritas, & fortior exſtat;
Quo minor in plures cholerae fit ſectio partes; 800.
Viribus in cumulum collectis acrius vrit,
Plus hepar incendit, & toto ſanguine tincto
Exteriora cutis croceo deformat amictu.
Clauſa per enfraſim pororum clauſula fellis
Vel per apoſtaſeos ſubitum compreſſa tumorem, 805.
Igniculum, cholerae ſibi reſpiramine dempto,
Fortius ardentem plus ſemini obiicit *ictu*
Limite ſecreto totu torrente citatum
Cogit ad implicitas ſtomachi tranſire cauernas,
Cum nimis excedens intra ſua clauſtra teneri 810.
Non valeat breuitate loci vagus & leuis humor,
Mobilis & certae ſtationis *iura reſignans*
Fellea materies hepatis regione recepta,
Sanguinis incedit *feruoris acumine fontem*
Inficit & membris reprobum facit, vnde foueri 815.
Membrorum eſuriens quamuis ieiuna veretur.
Si felli ſe viscoſus commisceat humor
Ingroſſat choleram, ligat & conglutinat ipſam,
Et proprii motus ſibi curſilitate negata,
Conſueto vetat ad ſtomachum discurrere motu. 820.

Digitized by Google

A. C. *Ad ſinus igitur hepatis cumulata redundat,*
MCXCVIII *Vnde ſuae cauſam genituraе materialem*
Et formam craſeos & primum traxerit ortum,
Sanguineae maſſae pars ignea, cum caſa fellis
825. *Non pateat ſolam iecoris ſibi vendicat arcem.*
Ex hepatis vitio ſi paſſio traxerit ortum,
Obſtruit enfraxis, calor vrit congelat algor
Tendit & amplificat membrum preſſura tumoris
Scliroſis indurat vis expulſiua fatiſcit,
830. *Faece melancolici fermenti ſplene grauato*
Caelica degenerat virtus, ſpleniſque facultas
Deficiens non mundat hepar: fit ſanguinis humor
Spisſus & obſcurus membris non aptus alendis,
Cum lingua data ceruina Veneriſque capillo
835. *Prunis ac violis melonibus atque* citrullis
Purgat hepar, ſtomachum, ſplenem, diaphragma ſupremum
Et loca ſubcoctis feruentibus obſita chimis;
Temperat hepaticos ignes, reparatque colorem,
Si componatur ſimplex & acumine mixto
840. *Parcior atque minor & commoderata frequenti.*
Annus complet eam primus deletque ſecundus.

TRIA SCANDALI.

Purpurat ictericos tria *ſcandali cum cicereae*
Succo endiuiae cum quatuor abluctatis

Se-

Digitized by Google

Seminibus tiſicos reſtaurat, cum dragaganton A. C.
Gummi, lactuca, malua, tiſanaque ſolutum: MCXCVIII.
Mixta ſimul cum penidicis liquiritia ſucco 845.
Ipſius appoſito vires medicaminis auget.
Sic etiam confert ethicis, quos lenta profundis
Partibus inſerta febris intabeſcere cogit. 850.
Omnis debilitas vitio contracta caloris
Exſtirpata perit huius medicaminis vſu.
Ponit ei metam completi terminus anni.

THEODORICON.

Vt probat & dictat veterum ſententia vatum,
Eruit omne malum cerebri de fleumate natum, 855.
Quos in ſe recipit cum pulueribus pilulatum,
Sero propinatum, Theodoricon intitulatum,
Munere diuino valida virtute probatum.
Cum ſene plaſmatum ſoluit maniae cruciatum
Nare vaporata cum fumo catariaci; 860.
Dentibus ex cuneo reſeratis ſi patientis
Inde frices linguam, gingiuas *atque palatum,*
Ebria delirae ſubuertit pocula lethes,
Et rerum ſeriem memori ſub claue ſigillat.
Rheumaticis factas incurſibus aſperiores 865.
Vocales muſas plectro componit amoeno:
Aſpera complanat & non aequata coaequat:
Radit & expurgat vitium vocemque reformat.
Linguae ſuppoſitum donec bene ſit reſolutum

A. C. MCXCVIII

Penidiis anulo mixtum gummi dragaganto.
In causa sicca curatio talis iniqua:
Nam sibi comparium tanta est concordia rerum,
Pugnaque disparium, quod se conformia servant,
Dissona corrumpunt graduum ratione retenta
In paribus numeris certis moderanda minutis
Debet ab oppositis fieri curatio causis.
Si locus aut humor grossus, vel forte rebellis
Membri durities numeros transscendere cogit,
Sit breuis excessus, quoniam moderamine gaudens
Causarum subitos motus natura recusat.
Nulla in praecipiti curatio facta salubris
Nam dum discrasiae remouet nocumenta prioris
Inserit oppositum subito, propriamque relegat
Corporis eucrasiam, quam fundauere parentes,
Quae fuit a primis genialibus *insita causis*
Quae pede procedit tacito, mutatque latenter
Furaturque malum non eruit, at violenter
Extrahit, & numeris cogit descendere certis,
Donec clausa suis naturae regula metis,
Ad proprium reuocata modum, se lege priori
Temperet & solitos dispensет corporis actus.
Consonat humanae talis curatio vitae,
Naturae confirmat opus laudemque meretur.
Cum vino bibitum vel linguae subpilulatum,
Pulueribus sibi commixtis alcotidis herbae,
Fleu-

Digitized by Google

Fleumaticas dirimit cauſas pulmonis anheli A. C.
Et grauia asmatici cantus ſuſpiria tollit. MCXCVIII
Cum nuce muſcata bibitum vel puluere macis 895.
Crudoris vitio leuat ex ſtomacho ſitientes.
Sic ſtomachi natos de frigidate dolores
Mitigat, & ventos fugat intra viſcera clauſos. 900.
Inſaniem verſus cum ſe purgauerit humor,
Ne trahat empici pulmo contagia morbi,
Praeſtat opem peripleumonicis tiſana reſolutum
Admixtis amilo, caricis, gummi dragaganto
Atque liquiriciae ſucco cum ſemine maluae. 905.
Ex groſſis & viſcoſis humoribus ortam
Ydropiſin fugat, & nefreſim, ſplenisque tumorem,
Decoctum cum lectomeris ſpeciebus & herbis,
Saxifraga, milio ſolis ſelino, petroſillo.
Foeniculo, ſparago, tamariſci cortice bruſco. 910.
Iniectum colicis ſumma vitute medetur
Cum melle, & violis, oleo, ſale, ſulphure, maluis.
Motus artheticae domat inſultumque podagrae
Cum ſucisime bibitum lapeque ſupinum
Ex quilla & raphano prius oximelle recepto. 915.
Hoc quoque praecunctis ſpecialius eſt medicinis,
Vt leuet & redimat muliebris probra monetae
Oſtia naturae reſerat, vim concipiendi
Iamdudum oppreſſam releuat, ſemenque monetat,
Menſtrua mundificat bibitum vel peſſarizatum, 920.

Cum

A. C. *Cum matricalis herbae ſucco reſolutum.*
MCXCVIII *Hoc quoque maluarum ſibi muscillagine mixta*
Spargit & emollit clauſos matrice tumores.

THEODORITON ANACARDINVM.

Quos mouet in girum rapide vertiginis error
Dum male viſibilem circumuebit & rotat auram
Terrea materies ventoſo mixta vapori,
Hos anacardinum releuat ſibi puluere mixto,
Quae cine filicis ac indi mirabolani
Epithimi ſene ſquinanti ſicut variandum
Diſſona materies vel morbi regula poſcit.
Semper ab adiunctis debent adiuncta probari.
Obscurae ſcotoſis tenebroſa volumina delet,
Et quae praeuolitant aciem falluntque videntem,
Nigra melancolici dirimit phantaſmata fumi
Ante tamen quabulis *conditis ſaepe receptis*
Occiduae capitis ſuper aptatum regioni,
Crinibus abraſis, ſibi commixtis anacardis,
Flumine letheo ſuper excrescente, ſolutas
Componit rationis opes, paſſimque natantes
Et profugas inhibet firma ratione figuras:
Sparſa ligat, reſerata ſerat, diffiſa coercet;
Sed ventoſa cutem praemordeat, & cute caeſa
Noxius erumpat modico ſtillamine ſanguis.
Rheumaticum ſiccat cerebrum purgatque repletum.
Somniferos capitis natos in puppe dolores.
Discu-

Digitized by Google

Discutit in pilulis ſumptum, prope tempora ſomni. A. C. MCXCVIII

Si quercina filix & agaricus adiiciantur,
Vim ſibi maiorem purgandi fleumatis augent.
Si tepido cum musceleo fuerit reſolutum,
Auribus infuſum ventos ſtrepitusque ſonoros
Discutit, & capiti tranquilla ſilentia ponit.
Ventris debilitas defectu nata caloris,
Hoc ſe reſtituit medicamine, vimque reſumit
Maſticis appoſito cum muscata nuce vino
Cum vitae iubar obtenebrat cordisque lucernam
Turbidus obscuro fumus de felle vaporans,
Debita legitimi prohibens libramina motus,
Cum theſis exuberans arſim ſuprema reducens
Ad medium centrum complectitur orbe relicto:
Obtinet hoc caſu ſummum haec medicina *vigorem,*
Si ſene, quo coctum eſt, vino reſoluta bibatur
Namque melancholicae pulſa caligine nubis
Vitalem fugat eclipſim, faciemque ſerenat
Cordisa dumbratum dum motibus eleuat ipſum
Et premit alternis *aequo moderamine factis.*
Ventoſos & de gelidis humoribus ortos
Soluit & extenuat ſplenis ſtomachique tumores,
Cum vino bibitum, quo ſint decocta ciminum,
Foeniculum, maſtix, aniſumque & ſemen aneti.
Quem creat enfraxis hepatis, quem fellea ciſtis

Clau-

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII 975. *Clauſa mouet prohibens ſua reſpiracula felli,*
Hiſtericum fugat euforbi cum puluere morbum.
Expugnat nephreſim, quam firmat frigidus humor,
Quam lapis ex multis fundat maſſatus arenis:
980. *Dant ſibi maiorem diuretica mixta vigorem.*
Quae ventri bellum faciunt, & viſcera turbant
Tranquillat bibitum colici tormenta doloris:
Plus valet iniectum cum ſucco mercurialis
Melle ſalis modico mixtis oleique liquore
685. *Tabula ſi Veneris pinguedini lubrica, chimis*
Obſita fleumaticis, conceptus iure negato
Lubricet a propriis genialia ſemina cellis:
Si repleat maturati retinacula foetus,
Intempeſtiuum faciens grauis humor abortum,
690. *Hoc bibitum vel ſuppoſitum cum puluere mixtum*
Tartareo, ſterilem foecundat & excolit agrum,
Agricolae tribuens optati gaudia fructus.
Cum ſucco rubeae bibitum vel paſſarizatum
Aut arthemeſiae ſpiſſo ſtagnata liquore,
695. *Clauſa ſuis latebris erumpere menſtrua cogit.*
Hoc ſibi commixto capriſici cortice, viuis
Appoſito prunis mulier valitura vaporet
Occiduas partes, talaribus obſita pannis:
Partum difficilem releuat, minuitque dolorem.
Quos exorta thiſis *crudae discrimine pexis*

At-

Digitized by Google

Atterit atque molit, iſtud fouet atque reſumit. A. C.
Haec duo, quae titulo Theodoriton intitulantur, MCXCVIII
Effectus plenos per menſes bis duodenos
Nescia iacturae retinent, ſaluo ſibi iure.

VOMITVS PATRIARCHAE.

Corporis occidua nec non regione ſuprema
Fleuma trahit primo, Choleram patriarcha ſe- 1000.
cundo.
Quos triteri feruor cruciat, cum felleus humor
Promptus ad egreſſum ſtomachi natat ore ſu-
premo,
Quos oneroſa premit cacochimia nauſea
vexat,
Quos mala virtutis membrorum conciliatrix, 1005.
Vis anorexiae ſenſim tabescere cogit,
Hos iuuat & releuat, & cardine purgat vtroq;,
Noxia depurans, ſtomachi vomitus patriar-
chae,
Mane propinetur, cum rarescentibus auris,
Praeteritae noctis deſudat & attenuatur 1010.
Aeris incoctus radiis ſolaribus humor,
Cum ſol ante rubens pueriles exuit annos
Nulla verecundi retinens inſignia vultus,
Sed mundi faciem riſus ſplendore ſerenat,
Tunc calor ascendit ſtimulo cogente caloris. 1015.
Digeſtiua prius aegro data, cruda reſoluunt,
Ad vomitum reſoluta parant, dum dura re-
laxant
Hydroleo coctis foueantur pectora maluis,
Deque dialtea quae ſit commixta butiro,
Vt vomitus leuior ſuccedat, inunctio fiat.

Bran-

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII
Branca, fenugraecum cum lino malua coquatur:
Decoctis adipem porci contusio veemens
Miſceat, vt mixtae coeant per ſingula partes.
Haec mixtura, leuem frixurae paſſa calorem,
Thoracem amplificat, cataplasmatis addita more,
1025. *Et facit vt vomitus fiat leuis absque labore.*
Cum calida detur: nam frigida mixta gravando
Comprimit & vomitus trahit ad decliuia motum
Colatura datur tenuis ſubſtantia duris
1030. *Forſitan explores, cur obſeruantia maior*
Obtinet in vomitis quoniam purgatio talis
Plus habet adnexum *diſcriminis atque laboris.*
In vomitus vero ſunt *motus decliuus & altus*
Oppoſiti longe aduerſi nimiumque rebelles.
1035. *Humor enim propria trahitur grauitate deorſum:*
De centro ſurſum rapitur per vim medicinae:
Motibus aduerſis ſibi colluctantibus inſtat
Plurima naturae turbatio, non bene cautis
Saepius horrendae miſcens diſcrimina mortis.
1040. *Vnde fides artis Hipocratica ſanctio, vitae*
Eulogium, methodus naturae, regula veri
A vomitu Phthiſicos arcere iubet medicinis,
Quosque melancholicus & plumbeus afficit humor:
Hos quibus auguſtis pulmonem amplexibus arctat

Siri-

Digitized by Google

Stricta sequens spinae gratis spondilia thorax, A. C.
Quos nimis elimat macies, quibus emolit artus MCXCVIII
Synthesis, asmaticis, quos importura querelis 1045.
Passio pulmonis & tussibus viget anhelis.
Hos ita dispositos ratio discreta medendi
Abstinet a vomitu, ne dissonus atq; repugnans 1050.
Ictibus oppositis, pulsans praecordia motus,
Rumpat vitales laeso diaphragmate venas.
Quod si causa vigens & nescia lege teneri
Talia per vomitum purgari corpora cogit,
Quam prius edocti trade *moderaminis ordo* 1055.
Cautior & longe vigilantior est adhibenda
Sedulitas plus artis habens, quae temperat omnem
Et minuat redimatque sua leuitate laborem.
Integra si detur vomitus substantia librae
Pars duodena dosim si colamenta propines 1060.
Sexta facit. Geminos durat patriarcha per annos.

VNGVENTVM CITRINVM.

Frigore brumalis aurae cutis aspera lenis
Redditur vnguento citri de cortice facto,
Si maculis respersa nigris, si lenticulosis
Sit facies inscripta notis, quas menstruus hu- 1065.
mor
Fecerit aut aestus solis, vel sanguis adustus:
Vnguentum hoc valet appositum, quod saepe fricatum,
Combibat vt totum pars deformata liquorem.
Diluit, extergit, mundat, depurgat, adornat,
Candidat, illustrat, & quaeque impura venustat 1070.

A. C. *Poſtulat interdum pars ex ſapone lauari*
MCXCVIII *Cum tepida* aut oui lacrimo *pulpaue citrulli*
Quae melius cunctis ſordes extergere nouit,
Perque vices alias vnguenti vendicat vſum.
Purgat & emundat leproſi tubera vultus
Atque vagos morſus ſcabrae ſerpiginis *arcet.*
Ex oui lacrimo vel cum rodoſtomate mixtum
Sanguineum fugat ex oculis pellitque ruborem.
Lippoſi remouet viſcoſa bitumina flexus.
Huius ſtare nequit virtus cum transiit annus.

VNGVENTVM AVREVM.

Quod trahit ex auro nomen, quo praeualet auro
Vnguentum, renes lapidoſos curat inunctum.
Soluit dura, vias reſerat, reſolutaque purgat
Saepius appoſitum, vicibus crebris renouatum
Omnia de gelidis mala diſcutit inſita cauſis.
Militat in morbis & regnat quatuor annis

VNGVENTVM POPVLEON

Vnctio populeon pulſantibus illita venis,
Fronte ac temporibus & naribus inde peruunctis
Temperat ac reprimit peracutae caumata febris,
Et cholerae raptim vetat ad ſuprema volantis:
Praeſeruat caput a phreneſi, blandique ſoporis
Rore fouens oculos animae phantasmata delet:
Fortius hunc implet longeque potentius actum
Commixtum roſeo ſocialiter oxirodiro,

Cui

Digitized by Google

Cui ſi miſcueris opium cum lacte ſolutum A. C.
Femineo, multo vigilandi afflicta labore MCXCVIII
Lumina tranquillo cogit ſuccumbere ſomno. 1100.
Si critici motus inſtent, ſi forte remiſſus
Sit calor, & modico lentescat acumine febris:
Si patiens aetate ſenex, ſi corpore pinguis, 1105.
Aut ſi fleumaticae craſeos, ſi frigidus humor
Disponat cerebrum, quod particularia monſtrant,
Vnguentum hoc nocet appoſitum, viresque caloris
Impedit & turbat critici compendia motus,
Exterius prohibens morbi prorumpere cauſam. 1110.
Hepaticos lateri feruores curat inunctum:
Sunt quoq; qui tradunt & qui fallacibus ipſum
Laudibus extollunt, quod ab ipſo ventre perunctо
Cogitur a membris creticus decurrere ſudor.
Sed contra fieri probat experientia rerum, 1115.
Et reprobum fore conuincit dignumque refelli.
Poſſet adhuc quamuis ſudor plerumque moueri,
Spectat ad artificem varios diſtinguere caſus.
Expedit vnguenti medicum variare colorem:
Res eadem data multotiens ſubcrepere for- 1120.
ma
Reſpuitur, tenuis ſumptus abiecta ridetur.
Contrahit in rugam nares tollitque fauorem,
Et facit vt iaceat fundo marcente crumena.
Allicit & recreat nouitas gratiſſima rerum.
Discolor vnguenti ſpecies variata frequenter 1125.
In cura aegroti probat artificem ſtudioſum.

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII *Atque manum medici dono praegnante decorat.*
Prouidet hoc aliud variatio facta coloris.
Nam quae vilescunt quia sunt communia multis
Trita foris, passim manibus tractata prophanis
1130. *Fiunt grata noui signata caractere vultus,*
Et pretio maiore nitent, laudemque merentur
Sandalus & rubea, crocus, & rosa, camfora possunt
Vnguenti speciem variis signare figuris.
1135. *Huius praeterito virtus* compresserit *anno.*

VNGVENTVM MARCIATON.

Marciaton gelidae dirimit tormenta podagrae:
Artheticam, sciadem, splenem ventrisque tumorem
Et matricales concordi pace querelas
Temperat, ad solem membro patientis inunctum
1140. *Aut ignem, si nulla subest praesentia solis.*
Omnibus his vnus medicandi congruus vsus.
Membra quibus contusa dolent, quia caesa flagellis,
Et quia sunt casu forsan collisa, vel ictu
Marciaton ea confirmat neruisque vigorem
1145. *Conciliat, neruos laxat, spargitque tumorem.*
Cui si cum causa mixta est tinctura cimini
In cute si noris maculas, extergere nouit.
Omne malum, quod vis infert ventosa vel algor

Aut

Digitized by Google

Aut humor gelidus, vnguenti discutit vsus. A. C.
Sed tribus hoc annis regit in bonitate vigoris. MCXCVIII

VNGVENTVM DIALTEA. 1150.

Pectora fleumaticis oppressa vel obsita Chimis
Causaque rheumaticis incursibus aspera, rauco
Obice praecluſos ex se promentia flatus,
Blanda dialteae fouet vnctio, dura remollit,
Clausa aperit, constricta relaxat, & aspera lenit. 1155.
Damnileo sibi commixto: quod dupla sit eius
Portio tampnilei, sit tertia: contrahit inde
Vim calefactiuam, dissoluendique vigorem.
Subsidium fert pleuretico commixta butiro,
Aut resoluta oleo lini de semine facto, 1160.
Vel quod de violis medicinae conficit vsus.
Mixturam variare docet complexio, tempus
Aetas, forma, locus, & morbi dissonus humor.
Quam dolor excruciat, quem pungit feruor acutus,
Saepius ex illa pars morbida debet inungi, 1165.
Cui super aptentur succosae vellera lanae.
Si comparuerit *ea multis ante diebus*
Cum succo maluae vel tritae frontibus *herbae:*
Inde malaxetur splenis tumor: exuet omnem
Duritiae veteris splenis tensura vigorem. 1170.
Sed magis extenuat & ad intima vim penetrandi
Fortius acquirit ciclamide frixa cauato,
Paucis gummi, ederae granis pariter resolutis.
Ventre cibis pleno, ne fiat inunctio splenis,
Obseruare iubet ratio discreta medendi. 1175.

A. C. MCXCVIII *Nam nimius manuum motus, vehemensque fricandi*
Impetus excuteret crudam de ventre ciborum
Congeriem, vel sanguineae pars plurima faecis,
Motibus assiduis concusso splene redundans,
1180. *Curreret ad stomachum ramo deducta supremo,*
Debilitans digressuum minuensque calorem:
Vel stomachi calor intentus *pro conficiendis*
Interius sumptis, & ad intima membra retrusus,
Acrior effectus manuum pulsamine tanto,
1185. *Natiui posset transcendere iura tenoris.*
Excita continuo motu conserta calorem
Corpora suscipiunt, quae sunt subtilia, frigent,
Si quibus est aditus facilis liberque meatus
Motu rara calent, quando praeclusa tenentur.
1190. *Est hoc post annum semper renouanda secundum.*

VNGVENTVM ARRAGON.

Arragon arthetici soluit discrimina morbi
Cui gelidus vires & robur suggerit humor:
Confirmat tremulos stabili moderamine neruos:
Mollitos solidat, infusos fleumate siccat:
1195. *Sensificat stupidos, ad motum firmat inertes,*
Roborat inualidos, sed morbi accommoda causae
Potio praeueniat digno celebrata tenore.
Hoc splenem extenuat, durum nimiumque tumorem
Intra praescriptos fines descendere cogit.

Haec

Digitized by Google

Haec tamen vnguenti ſint praeuia, daucus a- A. C.
netum MCXCVIII
Fucaria ſinonum, caparis, tamariſcus, amo- 1200.
mum,
Et quae leptomera virtute vigentia *clauſas*
Sufficiunt aperire vias, referantque meatus.
Subuenit hoc colicam patientibus atque te-
nasmon
Renibus & membris ſpinalibus inde perunctis. 1205.
Vis ſua degenerat, cum primus praeterit annus

VNGVENTVM AGRIPA.

Quos tumor excruciat, quos indignatio vexat,
Quos dolor affligit, quos humida cauſa remollit,
Conciliat proprium neruis agripa vigorem:
Diluit algores febrium typicosque tremores. 1210.
Virga, peritoneum pecten partesque pro-
pinquae
Ex hoc ſi fuerint vnguento ſaepius vnctae
Obice ſtranguriae *clauſus nimiumque repreſſus*
Procliuis [illegible]i libertate meatus
Soluitur, [illegible]xatis curſus habenis. 1215.
Sed ſalſis foueantur aquis prius atque lauentur,
Cocta quibus fuerint ſenecio mercurialis
Et portulaca foliis & ſtipite pinguis
Malua vel euiscus oleum, molaria, ſulphur.
Praeualet hoc ſplenis nimios aequare tumo- 1220.
res,
Si quae leptomera virtute vigere probantur,
Atque dialteae praeceſſerit unctio lenis
Tuscum mundificat, purgat conuexa coaequat
Et carnem recreat, vnit diſtantia, ſanat.

Digitized by Google

A. C.

VNVENTVM ALBVM.

MCXCVIII Omnis ab vnguento ſcabies detergitur albo,
1225. Quam generat ſalſus infecti fleumatis humor.

VERALOGODION.

Menſerit Veralogodeon coeli micracosmi
Templum animae, cerebrum dominae ſacraria mentis,
Liberat a prauis humoribus atque nociuis.
1230. Quod quia ſermonis vim ſuscitat & rationis,
Dat logos hoc nomen nota vocis vi exprimat omne
Hae prima inuenit coluitq; Aegyptia Memphis,
Debilis ut linguae poſſet fulcire ruinam.
Fleuma trahit, choleramque nigram virtute potenti:
1235. Expugnat veteres cerebri cronicosq; dolores,
Quos mora, quos longi confirmat temporis vſus.
Nube melancholica cum clara dies rationis
Occidit, vt rerum fines modumque certo
Metiri nequeat animae de[illegible]as:
1240. Cum cerebri proram maniae vendicat error:
Cum brutescit homo, cum nubilus & niger humor
Triſtitiae fomes & ſuſpicionis alumnus
Diuinae ſacram contriſtat Palladis arcem:
Cum rapit in gyrum animae phantaſtica viſum:
1245. Cum male miringas cerebri diſtendit & inflat,
Motiuos & ſenſibiles quae deſtruit actus,
Turbida materies, ſacri nutricula morbi;

Quae

Quae si pauca licet forti tamen acta calore, A. C.
Acriter ebullit ventosae motibus aurae MCXCVIII
Conceptis; abit in spumas, quibus ore solutis 1250.
Soluitur, & causa morbi cessante quiescit.
Discreta ratione datum cauteque receptum
Sufficit hos Yeralogodion *subuertere morbos*
Firmat membra vago paralisis membra tremore,
Ac eadem vegetat, stupido praemortua sensu. 1255.
Obtinet in causis neruorum vim potiorem
Lilifagi vel castorei sibi puluere mixto,
Naribus iectum succo brasicae resolutum
Pollicit obsequio, vel ad os linguamque fricatum
Alleuat oppressum cerebrum, purgatque repletum. 1260.
Hoc sibi mordentes linguam saeuisque frementes
Dentibus, extorres mentis, cruciatibus actos
Daemonii, quos ira Dei, quos vexat Erinis,
Temperat & tanti soluit nocumenta furoris,
Ore datum vel suppositum vel pessarizatum, 1265.
Frigore concreto, pingui stagnata *liquore*
Cogit de propriis erumpere menstrua cellis.
Eruit arthetici funesta pericula morbi,
Mixto sal gemmae sibi puluere turbat & iuae
Qui si puluis erit commixtus Aristologiae 1270.
Diptamni & rutae nec non aotleidis herbae,
Potibus occurrens suspectis atque nociuis
Fungitur officio tiriacae deficientis
Vnde venenosis fertur succurrere morbis.

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII 1275. *Morphea pruritus ſcabies, ſerpigo malignis*
Membra notans maculis, ſuſpecta infectio carnis,
Leprae fida ſoror, de ſalſis edita chimis,
Saepius experta vires medicaminis huius,
Funditus eruitur ſuccumbit & adnihilatur.
1280. *Primitias leprae, dum ſunt noua ſemina morbi*
Tollit & a morbo praeſeruat membra futuro.
Vultibus appoſitum leproſis tubera delet
Et maculas abigit mixto ſibi puluere thuris
Lapacii ſucco ceruſa ciclamine vitro.
1285. *Huius apud veteres triplicis ſub pondere dragmae*
Eſt celebrata doſis, ſed cum modo copia maior
Aſſit, & mellis debet pondus duplicari.

YERA PIGRA GALIENI:

Quod male diſponit viſcoſus & algidus humor
Purgando capiti yera pigra valet, Galieni:
1290. *Offenſas cerebri, priuato ſiue remoto*
Conceptas vitio, gelidis humoribus ortas
Fortius haec aliis abolere *poteſt medicinis.*
Quae ſi condito detur cum mirabolano
Obſcuri viſus tenebras rareſcere cogit,
1295. *Et iuuat auditum, cum tinnula ſibilat auris.*
Auris apoſtaſeos ſaniem ſtillata per aurem
Purgat muſcelei tepidi commixta liquori:
Quatuor appoſitis aloes puri ſibi dragmis
Hac fieri *perfecta poteſt purgatio ventris.*
1300. *Sic quoque ſplenetico fertur prodeſſe tumori;*

Cui

Digitized by Google

Cui ſi miſceueris diuretica, partibus imis A. C.
Pinguibus oppreſſis humoribus atque nociuis. MCXCVII.
Veſicae ac lumbis adimit nocumenta doloris.
Matrici cum muſculeo ſubiecta querelas
Amputat algoris, eiusque repagula ſoluit. 1305.
De yera praedicti medicaminis aequat &
vnit
Viribus & formae ſimilem ſibi vendicat vſum:
Plus tamen haec ducit, meliusque ſuperflua
tollit,
Ad viſum quamuis minus vtilis eſſe probetur,
Cui datur ex aloe duplicato fortior actus. 1310.

YERA CONSTANTINI.

Materiam cholerae duplici cum fleumate pur-
gat,
Quae Conſtantini titulo yera pigra vocatur:
Viſus defectum reparat ſed deficiendi.
Prouidi diſcutiat medici prudentia cauſam,
Vt ſpeciem curae variet diſcretio cauſae, 1315.
Deficit enfraxi viſus fumo cataractis
Pannis & maculis vel ob hoc, quod debita non ſit
Dignaque ſpirituum reparatio nec moderatur
Actio virtutis fido ſpoliata miniſtro.
Viſibilem fugat ex oculis arcetque lucernam 1320.
Intus clauſa manens optici ſemita nerui
Quod notat ipſius oculi ſubſtantia pura,
Cara ſuperficies, nec habens caliginis vmbram.
Haec quoque veridicus verusque caracter ha-
betur
Illatae enfraxis, quod non diffuſior exſtat 1325.
Pupilla vnius oculi, dum clauditur alter,

Sed

A. C. MCXCVIII 1330. *Sed modulis primi tenet illibata tenoris.*
Aſtruit enfraxim res tertia, cum manifeſtae
Nulla ſit ablati viſus diſtinctio cauae:
Parte ſub occidua capitis preſſura doloris
Ante ſuperueniens enfraxis ſigna fatetur.
Monſtrat enim ratio quae collum *oppreſſerat ante,*
Humorem liquidum fluxiſſe ad concaua nerui.
1335. *Obtenebrat viſum groſſi nubecula fumi,*
Quam fortaſſe craſis cerebri vitioſa creauit
Aut Anathimiaſis conſurgere cauſa *vocatur*
Ex vitio cerebri quando eſt defectio iuris,
Nullaque ſuſpiciens varii discrimina motus;
1340. *Si varius fuerit defectus & inducinſus,*
Se probat ex vitio ſtomachi traxiſſe vigorem.
Per ſummas cranii *venas vel ſubtiliores*
Rheumaticus tunicis oculorum infunditur humor,
Saepius occultis oculos claudens cataractis,
Aut alium generans factum de rheumate morbum,
1345. *Per tumidas frontis & circa tempora venas*
Noscitur ex venis diſcurſio facta ſupremis,
Si cranii *parte ſit fluxus ab inferiori,*
Crebra caput ſternuta mouent, nec tenſio venas
Frontis ſollicitat, nec tempora rheumate turgent.
1350. *Pannos & maculas & probra ſorinſeca viſus.*
Publica vulgaris probat experientia ſenſus.
Non certa rationis egent indagine, quorum

Eſt

Digitized by Google

Eſt iudex celerata fides, cenſuraque vulgi. A. C.
Cara, cibus tenuis, fluxus preſſura laboris MCXCVIII
Excedens coitus, ſenium, vigilatio, morbus,
Cuncta quibus ſolet humanum tabescere cor- 1355.
pus
Deſtituunt viſum, quia ſpiritibus reparandis
Congruus his cauſis fluit & deperditur humor.
Deficit humoris ſubſtantia *ſpiritualis;*
Viſibilis radius declinat & adnihilatur. 1360.
Haec Vera praeſenti titulo ſignata recentem
Diſſipat enfraxin, maculas, pannos, catara-
ctas,
Dum nouus eſt fluxus, dum non compagine firma
Rheumaticus tunicis & neruis inſidet humor,
Per vires propriis ad purgandumque paratis 1365.
Vtere colliriis, vires quibus iſta miniſtrant,
Tucia ſarcolla, licium, celidania, *ruta*
Camfora, myrrha, merum, thus, ſpica, cro-
cus, ſagapinum,
La muliebre, liquor roſeus, ſanguisque co-
lumbae
Gallitricum maratrum *roſa* calciteros, *ema-* 1370.
tites
Panphiligos ſpodium, myrthus ſal armoniacum,
Cadmia ſimicuim, calantum, ſepia, vitrum
Calcuei cumenio plumbum prius igne crema-
tum,
Sallimaca rubeus *codee miroripia bolus*
Mirabolanorum nuclei ſtercus cocodrilli
Fel hominis muſſa verbeno ſumae acacia 1375.

Cen-

Digitized by Google

A. C. *Centaureum minus ſcidoſos mirabolani*
MCXCVIII *Balſama verbenae ſuccus, rubeumque papaver.*
Quorum ſaeuitiam reprimunt opium, dragagantum
Gummi lac amilus, *liquor oui, gutta roſarum*
Praecipit ars calidis miſceri frigida, ſiccis
Humida, cum blandis & mollibus aſpera duris
Atque metalleis *ſuadet viſcoſa iugari:*
Temperiem mixtura facit, quae iuncta ſalutem
Conciliant, diuiſa nocent, medicaminis vſum
Compoſiti fieri ratio discreta coegit.
Diſſona materies & morbi caula *repugnans,*
Membrorum diuerſa craſis, violentia morbi
Membri nobilitas medicinae *debilis actus,*
Vel minus auſterus *& contriſtatio guſtus,*
Et conſeruandi maior meliorue facultas.
Cum nuce muſcata cum mace & maſtice ſumpta
Haec Vera famoſae damnat caliginis vmbram,
Si ſtomachi certis pateat cacochimia ſignis,
Congrua per vomitum purgatio facta iuuabit.
Per ſummos cranii ductus ſi forte nocuos
Combibat humores ocuus Vera pigra potenter
Purgat & exhaurit cerebrum purgatio talis,
Per crebras iteranda vices ſed poſt diamagnis
Detur & in vino puri decoctio thuris
Fronte & temporibus per quas decurſio fiet
Rbeu-

Digitized by Google

Rheumatis, apturae *venis ſinpasma repletis* A. C.
Si certis poterat *ex ſanguine plectora ſignis* MCXCVIII
Ventoſis eget in ſpatulis & ſlebotomiae
Poſtulat officium patiens venae capitalis. 1405.
Si perpendatur cacochimia, potio Pauli
Vtilis & blanca Veralogodion yera pigra.
Si nequeat tantis manſueſcere paſſio cauſis.
Plus quoque rheumatico pulſetur tempora motu,
Vrere temporibus iubet aut incidere venas 1410.
Docta chirurgiae ratio, quam lex medicinae
Conſiliis plerumque ſuis dignatur adeſſe:
Nec mores eius refugit, meritumque profanat,
Carnificis licet infames declinet in actus.
Si quia viſibilis praeſentia deficit aurae 1415.
Viſus ad occaſum declinet, mirabolanis
Conditis diamargon pliris atque diantos
Dulcibus & teneris & reſtaurantibus eſcis,
Quas cammendet odor & amoeni gratia guſtus,
Pulſa nube noui radiet ſplendoris in ortu. 1420.
Cefalicis pilulata valet moturnque doloris
Tollit emigranei colicis iniecta medetur.
Splenis onus relenat: paralytica membra reformat.

YERA RVFINI

Fortiter afflictos ſcabie de fleumate ſalſo,
Quos lichines alſique praemunt, quos lepra ſa- 1425.
lutat

Jam

A. C. MCXCVIII *Jam tacitis ſuſpecta mouens praeludia ſignis*
Hos Vera Rufini cunctis melius medicinis
Purgat & excludit vitium, morbumque repellit.
Si morbum cholerae feruor vel ſanguis acutus
1430. *Intulerit nullum facit hac medicina iuuamen*
Sed magis exacuit vires cauſamque doloris
Elliri quoniam duplici feritate ſuperbit,
Et nimis auſtero deſaeuit acumine, cauſis
Se tamen grauibus accommodat: hac quoque raro
1435. *Arbitror vtendum: ſua namque frequentia laedit.*
Quos cholerae craſis informat, quibus algidus humor
Diſponit ſtomachum, caueant medicaminis huius
Contractum, ne vexet eos iniuria ventris.
In ſpecie ſolita non danda eſt haec medicina
1440. *Ne vis elliri ſomni commota calore,*
Dum male comprimeret ventoſis motibus alvum
Stringeret amplexu vitalia membra nociuo.
Ergo magis danda eſt quouis reſoluta liquore
Prouida quem cauſae ratio variare docebit.
1445. *Nulla ſuperueniat oculis praeſumtio ſommi,*
Nex malus exiſtat praui ſintheatis *actor.*
Spleneticis confert tamariſci mixta liquori,
Foeda cutis leprae maculis inſcripta malignis
Inde fricata ſuum reuocat recipitque calorem.

Sub-

Digitized by Google

Subdita matrici cum muſceleo reſoluta
Menſtrua mundificat, curſum quibus algor ademit. A. C. MCXCVIII
Vel ſua groſſities vel quaeuis cauſa ſigillans
Oſtia venarum, poris infixa ſupremis.
Si fluxum negat ariditas vel dura cicatrix,
Vel modicus ſanguis non eſt haec cauſa ſalubris, 1450.
Omnis Vera potens geminis *ſeruabitur annis:*
Corruit in vitium, cum vult transire ſecundum.

PROLOGVS FINALIS.

Fine libri clauſo, portum tangente carina,
Quae toties ſomno vacuas ſtudiique labore
Peruigiles multas traxiſti ſedula noctes 1460.
Reſpirare potes & parcere, Muſa, labori.
Hos, pueri ac iuuenes, phyſicae quos Delphicus artis
Spiritus inflammat, curuatis pondere ramis;
Carpite maturos foecunda ex arbore fructus;
Venatiua mali quaeſtus quos nulla cupido, 1465.
Nullius auaritiae ſtimulus, ſed gratia ſola,
Ac diuinus amor dare vos compellat egenis.
Cum data ſit gratis, non debet gratia vendi:
Gratuito debent gratis accepta rependi;
Gratia curandi, quae mercenaria proſtat 1470.
Et meretricali ritu venalis habetur,
Dum ſpoliare bonis aegros contendit egenos,
Se male gratificat & rem ſibi nominis aufert:
His etenim gratis eſt impendenda ſalutis
Gratia; nam cuius de ſolo munere conſtat: 1475.

Digitized by Google

A. C. *Cuncta salus, precium cumulo maiore rependet.*
MCXCVIII *Si tamen aucta tibi res est, & macra faculias*
Secure potes externis pinguescere donis:
Diuitiis Croesi pauper ditetur Amiclas,
Et Maecenatis releuet se munere Flaccus.
At si diues eris, si magnis rebus abundans,
Aegris pauperibus & munimenta medendi
Largius impendas, vt subsidiaria vitae
Dona pluas miseris, qui iustior est medicinae
Fructus & vberior, nulla ratione recuses
Quae tibi nobilium praelarga virorum
Munera nobilitas: sua namque repletio solui
Debet; vt ariditas foueatur pauperis aegri.
Interdum minuendus erit pro paupere diues.
Non vt tais olens pretioso splendeat ostro,
Non vt in immensum surgat thesaurus acervum.
Non vt ob argenti meritum malus emptor bonorum
Summos conscendas apices a Simone raptos.
Pactio nulla liget aegrum cui summa potestas
Quem natalis & ingenuus illuminat ortus
Nam si larga manus generi *respondeat, apte*
Sparget opes supra meritum, totumque laborem
Prodiga transscendet oblati gratia doni.
Nam licet ad dandum princeps surdescat avarus
Et tua sub domino spes orphana nutet auaro,
Ad sunimum celebris tamen est cultura potentis

Et

Digitized by Google

Et medicum ſplendere facit, quem ditat honore A. C.
Et famae titulis omni potioribus auro. MCXCVIII
Adiice quod medicis ſummae cultoribus aulae
Lucratur domini faecundos gratia quaeſtus, 1505.
Et cumulat donis, multosque acquirit honores.
At tu priuatos homines claſſique ſecundae
Addictos, opibus plenos quos publica teſtis
Fama probat, quos ingratos ſententia vulgi
Arguit & meritis male reſpondere fatetur, 1510.
Ne laterem fortaſſe laues, ne ſemen in agro
Abſcondas ſterili, firmis vincire memento
Pactorum laqueis, quae ſi firmata tenore
Pignoris extiterint, ea roboris atque vigoris
Plus retinent, conſtantque magis nec lubrica fiunt. 1515.
Nuda fides fallit, acuit fideiuſſio lites;
In ventos promiſſa cadunt: ſola actio firmo
Pignore fulta tenet nec eam fallacia fuſcat.
Dum dolor excruciat aegrum, dum maior in illo
Dandi feruet amor, ſe pignore pactio firmet. 1520.
Deferuente mali motu gelidus recidiuat
Torpor auaritiae: frigeſcit gratia doni,
Incipit & medicus grauis ac oneroſus haberi,
Cuius opus minuit ingratus & improbat aeger,
Et meritum attenuat, vacuumque recedere 1525.
cogit.

A. C. MCXCVIII

EXPLICIT LIBER
AEGIDII
DE LAVDIBVS ET VIRTVTIBVS
COMPOSITORVM MEDICAMINVM.

LXXXII.
PETRVS de RIGA.

Anglicus. *a*) Magiſter. *b*) Remenſis eccleſiae clericus, *c*) vel Canonicus eccleſiae quae vulgo dicitur S. Dionyſii de Beſturne. *d*) Vnde & nomen eius in Codice quodam MSto hoc offendi: OETRUS DE REMES. Siquidem is fuerit Petrus, quem vixiſſe memorat AEGIDIUS Pariſienſis tempore Coeleſtini III. Papae, qui ſedi Romanae praefuit ab A. MCXCI. ad A. MCXCVIII. vel ad finem ſeculi XII. vel ad ipſum ſeculi XIII. initium erit referendus. Ita vero dictus AEGIDIUS: *e*)

Quem intepuiſſe dolemus
Petrum in diuinis verbo tenus alta ſequentem.

Aegidius, niſi fallor, reſpicit Petri ſenectutem & Auroram. Non itaque a vero aber-

LXXXII. *a*) v. Inſcriptionem codicis MS. in Catalogis MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. II. p. 120. n. 1068. 4. I. *b*) v. l. c. & Thom. SMITHI Catalogum bibliothecae Cottonianae p. 113. Veſpaſianus D. V. I. *c*) v. HENRICVS Gandav. de S. E. Cap. 22. *d*) v. Catalogos l. c. *e*) in Karolino. v. Franc. DVCHESNII Hiſtor. Francor. ſcript. Tom. V. p. 324.

Digitized by Google

aberrare puto Auctorem catalogi librorum manuſcriptorum collegii Corporis Chriſti in Oxonia, qui Petrum A. MCLXX. claruiſſe vult. *f*) Gv. etiam CAVEUS *g*) eum An. MCLXX. vel paulo poſt floruiſſe obſervat. Aliis diem obiiſſe creditur circa A. C. MCCLXIII. *h*) A. C. MCXCVIII

Scripſit I. *Heptateuchum*, *duos libros Regum*, *Evangelia* etiam metrice, non ſolum hiſtoricum ſenſum, ſed etiam allegoricum, in quantum potuit, breuiter exprimens, narrante HENRICO Gandauenſi, *i*) quem ſequitur Gv. CAVEUS *k*) Pleniorem operis notitiam praebet Joh. TRITHEMIUS, *l*) qui ita: ſcripſit Petrus opus metricum inſigne ſuper Bibliam, quod *Auroram* praenotauit, ut ſequitur: In *Geneſim* lib. I. Init: *Initium mundi quales*. In Exodum Lib. I. Init. *Haec duodena patrum*. In *Leuiticum* Lib. I. In: *Vox autem Domini Moyſen*. In *Numeros* lib. I. *Alloquitur Moyſen Deus*. In *Deuteronomium* lib. I: *Haec ſunt verba dei*. In *Ioſue* lib. I. *Poſt Moyſen Joſue*. In *Iudicum* lib. I. *Peccat. Hebraeus ait*. In *Ruth* lib. I. *Ad Ruth feſtinat*

f) v. Catalogos l. c. p. 53. n. 1655. 188. *g*) de S. E. p. m. 592. *h*) v. Ambroſium de ACTAMVRA Biblioth. Dominicanae p. 19. apud Jo. Alb. FABRICIVM not. n. ad Trithemium de S. E. n. 388. *i*) de S. E. cap. 22. *k*) Hiſt. Lib. Script. Eccleſ. ed 1688. p. 682. *l*) de Scriptor. Eccleſ. n. CCCLXXXVIII.

A. C. MCXCVIII *pe.* In *Regum* lib. III. *Monte manens Eſtra.* In *Cantica Canticorum* lib. I. *Solus Origenes cum do.* In *quartum Regum lib. I. Regnauit Salomon.* In *Danielem* lib. I. *Poſtquam ſubiectos ſibi.* In *Tobiam* lib. I. *Qui legis hiſtoriam,* In *Job* lib. II. *Librum Job Moyſi quidam.* In librum *Iudith* lib. I. *Euſtochio Paulaeque.* In librum *Heſter* lib. I. *Vſque ſub Aethiopes quae.* In libros *Machabaeorum* lib. I. *Magnus Alexander.* In *Euangelicam hiſtoriam* lib. I. *Claruit Herode ius re.* In *Actus Apoſtolorum* lib. I. *Tiberii nonodecimo. Recapitulationum* lib. I. *Haec de lege noua vet.*

In Codicibus manuſcriptis, quibus ſum uſus, inſcribitur liber memoratus *Aurora*, item *Bibliotheca.* Inde factum forte ut Auctor quidam haberetur Petrus de Aurora, qui ſuper Biblia metrice ſcripſerit. *m*)

Continere Auroram Paraphraſin Teſtamenti Vet. & Noui, uſque ad Epiſtolam ad Romanos incluſiue perperam tradit Catalogus Bibliothecae Bodleianae ex dono Thomae Bodleii. *n*) Totam Hiſtoriam Biblicam a Geneſi ad Apocalypſin in Aurora enarrari non minus falſo perhibet Catalogus librorum manuſcriptorum collegii Vniverſitatis in Oxonia. *o*)

Ver-

m) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. II. p. 12. n. 476. 8 & in Indice. *n*) v. Catalogos cit. P. I. p. 145. n. 2702. 103. *o*) v. Catalogos cit. P. II. p. 5. n. 143.4.

Digitized by Google

Verſus numerantur in Aurora 15056. p) A. C.
Non ſolum Petrum noſtrum agnoſcit au- MCXCVIII
ctorem Aurora ſed interpolatorem inſuper AEGIDIUM quendam, quod ſequentia, quae in Gvelpherbytano Codice MSto leguntur, declarant: *Scire cupis lector, quis codicis iſtius auctor. Petrus riga vocor cui Chriſtus petra rigat cor, Prologus illius, qui hunc librum correxit & ſuppletiones de ſuo appoſuit, & ubicumque inuenitur obelus inter duos punctos per totum librum ibi ſunt dicta & verſus illius.* Et paulo poſt in eodem MSto haec addun-
tur:

Scire cupis lector: quis Codicis iſtius auctor.
Audi quid breuiter dicat ad iſta liber.
Petrus & Aegidius me conſcripſere: ſed ille
Auctor. Corrector ultimus iſte fuit.
Ille Prior Remis; Hic Pariſienſis alumnus:
Hic Leuita gradu; Presbyter ille manens.
Simplex Clericus hic; ſacri ordinis ille Profeſſor:
Ambo graues annis: Hic vir, & ille ſenex.
Alter adinvenit operam, ſed in ordine peccans
Omnia dimiſit ſenſibus ire vagis.
Alter acu typica diſtinctis verſibus unum
Conſuit in corpus, atque reuinxit opus.
Alter abundantis ſtudii; ſed auctior alter,
Quis proponendi debuit ordo geri.
Dulcius ut ſaperet modulamine condita metri.
Incipit hic Rigae Bibliotheca Petri.

p) v. l. c.

A. C. MCXCVIII

Hinc Petri de Riga Aurora ab Aegidio Parisiensi aucta & emendata, adducitur ab Henrico LANGHTONO in Catalogo librorum manuscriptorum Collegii S. Trinitatis apud Cantabrigiam. *q*) Dici debebat: Petri & Aegidii; non: Petri Aegidii liber, qui dicitur Aurora, in Catalogo Codicum quos Gv. Laudus donauit bibliothecae Bodleianae. *r*)

Non Petrum de Riga, sed Petrum Comestorem auctorem Auroraе facit Chronicon quoddam MStum in Codicibus Mstis Thomae Bodleii, *s*) forte praenominis paritate deceptum.

Gaudent libri Scripturae ab auctore translati carmine elegiaco, exceptis Cantico Canticotum, Lamentationibus Jeremiae, Libro Iobi, & Actibus Apostolorum, qui carmine hexametro, eosque rythmico, scripti sunt, Non ergo satis accurate dicitur Auroram gaudere versibus Hexametris & Pentamentris: in catalogo librorum manuscriptorum Bibliothecae Bodleianae ex dono Thomae Bodleii, *t*) aut versu Elegiaco, *u*) aut versu Heroico. *w*)

Exstat.

---

q) n. 35. v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. III. p. 96. n. 290. *r*) D. n. 94. v. Catalogos it. p. I. p. 60. n. 761. *s*) n. 14. Tr. 10. v. Catalogos l. c. p. 100. n. 1979. *t*) n. 103. v. Catalogos l. c. p. 145. n. 2702. *u*) v. Catalogos cit. P. III, p. 96. n. 287. 32. *w*) v. l. c. n. 290. 35.

Digitized by Google

Exſtat Compendium Aurorae ipſo Petro Auctore; *x*) & Epitome libri Petri de Riga qui inſcribitur Aurora. *y*) Recapitulationem inferius memorandam hic indicari exiſtimo. A. C. MCXCVIII

Typis edita nondum eſt integra Aurora, quam ad varios collatam Manuſcriptos Codices ſe editioni paratam habuiſſe teſtatus eſt Caſim. OUDIN. *z*)

Eſtherae liber evulgatus eſt a Caſp. BARTHIO. *aa*) Diverſitates lectionum ex binis manuſcriptis Codicibus Helmſtadienſibus indicabo: Verſ. 5. Barthius: *Suſidis.* MS. I. & II. *Suſis in.* v. 6. B. *vigere.* MSS. *fuiſſe.* v. 9. B. *hic epulum centum ſeptemque* MSS. *haec ſeptem decies centumque* v. 10. B. *domini.* MSS. *regis.* v. 16. B. *nempe.* MSS. *pene* v. 17. B. *vincentes.* MSS. *imitantes.* v. 18. B. *thalamis.* NSS. *gemmis.* v. 19. B. haerentia MS. I. *errantia;* v. 20. B. *aſpiceres.* MS. I. *aſpiciens.* v. 21. B. *Chryſopaſus ſolem.* MSS. *Solem chryſolitus.* v. 22. B. *Chryſolitusque.* MS. *topaciusque.* v. 30. B. *nitent.* MS. I. *micant.* v. 35. B. *Suſidis.* MSS. *Suſis in.* v. 40. B. *cibos.* MS. I. *ſcyphos.* b. 41. B. *fluxit.* MS. I. *fulſit.* v. 42. B. *viſus odorque datos.* MS. *hortus odore ſuo.* v. 43. B. *ſeptum* MS. *ſpeciem.* v. 44. B. *hortus*

x) v. l. c. p. 133. n. 1319. 43. *y*) b. Thomae SMITHI Catalogum bibliothecae Cottonianae p. 130. Titus D. XX. 10. *z*) Supplem. p. 475. apud Gv. CAVEVM de S. E. p. m. 592. *aa*) Adverſar. Lib. XXXI. cap. XV.

A. C. MCXCVIII

ubique fuit. MSS. *nobilis hortus erat.* v. 46. B. *feſtis.* MSS. *feſſis.* v. 48. B. *Nulla.* MSS. *Non.* v. 49. B. *ſtat.* MSS. II. *ſit.* v. 50. B. *micans.* MSS. *nitens,* v. 58. B. *ubique viror.* MSS. *utrique color.* v. 61. B. *eſt.* MS. I. *erat.* v. 62. addit MS. II. quatuor hos verſus:

Conuiuas prandere facit qui pauperat illic
Guſtus humum, guſtus aera, guſtus aquas.
Conuiuas reficit ſtudio non absque palati
Terra feris, aer alite, piſce fretum.

v. 70. B. *comparibus.* MS. II. *cum paribus.* v. 71. B. *gemmas.* MS. II. *dominas.* v. 82. B. *honor et.* MSS. *ornet* v. 87. B. *paruum* MSS. *proprium* v. 90. B. *naturae.* MSS. *naturam.* ibid. B. *decus.* MS. I. *decens.* MS. II. *ſuam.* v. 92. B. *Aggeus* MS. II. *Augens.* v. 96. B. *ſeparam.* MS II. *ſeparat.* v. 102. B. *redire.* MS. II. *venire.* v. 108. B. *patris.* MSS. *proprio.* v. 109. B. *cuius.* MS. I. *Eius.* v. 112. B. *Suſas* MSS. *Suſis.* v. 115. B. *hac.* MSS. *hanc.* v. 117. B. *amice.* MSS. *& ipſam.* v. 121. B. *data.* MSS. *bona.* v. 122. B. *egens.* MS. II. agens. ibid. B. *caret.* MS. I. *fuit.* MS. II. *ſtetit.* v. 131. B. *tantum ſcelus heſter.* MSS. *Heſter tantam ſcelus.* v. 132. B. *Mardocheo* MSS. *Mardochei.* v. 134. B. *iubet.* MS. I. *facit.* v. 138. B. *infelici germine.* MSS. *infelicis ſemine.* ibid. B. *agad.* MS. II. *agab.* v. 139. B. *conſenſit.* MSS. *conceſſit.* v. 140. B. *eſſe.* MSS. *enſe.* v. 142. B. *Suſidis.* MSS. *Suſis. in.* v. 149. B. *Lex.* MSS. *Nec.* v. 353, B. *ſcripta.* MSS. *dicta.*

Digitized by Google

cta. v. 154. B. *regna* MS. II. *verba* v. 148. B. A. C.
transfigi verbere MS. S *transfigi vulnere.* ibid. MCXCVIII
B. *docent.* MSS *iubent.* v. 60. B. *Dum* MSS.
Cum v. 161. B. *ferit.* MSS. *forat.* v. 162. B. *dura.*
MSS. *dira.* v. 165. B. *dolori* MSS. *doloris.* v.
168. B. *Susidis.* MSS. *Susis in.* v. 169. B. *pius*
ille. MSS. I. *post ista.* v. 172. B. *Fronti.* MS. II.
Stanti. v. 173. B. *forma.* MSS. *formam.* v. 178.
B. *dignentur.* MSS. *dignetur.* v. 184. B. *veni-*
ant MSS. *regi.* ibid. B. *feres.* MSS. *loquar.*
v. 186. B. *flectit hic caput.* MSS. I. *Caput hic*
flectit &. v. 189. B. *iram.* MSS. *iras.* ibid. B.
at. MSS. *abit.* v. 209. B. *regi* MSS. *vota.*

Praeconcepta promens, consiliumque da-
tum.

Intendit, postquam fuerit sibi copia regi

v. 215. B. *dici* MSS. *dictum.* v. 216. B. *vocem.*
MSS. *fauces.* ibid. B. *ad.* MSS. *in.* ibid. B. *su-*
am. MSS. *suas.* v. 219. B. *cui.* MSS. *cuius.* ibid.
B. *fulgeat.* MSS. *micat.* v. 221. B. *equum.* MS.
II. *eum.* v. 222. B. *iussa.* MSS. *visa.* v. 223. B.
Qui. MS. II. *Et.* ibid. B. sonat. MSS. *tonet.*
v. 231. B. *ad* MSS. *vt* Versui 231. addunt
MSti Codices binos sequentes versus:

Prandia. Suscepit mensa parata duos
Rex hilaris factus post blandi nectaris haustum

v. 234. B. *pars.* MS. II. *plebs.* v. 236. B. *agit.*
MS. II. ait. v. 241. B. *corrigit.* MSS. *corruit.*
v. 242. B. *minuat* MSS. *leniat* v. 246. B. *Non*
MSS. *Nec.* v. 252. B. *relinquit.* MSS. *reliquit.*

v. 255.

A. C. MCXCVIII v. 255. B. *Et.* MS. *Vt.* v. 258. B. *alimenta.* MSS. *alimenta cibi.*

Verſui 266. adduntur in Codice I. MSto:

Rex, qui feſta facit conuiuia, tempore in aluo
Virginis eſt, mundo gaudia feſta parans.
Regis ad has epulas ſynagoga vocatur ut intret,
Quae dedignatur, atque venire negat.
Reſpuit hanc, & captiuam ſibi Chriſtus adoptat
Eccleſiam. Sic fit nubat ut Heſter ei.
Hanc infeſtat Haman mundanus quisque ty-
rannus,
Sed perit ars eius, & manet huius honor.

His ſubiunguntur in utroque MSto verſus:

Inde, quod euaſit mortis gauiſa periclum,
Feſtum plebs ſummo fecit Hebraea deo.
Quod debere coli veteres ſtatuere futuris
Et feſto nomen impoſuere Phurim.
Solennizat adhuc Iudaeus & excolit Heſter,
Illud ab antiquo perpetuando decus.

Bina diſticha de Ruben ex Aurora deprompta inſeruit Thomas RUBDORNE Hiſtoriae Maiori Wintonienſi. *ab*)

Diſtichon quoddam de Aoth ex Aurora ſumtum habet Idem RUDBORNE. *ac*)

Duo diſticha de Iuda Machabaeo ex eadem Aurora decerpta ſiſtit Idem. *ad*)

Integram Auroram edere nunc nolumus, ſed ſpecimina ſolum ex ea aliqua. Tres inprimis

ab) L. III. c. III. in Anglia Sacra ed. Londin. 1691. p. 204. *ac*) l. c. *ad*) l. c. c. VII. p. 209.

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII

primis Codices manuſcriptos conſuluimus, duos Helmſtadienſes unumque Gvelpherbytanum.

Praemitto ordinem librorum V. & N. T. quem ſeruant Codices Helmſtadienſes. In primo haec ſeries obſervatur, Geneſis: Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomion, Liber Ioſue, Judicum, Ruth, Regum primus, ſecundus, tertius, cantica canticorum, regum quartus, lamentatio Ieremiae, Daniel, Iob, Tobiae liber, Eſther, Iudith, Machabaeorum, Euangelium Lucae, Marci, Actus Apoſtolorum. Codex alter Helmſtadienſis hoc ordine procedit: Pentateuchus, Libri Ioſue, Iudicum, Ruth, Regum Tobiae, Danielis, Iudith, Eſther, Machabaeorum, Iob, Lucas, Marcus. Actus Apoſtolorum, Cantica canticorum, Lamentationes Ieremiae,

Obſervatu curioſum eſt finitis Actibus legi in Codice poſteriori: *Explicit vetus & nouum teſtamentum. Incipit prologus ſuper Cantica Canticorum.* Videturque auctor eum librum canoni vulgari non vindicaſſe,

Speciminum loco dabo

I. *Prologum* ex Codicibus priori Helmſtadienſi & Gvelpherbytano MStis:

Initium mundi: quales in origine prima
Traxit ab artificis conditione vices;
Quae fabricae contenta dedit; quae ſemina rerum;

Omne

A. C. MCXCVIII

Omne creatoris munus opusque dei.
Quodam chirographo Moyſe duce carminis huius
Eſt animus motus commemorare mei.
Huius adhuc putei, velut eruderator in altum.
Ad typici ſenſus vim penetrare volo.
Sic quae figurali myſteria clauſa ſigillo
Senſibus hiſtoricis eliciturus ero.
Nec quam nil operer ſed ſic magis optima fecter
Ridiculo debent ſeria noſtra legi.
Credo ſuperuacuo non indulgere labori.
Credo lectori, credo valere mihi.
Conſona nam cum ſint fidei noſtraeque ſaluti
Haec ego non alio ducor amore loqui.
His ego fraternum meritis mihi venor amorem.
His ego munificum venor habere Deum.
Da, tua facta, Deus, ut proſequar ore fideli
Et ſit ſermo tuus vatis in ore tui.
Tu greſſus diſpone meos. Tu pectus adauge.
Tu ſenſus aperi. Tu plue verba mihi.
Porro ſit mecum, qui ſe fidei profitetur
Eſſe receptorem, chriſticolamque tuum.
Myntologi *ae)* cedant, & apud gymnaſia vatum
Hic habeant primum praecipuumque locum.

Hic

ae) forte: *Mythologi.*

Digitized by Google

Hic rerum figens oculum simul ire videbit A. C.
Grammaticos apices, eloquiumque sa- MCXCVIII
crum.
Hic adhibens studium iuxta genus omne la-
tinum
Dicendi inueniet elicietque modum.
Ergo poetarum potius quam dicta canora
Hic tibi proponi turba scholaris ama.
Hic tibi magna seges ubi qui semel inspicit,
& si
Primo discredit, postea nemo neget.
Sustineas igitur, & me procedere fas sit,
Si fieri possit, inuide, pace tua.
Nam nihil efficeres, ubi tot tutoribus uti
Spero; sed esset opus claudere labra tibi.
Haec, ut praemisi iam, nunc dicenda videto
Lector & hoc vigili primitus aure nota.

2. Subnectitur in Codice priori Helmstadiensi MSto Aurorae *Recapitulatio utriusque testamenti*, quae in altero posita inter Machabaeorum & Iobi libros. Similis ea est Fulgentii libro absque literis. En textum ipsum ex binis Codicibus Helmstadiensibus.

Incipit prologus in breui recapitulatione, quae sequitur de omnibus, quae superius diffusius pertractata sunt.

Haec de lege noua veterique volumina
complens
Factu-

Digitized by Google

A. C. Facturus finem si licuisset eram.
MCXCVIII Hic fuerat standum, nisi quod diuersa voluntas
Ecce mihi surgit, consiliumque nouum.
Nam lector quaecumque prius diffusius egi,
Vt docilem reddam cuncta, resumo tibi:
Supra personas, & res, & nomina multa,
Descripsi, memori si bene mente tenes.
Ne qua tibi desint ea magna parte resumo,
Et breuibus verbis, & breuiore stylo.
Quaeres; hexametro qui me nunc lege gerebam,
Cur iterum claudis hic vehor ipse rotis.
Hoc est pentametris cur rursum versibus vtor,
Nam nequeo longae taedia ferre morae.
Ad metam properare iuuat: vicina videtur,
Hactenus effusum quae mihi sistat iter.
Porro quae subdo, noua sunt, quandam nouitatem
Dum sequor in verbis, artificemq; modum.
Nec tu culpandi studio, quae seria dixi,
Otia dicturus, ludicra nostra putes.
Quicquid id est attende libens. Deseruit in vsum
Nostra rudimenti cura laborque tui.

Explicit prologus.

Incipiunt
RECAPITVLATIONES VTRIVSQVE TESTAMENTI.

Pri-

Digitized by Google

Prima distinctio sine A. A. C. MCXCVIII

Principio rerum post quinque dies homo primus
Conditus in sexto creditur esse die.
Exprimit hic Christum, qui sexto tempore mundum
Ingrediens fit homo nos redimendo cruce.
Fit coniunx ex osse viri, dum somnus in illum
Mittitur, & Christi mors fuit ille sopor.
Ecclesiae signum fuit haec de corpore Christi
Terreni generis sumsit origo fidem.
Per ligni vetiti gustum nos ille peremit.
In cruce nos redimit ille cruore suo.

Sine B.

Ense Cain fraris transfodit viscera sanguis:
Fusus de terra clamat in aure Dei.
Iudaeus Christum perfodit cuspide, cuius
Sanguis sic clamat, quod male nostra lauat.
Prauos in terra fundatos exprimit Enos,
Moenia de cuius nomine facta legis.
Seth, cuius nomen surrectio dicitur, illum
Monstrat qui surgens de cruce summa tenet.
Enos, qui nomen domini prius invocat, illos
Insinuat, qui spe gaudia vera petunt.
Quem redimit post septenas decies genituras
Et septem, Christus exstat imago, Lamech.

A. G. MCXCVIII Septimus a primo patre translatus fuit
Enoch:
Quos recipit reqies septima signat eos.

Sine C.

Ne pereat mundus lignum Noe rexit in
vndis:
Per lignum per aquas nos pie Christe
af) lavas.
Sem signat quosdam iustos, aliosq; profanos,
De quo profluxit illa propago patrum.
Gentilis populi, qui nouerat inter Hebraeos
Viuere porro, Iaphet esse figura potest.
Frater, qui patrem derisit, signat Hebraeos,
Qui rident Christi probra, crucemque
ag) negant.
Is, quem vir iustus pro patre suo maledixit,
Iudaeos signat, quos modo mundus habet.
Quos patres egere reos in sanguine Christi
His verbis proles, post mala nostra lauat.
Nemroth qui turrem construxit *ah*) ad astra
minantem
Est Sathanas quaerens alta, sed ima tenens.
Mansio

af) C. in Ch. aut saltem in voce Christus a litera C. ordinaria diversa habetur, scribiturque plerumque in Codicibus veteribus MStis Ch. in Christus per Graecum X. Quamvis vero haec vox excusari possit, tamen in aliis versibus auctor aut scriba aduersus institutum pugnauit quo litera C. abesse debebat. *ag*) *fidemque* rectius ut. C. careat vocabulum *ah*) Ad C. tollendum potuisset scribi: *Qui turrim Nimroth exstruxit.* Vel: *Nemrothus turrim qui struxit.*

Digitized by Google

Manſio ſignat Heber, ubi prima loquela re- A. C.
manſit, MCXCVIII
Aedem Chriſte tuam, qua manet vna fides.
Rex dominusque Salem panem vinumque
litauit,
In quo ſignatur Chriſtus vtrumque potens.

Sine D.

Aeterni patris typus eſt Abraham pater: arae
Ille ſuum natum conſecrat, iſte ſuum.
Nil Iſaac patitur, aries fit victima: Chriſti
Nil patitur numen, cum moriatur homo.
Iſmael ac Iſaac ſacra teſtamenta figurant:
Exprimit ille vetus. Exprimit iſte nouum.
Hirſutus rufus Eſau notat, exprimit illos:
Qui tinxere manus ſanguine Chriſte tuo.
Fratri praelatus Jacob notat genus iſtud
Praetulit Hebraeis qui cor opusque notat.
Eſt Laban Sathanas, cuius nomen ſonat al-
bum:
Nam tegitur falſo ſaepe colore Sathan.
Parca Rachel manet in partu, ſed ventri auaris
Iacturam penſat largus in ore nitor.
Proles nobilitat vterum Lyae: ſed egenas
Et ſteriles habuit, & ſine flore, genas,
Pulcra Rachel ſterilis mens eſt intenta ſu-
pernis,
Fraterno parcens vtilis eſſe lucro.
Lya viget partu, quod *ai*) lucra per vtile verbi
Semen in eccleſiis actio ſancta parit.

ai) Lego *quo*, quia litera D. abeſſe debet.

Digitized by Google

A. C.

Sine E.

MCXCVIII Dum vir cum Iacob luctatur miſſus ab alto,
Claudus in inſtanti fit patriarcha loco.
Cum ſic luctatur Chriſtum Synagoga fatigans
Claudicat, & *ak*) titubat hinc mala multa parans.
Loth ſanctos ſignat, quos mundi finis ab illis
Diuidit, ac ſaluat, quos mala flamma vorat.
Vxor Loth notat hos, quos primum gratia Chriſti
Traxit, poſt faciunt ad mala prima viam.
Hanc patriam, qua nunc Samaria fungitur, vna
Filia Loth ſignat, ultima nata Sion:
Doctrinis contra dominum maculatur iniquis
Illius aut huius incola turba loci.

Sine F.

Eſt Ruben primogenitus, populum notat illum
Quem prius elegit gratia ſumma dei.
Ille cubile patris violat, dum, quam ſibi Chriſtus
Coniungit, carnem cogit inire crucem.
Scribere quos Simeon notat occidere prophetas
Poſtque prophetarum membra peremptа Ieſum.

Quem

ak) Rectius j. 66.

Digitized by Google

Quem manus illorum clauis terebrauit acutis A. C.
Qui murus noſter & petra noſtra manet. MCXCVIII
Auctores ſceleris in Chriſti morte Leuitas 105.
Presbyterosque notat inſinuatque Leui.
Iudas deſignat Chriſtum, quem laudat in altis
Angelus, in terris pronus adorat homo.
Bina luce ſolet catulus dormire leonis,
Poſtque duos ſurgit euigilatque dies. 110.
Sic & tertia lux de ſomno ſuſcitat illum.
Qui ſtirpis Iudae dicitur eſſe leo.
Eſt aſinus validus Iſaſchar recubans prope metas,
Quid bona ſit requies, optima terra, videns:
Doctoremque notat, qui robuſtos gerit actus, 115.
Ad veram requiem lumina mentis habens.
Quae vitae meta, quis mundi terminus exſtet,
Commmeorans, & in his mente cubare ſtudens,
Eccleſiam ſignat Zabulon, quae fluctibus huius
Atteritur vitae, ſupplicioque patet. 120.
Dan iudex, coluber in largo calle; Ceraſtes,
In ſtricto veniens: ſtabit iniquus equo.
Ex hoc aſcendens antichriſtus trahet ortum,
Vt ſcriptura docens inde loquendo ſonat.
Hic erit vt coluber mordens, tanquamque ceraſtes 125.
Illis qui rectis greſſibus ire volunt.
Eſt equus hic mundus; Eſt ſeſſor quisque ſuperbus:
Mundi terminus eſt vngula pedis equi.
Ille quidem veniens in mundi turbine perdet,

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII 130. Quos poterit mordens deiiciensque retro.
Bella Gad accinctus hunc praecedendo movebit;
Accinctus veniens ſtabit & ipſe retro.
Diſcipulos notat hic adChriſti bella paratos,
Quos praeit & ſequitur gratia larga dei
Panis pinguis Aſer, pinguedine panis abundans:
135. Eius delicias regibus ille dabit.
Altaris ſanctus cibus illo pane notatur,
Qui reges, populos, eccleſiamque cibat.
Neptalin emiſſus ceruus dicatur, ad omnem
140. Curſum ſuccinctus, verba decoris habens:
A domino miſſos celeres portare per orbem
Splendida verba dei denotat ille viros.

Sine G.

Ioſeph venditus eſt, &Chriſtus venditus; ille
Praeficitur populis, omnibus iſte praeeſt.
145. Beniamin ante lupus praedam rapiens ſibi mane
Arripuit fero, diuidit ille cibos.
Ad typicum ſenſum venio. Saulum notat ille
Ex cuius natus dicitur eſſe tribu.
Iſte prius praedam rapuit ſibi more lupino,
150. Dum furit in ſanctos proſequiturque pios.
Poſt Paulus factus iam deſinit eſſe ſuperbus,
In populum domini dum pia verba ſerit.
Manaſſes populis prior eſt, Effremque ſecundus,
Quem praecedenti praetulit ecce Deus.

Eſt

Digitized by Google

Est Thamar ecclesia, quae sanctos concipit actus, A. C. MCXCVII
Dum tanquam baculo nititur illa cruci. 155.
Filo coccineo cuius manus haesit: Hebraeos
Monstrat pollutos Christe cruore tuo.
Nos vero frater alius monstrare videtur
Ecclesiae matris nutrit vtrosque sinus. 160.
Diua coacta subit cum terrae principe stultam
Insinuans animam, quam mala vana trahunt,
Iob patiens Christum passum notat; eius amici
Schismaticos, quorum corda superba tument.
Filius iste Sarae de bassa *al*) rex Idumeae 165.
Quartus successor post Esau nituit.
Sed de stirpe Nachor frater qui dicitur Abrae
Creditur hic natus sicut Hebraeus ait.
Hoc ex principio libri, quem scripsit habetur
His vbi praemittit codicis ille locus. 170.
Nachor enim natos octo coniunx sua Malcha
Edidit, & primus Hus fuit inter eos.
Pro quo, scilicet Hus a quo descendit, ab illo
Dicitur in terra Hus, nomine Iob, vir erat.

Sine H.

Aegypti princeps muliebrem viuere sexum 175.
Imperat, & mergi cogit in amne mares.

al) Bassus alioqui notat inferiorem. Forte Hagar eo nomine velut ancilla & inferior Sara, notatur.

A. C. Daemon femineos & molles diligit actus,
MCXCVIII Ac sanctos odit prosequiturque viros.
Vitalem Moses hoc tempore prodit ad ortum,
Per quem Iudaeis lex fuit orta dei.
Quem fiscella neci furatur scirpea ripae
Fluminis impositus flens puer auget aquas,
Aure bibit parui vagitum filia regis;
Tolli iussit; ali fecit; amauit eum.
Ista sacram notat ecclesiam, quae credula Christum
Ad fontem lauacri cernit adesse sacri.
In ripa lacrimans Moyses Christum lacrimantem
Denotat: in cunis flevit vterque puer.
Aaron, qui populos emundat sanguine, Christum
Signat, qui lauit sanguine cuncta suo.
Quam tetigit lepra Moysi soror, est synagoga
Quae lepram patitur credere dura deo.

Sine I.

Bella mouens Amalech tanquam cruce factus ad arma
Languet Hebraeorum parte leuante manus.
Praeualet & superat Hebraeos, quando relaxat
Palmas, & cessat fructus ab ore precum.
Quod, cum dependent, admotae mox ope petrae
Sustentant rectas Hur Aaronque manus.
Hoc

Digitized by Google

Hoc ſua tela modo marcent, dum mente leuatur
Ad cœlum clamans, corde vel ore precans.
Hocque modo celebrat tractans arcana ſacerdos
Tunc manuum ſupplex aſtat vtramque leuans:
Praetentans oculos noſtro ſermone vocatus
Rector Amorraeus fertur obeſſe Sion.
Noſce per hunc Sathanam cum ſe transformat, ut exſtat
Angelus & fallat qua valet arte bonos.
Ogque Baſan rector quem concluſum vocat auctor,
Vel concludentem, denotat eſſe Sathan
Nam concluſus adeſt coelo concludere quaerens
Eſt praeſens mundo nos lacerando modo.
Porto ſenos dies ſeptem ſacrus replet ardor,
Totque loquelae ſunt, quae ſacra verba docent,
Per quos credentes ardeſcunt pneumate Sacro,
Tot ſunt ſermones, quos modo mundus habet.

Sine K.

In ligno botrus pendens eſt, in cruce Chriſtus:
Profluit hinc vinum; profluit inde ſalus.
Sunt duo vectores botri gentilis Hebraeus:
Hic prior; ille ſequens: coecus hic, ille videns.

A. C. MCXCVIII 200.

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII

Qui prior eſt dorſum curuans coecatur Hebraeus,
Ne videat Chriſtum credere durus ei.
Sed plebs quae ſequitur gentilis lumine recto
Haeret in hunc Criſtum mente fideque videns.
Sabbata contemnens homo ligna legens notat illos,
Qui mala multiplicant & ſine pace manent.
Vti thuribulis Abyron Dathan & Chore tenant
Contra iuſſa dei, ſcismaticosque notant.
Sed ſicut tellus tales abſorbuit offas,
Sic & ſcismaticos puniet ira dei.
Qui faciunt altare recens, qui ſcismata quaerunt,
Qui baptiſma nouant, eccleſiamque premunt.
Conductus Balaam fuit, vt maledicat Hebraeis,
Sed maledicta magi ſunt benedicta magis.
Inſidet hic aſinae; mutum loquitur pecus; enſem
Non videt angelicum ſeſſor; aſella videt.
Muta prius plebs gentilis, loquitur modo laudes
Chriſte tuas: iſtud ſignat aſella loquens.
Eius erat ſeſſor quiuis, qui falſa docebat
Sacra coli, donec reſpuit illa deos.
Donec Criſtus adeſt, qui conſilii fuit alti
Angelus, & gentes ſubiugat ille ſibi.

Cum

Digitized by Google

Cum Zambri ſcortum Phinees ferit, & no- A. C.
tat illum MCXCVIII
Qui verbi gladio peſſima quaeque ſecat.

Sine L.

Eſt Ioſue Criſti typus: Hic diuiſit Hebraeis
Terrea regna patris; regna dat iſte ſuis.
Si nos iſte viros Iericho transmittit ad 245.
vrbem,
Per quos agnoscat gentis & vrbis opus.
Eſt Iericho mundus, duo teſtamenta re-
demptor.
Miſit ad hunc, hominum facta per iſta
probans.
Funis coccineus pendens haerensq; feneſtrae
Seruat ab hoſte Raab resque genusq; ſuum. 250.
Nos ſeruat roſeus fuſus cruor in cruce Criſti
Cuſpide coſta patens iſta feneſtra fuit.
Gens Hebraea tribus Iericho circumſonat
vrbem,
Inde ruit murus ſicque triumphat eam.
Non armis, ſed verborum virtute ſacrorum. 255.
Vicit amatores orbis in orbe fides,
Cuius vbi ſonus inſonuit mox corruit orbis
Tota ſuperſtitio perfidiaeque ſtatus.
Peccat Achor rapiens aurum; petra vindicat
auri
Peccatum; damnat aurea furta deus. 260.
Scismaticos notat hic, qui miſcent aurea
ſcriptis
Verba ſacris: iſtos puniet ira dei.
Saeua tribus procerum, quam ditat ſangui-
nis ortus

Monte

Digitized by Google

Monte ſtetit Gazirim, ut benedicit ibi.
Infima ſena tribus, quae non ita ſanguine vernat,
Monte ſtat oppoſito verba ſevera mouens.
Hi quibus incumbit benedictio, corda figurant
Quae faciunt ſummae pacis amore bonum.
Hi quibus incumbit maledictio corda figurant
Intuitu poenae quae vitioſa cauent.
Ara notat mentem, quae carnis conterit aeſtus,
Et motus animae ſub ratione premit.
A patre donantur arae duo munera nobis;
A patre qui regnat munus vtrumque datur.
Cum caro ieiunat datur arida terra petenti;
Cum gena rore madet humida terra datur.

Sine M.

Poſt Ioſuae de principibus narratio fiet
A quibus ad Iuctan fulſit Hebraea tribus.
Sic poſt te, pie rex, pie dux, pie Criſte, periti
Rectores veniunt noſtraque bella gerunt.
Si ſacra vana colens populus peccaret Hebraeus
Iſtos tradebat hoſtibus ira dei.
Si prece pulſaret coelos ſacra vana relinquens,
Hoſtes terga dabant iſtud agente deo
Sic te iuſſa dei ſpernente tuus viget hoſtis,
Si pulſes precibus aethera, victor eris.

Pec-

Digitized by Google

Peccat Hebraeus adhuc: rex Eglon praeua- A. C.
let illi: MCXCVIII
Preſſus & afflictus ſupplicat ille deo.
Plangit, ſuſpirat, Gideon reſpirat in illo,
Sperat qui flenti gratus adeſſe parat.
Pugnis dexter Aoth pugnat, cruri datur enſis
Dextro: rex Eglon corruit, ille redit..
Signat Aioth iuſtos, qui nulla parte ſiniſtri
Vt ſint a dextris ſingula dextra gerunt.
Sexcentos Sangar in vomere percutit hoſtes,
Doctoresque notat qui ſacra verba ſerunt.
Vellus rore fluit, prius aruit area: vellus
Iudaeos; gentes arida terra notat.
Legis nube deus prius irrorauit Hebraeos:
Sed fuit a tanto plebs aliena bono.
Vellere ſiccato poſt haec fluit area: ſpretis
Iudaeis genti gratia larga fuit.
Concha repletur aquis expreſſo vellere; concha
Virginis impletur ſancta liquore ſacro.
Delbora ſiue Iachel proba quae ligno caput hoſtis
Perforat, eccleſiae quaeque figura fuit.
Quippe ſacro ligno, ſigno quaſi, Suſara ſathan
Vincitur, orbatus iuris honore ſui.
Hinc ſequitur Iepte, pro cuius laude triumphi
Vinea nata fuit hoſtia facta deo.
Glaret in hoc Criſtus: caro cuius in arbore pendens

Hoſtia

A. C. Hostia pro nostra facta salute fuit.
MCXCVIII Faucibus exultat asini Sanson, cruce Cristus:
Sternitur hinc hostis, vincitur inde Sathan.
Fons nouus edente salit, & prodest sitienti:
Nos lauat & renouat crux sacra fonte sacro.

Sine N.

Dux fortis Gazam petit, vt societur amico,
Ducat vt ecclesiam tartara Christus adit.
Fraude ducem sepelit hostilis turba: sepulcro
Cristi custodes ponit *am*) Hebraea cohors:
Hostibus ille grauis stellarum tempore surgit
Iste sub aurora laeta trophaea refert.
Hic vrbis portas, praedam tulit ille beatam:
Praeualet ille suis; praeualet iste suis.
Ardua rapis adit victor dux hoste subacto.
Victor Hebraeorum Christus ad astra redit.
Quod caput illius spoliauit amica capillo
Sacro; quod diris hostibus ille datur;
Quod visum perdit; quod ludit; quod molit; istud
Discute tu lector qui sacra verba legis.
Est ratio quasi vir fragilis; caro dedita dulci
Luxuriae dici Dalida iure potest.
Illa comam radit, dum te caro lubrica fallit;
Est coma rasa dei gratia rapta tibi.
Ista de causa te deludit tuus hostis:
Qui ruit e coelo, qui mala quaeque facit.

Sic

am) Vt litera N absit, substituatur: *Addit* aut simile vocabulum.

Digitized by Google

Sic oculos perdis, quia pulvere te uitiorum A. C.
Coecat, vt mittas corde videre deum. MCXCVIII
Teque facit torquere molam, dum circuit orbem,
Corque tuum miſerum per mala multa rotat.

Sine O.

Eccleſiam Ruth deſignat de gentibus eius
Vir Chriſtus caſte qui ſibi iungit eum.
Anna prius ſterilis inuenta parens Samuelis
Munere coeleſti facta ſubinde fuit.
Factaque de ſterili foecunda figurat: eandem
Eccleſiam plenam fructibus eſſe piis.
Spretus Heli naſcens Samuel marceſcere legem
Deſignat veterem lege ſequente data.
Ad gentes legis transire decus gladiati
Patris Heli iuuenes archaque capta petunt.
Nititur arte Saul rex, vt parui citharistae
Guttas ſanguineas regia tela bibant.
Sic & Iudaeus in Criſtum perfidus, eius
Eſuriit, ſitiit, vulnera, vincla, crucem.
De paruis Iſai minimum reperimus inungi:
Sic agit in minimis gratia larga dei.
Reſpicit hic humiles aliena quibusque ſuperbit
Nam tales abiicit, atque reſiſtit eis.
Iure Dauid verum Dauid expreſſit, quia Criſtum
Edidit

A. C. Edidit ex eius ſtirpe beata parens.
CXCVIII Berſabee nuda regi placuit, quia legem
360. Chriſtus amat, cuius lacida verba micant.
Rex illa priuat Vriam: ſic Criſtus Hebraeum.
Lege ſua; damnum neſcit vterque ſuum.
365. Quam gerit Vrias Vriam littera perdit:
Quae gerit Hebraeus per ſua ſcripta perit.
Getheum Dauid extinguit, Criſtusque ſuperbum
Qui dicebat: Erit pes ſuper aſtra meus.

Sine P.

Trans hominem Salomon ſenſu cum rebus abundans
370. Fulſit, & àffluxit iſtud & illud habens.
Dignam laude domum cuius certare decori
Non audent aliae, dedicat ille deo.
Eccleſiam, multo quam Criſtus honore beauit,
Conſtruit ex iuſtis ſydereisque viris.
375. Regis in aede ſacra non eſt audita ſecuris,
Nullus in aetherea ſede tumultus erit.
Naturas hominum; cantus auium; medicinas
Herbarum, ſtellas aetheris; alta maris;
Vim venti: vires gemmarum, fluminis iram;
380. Et rerum latebras eſt tibi ſcire datum.
Fit tronus ex ebore; Salomon ebur induit auro:
Non meruit ſimilem mundus habere thronum.
Rex Salomon Iheſus eſt; maieſtas numinis aurum,

Virgi-

Digitized by Google

Virginitas ebur eſt; virgo Maria thronus. A. C.
Sub Roboam, ſub Ieroboam: diuiſio regni MCXCVIII
In duo facta fuit iſtud agente deo. 385.
Deſignat Roboam Salomonis filius illos
Naſcenti domino qui tribuere fidem,
Ieroboam ſeruos illos oſtendit Hebraeos,
Quos in fine necat filius ille necis. 390.

Sine Q.

Igneus Heliam rapit ad ſublimia currus:
Non ope non curru fertur ad aſtra deus.
Hoſpes inops mulier Heliam paſcit, & ille
Paſcit eam: magis haec paſcitur, ille minus,
Non huic defecit oleum farrisue medulla; 395.
Nec minui poterat ille vel ille cibus.
Eccleſiam mulier ſignat Chriſtumque propheta:
Hunc cibat hunc reficit moribus illa bonis.
Eſt Criſti corpus & crismatis vnctio victus:
Hinc cibat eccleſiam gratia larga dei. 400.
Iſte cibus ſemper expenditur; iſte redundat
Semper; nec minui ſiue perire poteſt.
Sumptus in altari panis manet integer; illum
Semper ſumis; eum ſumere ſemper habes.
Aſcendat caluus pueri clamant Helyſeo; 405.
Sed necat vrſus eos, deuorat ille ſimul.
Iure notat caluus Criſtum: caluaria nempe
Dicitur eſſe loci pars, vbi Criſtus obit.
Vrſi ſunt illi duo: Titus, Veſpaſianus:

Digitized by Google

A. C. Ierusalem ciues hic secat, ille necat.
MCXCVIII Clamantes: crucifige Iesum! crucifige! ne-
410. cantur,
Et patrum culpas tota propago luit.
Das famulo baculum, tradas Heliſaee miniſtro:
Nil agitur ſurgit te veniente puer,
415. Non hominem ſaluat praemiſſae littera legis:
Coepimus aduentu viuere Criſte tuo.
Sine R.
Totus ſit Naaman mundatus, dum ſubit vndam:
Nos penitus mundat quos aqua ſancta lauat.
Peccans Ozias Iudaeam denotat eius
420. Foetet pollutum labe fluente caput.
Sic & Iudaeos dominumq; fidamq; negantes
Polluit impietas, & mala fama necat.
His Ezechias, cui iudex addidit annos,
Signat eos, quibus eſt danda beata quies.
425. Ioſias ſanctum paſcha facit idola tollit:
Paſcha Iheſus faciens idola quaeque fugat.
Fit Sedechias coecus delatus ad hoſtes;
Subiectus Sathanae lumine mentis eget.
Sanctus Eſaias pandit loca myſtica, tanquam
430. Sint euangelicum quae ſua lingua ſonat.
Caſtus homo natus Enathot patiendo loquendo
Te ſignauit in hac laude benigne Iheſu.
Hos tua lingua Iheſu docuit: nos paſſio lauit
Vtilis

Vtilis ecclesiis illa vel illa fuit. A. C.

Sine S. MCXCVIII

Qui mala corripuit Ezechiel notat illum,
Qui mundi rector omnia recta docet. 435.
Dum populo loquitur, labor & dolor opprimit illum,
Cum docet his plebem fert patiturque crucem,
Electrum nitidum, binaeque videntur ab illo
Virgae quae latet hic mira figura fuit. 440.
Fulget in electro nitor argenti rubor auri.
Emicat in domino cum deitate caro.
Argentum carnem; deitatem denotat aurum;
Carne dei verbum copulat ista duo.
Virga prior virgo; crux altera virga vocatur: 445.
Illa decore placet; ista vigore valet.
Vita datur mundi, Christum pariente puella;
Vipereum frangit crux benedicta caput.
Floruit & viguit pudor in Daniele; per illum
Et vigor exprimitur innuiturque pudor.
Efficitur Daniel, qui floret carne pudica, 450.
Quem non ad vitium coeca libido trahit.
Qui carnem macerat, qui rerum culmen abhorret
Lubrica contemnit cum Daniele viget.

Sine T.

Cum maecham ducis Osee: signas crucifixum 255.
Ecclesiam maecham pronuba maecha viro.

Digitized by Google

A. C. O prior eccleſia prius idola vana colendo,
MCXCVIII Maecha quidem fueras corde doloſa deo.
Sed conuerſa modo ſis regis amica ſuperni,
Numina falſa cauens carmina vera canens.
Nunc domino laudes celebras ſponſo canis hymnos:
Glorificas illum moribus, ore, fide.
Pro ſponſo laudis modo pſalmis, vocibus, hymnis,
Cum quo gaudebis ac ſine fine canes.

Sine V.

Porro Iohel ſonat incipiens hominemque petentem:
Prima ſacra menti dona notare poteſt
Paſtorem plebis in Amos paſtore notabis:
Ille gregi, plebi profuit iſte dei.
Paſcens Abdias centenos pane prophetas:
Altos doctores pontificesque notat.
Num tales debent coeleſtis nectare panis
Paſcere credentes eccleſiaeque fidem.
Tales commendat ſermonis gratia, tardos
Lacte cibant ſolido fortia corda cibo.

Sine X.

Tam Sermone Ionas, quam naufragio, notat illum,
Qui patris eſt ſermo naufraga corda docens.
Mittitur hic; miſſus metuit; metuens fugit; intrat
Vas fugiens; ſomnum vaſe receptus init;
Vnda

Digitized by Google

Vnda tumet; missa sors hunc facit in mare mergi; A. C. MCXCVIII
Piſce voratur homo; ſupplicat ille deo; 480.
Piſci praecipitur, vt quem tenet euomat offam;
Auctoris verbo paruit ille ſui.
Tertia quando dies primum iubar extulit orbi
Euomit in terram bellua iuſſa Ionam.
A domino ſeruus & filius a patre miſſus 485.
Dicitur: hic domino paruit ille patri
Puppe Ionas dormit; moritur Iheſus in cruce. Serui
Ille ſopor: domini mors pretioſa fuit.
Puppis ligna crucem: domini tumulum gula ceti
Signat. In hoc per tres dormiit ille dies. 490.
Tertia facta dies vomuit de ventre prophetam;
De tumulo dominum ſuscitat illa dies.

Sine Y.

Cernit mente locum, pronuntiat iſta Michaeas;
Quo paritura deum regia mater erit.
Nomine teſte Naum conſolator notat illum 495.
Qui nos confortat & bona verba ſonat.
Fortis luctator Abacus, qui cornua vidit,
In manibus domini quisque fidelis homo.
Qui domino credit, qui ſaluatum cruce mundum

Prae-

A. C. Praedicat & toto ſpargit in orbe fidem.
MCXCVIII Illos inſinuat Sophonias ſpeculator,
Qui Martham ſpernunt eſſe Maria volunt.
Praecipit Aggeus domini domus vt renoue-
tur
Vt iuueneſcat opus quod ſenuiſſe videt.
Vnus ſeptenis lapis eſt ornatus ocellis,
Quem Zacharias mente ſtupente videt.
Hic eſt iuſtitiae ſol, quem ſeptena repleuit
Gratia, cui penitus omnia nuda patent.
Nunciat angelicus Malachias dona piorum,
Paenas prauorum iudiciique diem.
Ille figurat eum, qui dicitur angelus alti
Conſilii, qui fons eſt & origo boni.
Mathan, Achian, Sadoch, Abian, Aian,
Thobi tres pueros, magnificantq; Iheſum
Esdram, Zorobabel, Eſter, Iudith, Macha-
baeos:
Non ſine Suſanna quae fuit aequa viro.
Cum ſupradictis quos carminis ordine puri
Continet hos tenet hos lex vetus illa viros.
Explicit de antiquis patribus. Incipit de no-
vis.

Sine Z.

Iſti ſunt in lege noua baptiſta Iohannes
Cum patre, cum matre, virgo Maria parens.
Petrus & Andreas, Paulus, Iacobusque Io-
hannes,
Cuſtos virgineus qui ſine labe fuit.
Thomas, Matthaeus, Philippus, Bartholo-
maeus,
Iacobus & Iudas non malus immo bonus.
Mat-

Digitized by Google

Matthias, Marcus, Lucas, Simeon, Thi- A. C.
motheus, MCXCVIII
Barnabas & Titus hi docuere fidem. 525.
Explicit de patribus noui Teſtamenti.

3. *Singularia* quaedam ex Petri de Riga Aurora *excerpta*, quae a textu inprimis Scripturae S. abludere videntur, eaque hiſtorica, notabimus.

Geneſ. II. perhibet auctor primam linguam Ebraeam fuiſſe, Adamum, ſomno immiſſo, prophetum factum, viſionesque ſuas Scripto tradidiſſe:

Mox deus adduxit animantia ſingula terrae:
Praebeat ut cunctis nomina rebus Adam.
Hebraiceque loquens imponit nomina rebus
Omnibus ille. Prior illa loquela fuit.
Poſt in Adam miſit virtus diuina ſoporem.
Non ſomnus, ſed erat extaſis, ille ſopor.
In qua perſpicuae cauſas vidiſſe ſupernas
Fertur, & euigilans inde propheta fuit.
Iudicium per aquam, per flammam, vidit, & ortum
Chriſti praedidicit, eccleſiaeque fidem.
Iſta prophetiae myſteria novit ibidem
Inque ſuis libris haec reſerauit Adam.

Geneſ. III. Adamum ex terra Damaſcena creatum perhibet:

Poſt eiecit Adam deus extra, de paradiſo
In terram, cuius puluere factus erat.
Inque Damaſceno campo, de quo prius illum

A. C. *Transtulerat, posuit, cultor ut esset ibi.*
MCXCVIII Ibid. statuit Eliam & Enochum in paradisum terrestrem venisse:

Obstruitur paradisus, & ignea spata, tuendo
Pro ligno vitae, ponitur ante fores.
Ac ideo gladius versatilis esse refertur,
Quod tandem vellet hunc removere deus.
Heliæs & Enoch paradisum dum subiere,
Praebuit ad tempus ille remotus iter.

Gen. IV. Tremorem capitis signum Cainoi Deo datum dicit;

Dat Deus ergo Chain signum, cito ne perimatur,
Et motus capitis, & tremor, illud erat.

Ibid. Nomen uxoris Caini revelat:

Ille vagus in terra Noth cum coniuge mansit.
Coniugis illius Calmana nomen erat.

Ibid. Adamum columnas futurorum indices posuisse refert:

Et quasi nouit Adam primum dixisse: futurum
Iudicium duplex: scilicet ignis, aquae.
In geminis artem scripsit, posuitque, columnis.
Exstitit haec laterum. Marmoris illa fuit.
Vt non haec per aquam pereat; non illa per ignem
Si sit deficiens una sit una manens.
Vt nobis Iosephi declarant scripta: columnam
Marmoream tellus Syrica servat adhuc.

Ibid. Quomodo Musica inuenta sit exponit:

Aure Jubal varios ferramenti notat ictus.
Pondera librat in his. Consona quaeque facit
Hoc inventa modo prius est ars musica, quamuis
Pythagoram dicant hanc docuisse prius.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. Lamechi hiſtoriam variis circumſtantiis auget: A. C. MCXCVIII

Lamech venator iaculo pollebat, & arcu:
Qui videndo diu lumine pauper erat.
Hic, pro deliciis pecorum, vel pellibus, arcum
Geſtabat. Carnis non erat uſus adhuc.
Huius erat ductor iuuenis, cuius documento
Vulnerat ille Cain, dum putat eſſe feram.
Rem Lamech diſcit. Dolet, & transuerberat arcu
Hinc iuvenem, cuius livida membra facit.
Poſt Lamech metuens merita, videnſque, qualeſſet
Jure Cain poenae ſuppliciuque datus:
Coeperat uxores ipſum ne forte necarent,
Aut male tractarent, extimuiſſe ſuas.
Idque verebatur, quod eis odibilis eſſet,
Ut iam difficilis decrepitusque ſenex.
Ergo volens ſuper hoc ſeipſum praemunire per aſtum
Talia coniugibus inſimulare ſtudet.
De peccante Cain punitio ſeptupla fiet;
Per ſeptem decies ſeptupla poena mei eſt.

Geneſ. Cap. IV. Adamum luxiſſe mortem Abelis per centum annos refert:

Jam poſt Abel, quem centum luxerat annis,
Uxorem rurſus ingravidauit Adam.
Juſſerat hoc dominus carnem ſumturus, & illam
Nolens de reproba ſumere carne Cain.

A. C. MCXCVIII

Cap. XIX. Quatuor cum Sodoma perniſſe urbes narrat:

Poſt haec praemiſſa Sodomam forat ignis, & vrbes
Quatuor aequales aequa ruina trahit.
Quinque ruunt urbes. Dominusque pluit ſuper illas
Ignem flammivomum, ſulphureosque globos.

Cap. XXVIII. Scalae Jacobi XII. aſſignat gradus:

Illa gradus habuit quaſi biſſenos: Quia biſſex
Exſtant diſcipuli, qui docuere fidem.

Cap. XXXVII. De pulchritudine Joſephi pronunciat haec;

In vultus alios vigili minus uſa labore
Hinc natura dedit, quicquid habebat opum.
In pueri vultus tantum fuit illa decoris
Prodiga. Poſt munus paene remanſit inops.
Commendant pueri decus: os roſeum; gena florens;
Scintillans oculus; mens pia; pura caro.
Os; lumen; dentes: imitatur; reddit adaequant:
Pura; nitens; niveum: lilia; ſidus; ebur.

Gen. XXXIX. Illiciti Potipharis erga Joſephum amoris mentionem facit:

Sulphereo vitio qui dicitur eſſe notatus
Phutiphar iſte fuit captus amore Joſeph.
Nam qui ſcit, quos non laqueo praedetur amoris
Os, in quo certant lilia mixta roſis.

Me-

Magnus habebatur antiſtes regis. Eoque A. C.
Phutiphar a vitio non alienus erat. MCXCVIII
Nunc etiam tales abſorbet, eoque laborant,
Qui mundi regimen & loca ſumma tenent.
Exod. cap. XXVI. occaſione circulorum aureorum quinquaginta numerum librorum canonicorum profert:
Ex auro circli decies ſunt quinque parati,
Per quos velorum copula facta fuit.
Circlis auratis decies ſunt quinque notati
Libri, quos implent aurea verba dei.
Quot circli, tot ſunt libri. Nova lex habet octo.
Lex antiqua tenet cum quater octo decem.
Iſti terdeni libri ſunt & duodeni
Antiquae legis, ſi numerando legis.
Qinque Moys; Joſue; Judex; Paralipomenon; Job;
Bis bini regum; Ruth; David; & Salomon;
Ezechiel; Daniel; Iſaias; Jeremias;
Eſdras; Philo; Syrach; Plena vigore Judith;
Heſter amoena genis; Thobias; & Machabaei;
Scripta prophetarum ſunt duodena ſimul;
Nempe Neemiae dedit hoſpitium liber Esdrae;
Et Ruth iudicibus hoſpita facta ſubeſt; an)
Scriptorisque ſui Baruch librum Jeremias
Poſt libri recipit poſteriora ſui.
Hinc Evangelii ſcriptores quatuor augent
Librorum numerum continuantque ſuos.

Poſt

an) Ruth liber iam ſuperius numeratus fuit, isque ſi tollatur calculus ad XLI. non XLII. aſurgit.

Digitized by Google

K. C. MCXCVIII

Poſt Apocalypſis, Paulique volumen, & Actus
In numerum veniunt, canonicusque liber
Poſtea de libris novi foederis clarius:
Hebraeos libri quadraginta duo ditant.
Octo libris vernat plebs tua Chriſte Jeſu.
Ex evangeliis ſunt libri bis duo. Quintus
Eſt Apocalypſis myſtica verba gerens.
Sextus Apoſtolicos luce liber exſerit actus,
Septimus & Pauli ſcripta profanda nimis.
Ultimus ex ſcriptis Jacobi, Petrique, Johannis
Et Judae, trahitur conſeriturque liber.
Exodi Cap. XXXIII. de Iſraelitarum angelo tutelari haec habet:
Audierat Moſes: Tecum meus angelus ibit;
Hunc petit, ut melius indicet illud ei.
Genti cuique ſuus cuſtos datur angelus. Hinc eſt,
Quod gens Judaeae ſub Michaele iacet.
Nemo niſi Michael adiutor in omnibus iſtis
Exſtitit. In libris hoc Danielis habes.
3. Reg. IV. De ſapientia Salomonis haec addit:
Invenit voces, quibus adiuvare ſolebat
Aegrorum morbos, ſubſidiumque dabat.
Obvia ſpiritibus invenit verba malignis,
Inde fugabat eos non remeare ſinens,
Deque karacteribus fuit auctor, quos pretioſis
Inſculpſit gemmis, mira potenter agens.
Quos cum radice, quam nouit, naribus aegri
Ponens, pellebat daemonis omne genus.
Cap. X. Reginam Auſtri de ligno crucis aliqua praedixiſſe perhibet:

Poſt

Digitized by Google

Poſt reditum regina ſuum quod dicere praeſens A. C.
Noluit, hoc abſens per ſua ſcripta docet. MCXCVIII
Indiciis certis regi poſt nobile lignum
In ſaltus poſitum nunciat eſſe domo:
In quo privetur vita pendens homo, cuius
Pro nece ius regni perdet Hebraea tribus.
Hoc metuens Salomon rex, intra viscera terrae
Abſcondit lignum, delituitque diu.
Donec promeruit piſcina probatica circa
Chriſte tuum tempus iſtud habere ſibi.
Eſſe crucem dicunt hoc lignum nobile, cuius
Virtus exſtinxit lumen Hebraee tuum.

Nabuchdonoſorem cum Cambyſe eundem fuiſſe docet in libri Judith prologo his verbis:

Euſtochio Paulaeque favens Hieronymus Actus
Tranſtulit inſignes hiſtoriamque Judith.
Qui magis ex ſenſu ſenſum, quam verba ſecutus
Ex verbis, egit ſcripta labore ſuo.
Rex Nabugiodonoſor Cambiſes dictus in anno
Regni bis ſexto grande peregit opus

4. Prodeat *Liber Ruth.*

Ad Ruth feſtinat Petri ſtylus huius ut actus
Depingat tenui carmine ſermo breuis.
In terra Iudae ſub quodam iudice plebem
Confundens coepit aegra vigere fames.
Hac vrgente fame timet Elymelec. Fugit. Exit 5.
De Bethlem, remanens in regione Moab.
Uxor adhaeret ei Noemi, puerique gemelli,
Hic Maalon, Chelion ille vocatus erat.
Sed vir ibi Noemi viduam moriendo reliquit

Cum

A. C. *Cum pueris. Spoſam duxit uterque puer.*
CXCVIII *Dicitur haec Orpha, Ruth dicitur illa. Decemq́;*
Poſt annos ſponſis mors viduavit eas.
Effundit lacrymas, profert ſuſpiria, natis
Orba ſuis mulier, & viduata viro.
Has lacrymas redimit ridentis gratia famae,
Quae terram Iudae narrat habere cibos
Ergo redire parat. Redeuntem gente relicta
Ruth ſequitur. Sequitur & ſimul Orpha comes.
Has Noemi remanere monet: Non eſt meus, inquit,
Ut veſter, populus, participesve dei.
Sed neque de vobis poſſum ſperare nepotes.
Natos quos genui mors tulit una duos.
Audit, & abſcedit, & tunc redit Orpha, ſed illam
Ruth ſequitur, quamvis illa reſiſtat ei.
Hanc licet impediat Noemi, iubeatque reverti
Ad populum, tamen haec inſtat, & inquit ei:
At quemcunq; locum diſponis pergere, pergam.
Qui deus, aut populus, eſt tuus ille meus.
Quae te ſuſcipiet morientem terra, ſepulcrum
Poſt metam vitae conferet illa mihi.
Ruth ſanctam notat eccleſiam de gentibus ortam,
Quae primum coluit idola plena dolis.
Nunc colit & recolit ſacra vera, deumque fatetur
Hunc ſolum, ſancti quem coluere patres.
Quae perventuram ſe ſperat, quo caro Chriſti
Conſcendit, poſtquam perſulit ille crucem.

Ruth

Digitized by Google

Ruth Noemi ſequitur, cum gens converſa priores A. C.
Moribus & meritis eſt imitata patres. MCXCVIII
Intrat cum Noemi Ruth terram plebis Hebraeae. 40.
Cum nova coeperunt hordea falce meti.
Haec petit arva Booth, ubi ſpicas carpit eundo,
Obſequiis gratam ſe facit eſſe ſuis.
Eſt ibi diſpoſitum propter ſua fata, quod illam
Ex Abrahae genitus ſemine ducat homo; 45.
Et qui dicatur in ſtirpe propinquior illi,
Sed vir talis eam ducere poſſe negat.
Mox alii cedit, & ſe discalceat ille,
Seque ſuo privat iure, locoque ſuo.
Iſte Booth: dominus vobiscum; primus ad illos 50.
Dixit, qui ſegetes falce ſecante metunt.
Laude favente decem maiorum Ruth datur illi:
Namque ſecundus erat iſte propinquus ei.
Hunc attende locum tu qui legis iſta. Iohannis
Baptiſtae formam continet iſte locus. 55.
Nam velut iſte prior cognatus ſe negat illam
Ducere, ſed poſt haec iungitur illa Booth.
Sic & praecurſor, quem plebs credebat Hebraea
Chriſtum: Non Chriſtus nominor; inquit eis.
Eſt ſponſus, quem vos neſcitis, & eius amicus 60.
Stat foris, & gaudens credit, & audit eum.
Hoc verbo ſe praecurſor discalceat: Eius
Corrigiam non ſum ſolvere dignus; ait.
Hocque modo Chriſtus ſe calceat, huius amictu
Carnis dum regitur, ut ſociemur ei. 65.
Ergo Ruth eccleſiam, ſignatq; Booth crucifixum.
Iungitur illa Booth: Jungitur iſta deo.

Ma-

Digitized by Google

A. C. *Maiorumque decem benedicit ſermo duobus,*
MCXCVIII *Ut det eis fructum, qui dare cuncta poteſt.*
Hic notat illa decem benedictio, quod benedici
70. *Gens ſalvanda Jeſu nomine ſemper habet.*
Nomen cerne Jeſu: Jota littera prima vocatur,
Demonſtratque Jeſum, ſignificatque decem.
Vita per hoc nomen datur omnibus, & benedici
Abſque Jeſu ſolo nomine nemo poteſt.
75. *Illo Booth generavit Obeth de Ruth. Pater iſte*
Efficitur Jeſſe. Fit pater iſte David.

II. Petri de Riga *ſpeculum eccleſiae* carmine exſtat manuſcriptum in Bibliotheca Caroli Theyeri n. 288. *ao*)

III. Exſtant & *Carmina* Petri de Riga manuſcripta in Bibliotheca Bodleiana ex donatione Kenelmi Digbaei n. 104. *ap*)

LXXXIII.

AEGIDIVS.

Delphenſis, de quo BARTHIVS p. 755. ad Gvilielmum Britonem. *a*) Ex iis, quae in Petro de Riga dicta fuerunt, conſtat eum clericum fuiſſe Pariſienſem. Inde Pariſienſis dicitur in Codice quodam manuſcripto Collegii S. Trinitatis apud Cantabrigiam. *b*) Non confundendus eſt cum Aegidio Pariſienſi Auctore Carolini, quod facit Chriſtopho-

rus

ao) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. II. Vol. I. p. 202. n. 6658. *ap*) v. Catalogos cit. T. I. P. I. p. 82. n. 1705.

LXXXIII. *a*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 718. *b*) n. 35. v. Catalogos cit. T. I. P. II. p. 96. n. 890. *c*) Pandectar. Brandenburg. p. 45. b.

Digitized by Google

rus HENDREICH. *c*) Videtur enim innuere noſtrum AEGIDIVS Pariſienſis in Karolini libro V. qui ſcriptus tempore Coeleſtini Papae inter A. MCXCI. & A. MCXCVIII. ubi eum Petro, forte de Riga, iungit his verbis: *d*) A. C. MCXCVIII

Cum ſit & hic alius noſtrae non indecor urbi.
Oris adornati ſolo mihi iunctus in uſu
Nominis; in reliquis maior meliorq; gerendus.

Quod ad ſcripta:

I. Petri de Riga *Auroram* correxit, & ſupplemento auxit. Non totam auroram compoſuit Aegidius, ſed eius ſolum partem. Hinc minus accurata eſt inſcriptio: *Mag. Aegidii Aurora*; quam habet Catalogus Codicum, quos Gv. Laud. donavit Bibliothecae Bodleiane. *e*)

II. Adiecit Aurorae aliqua Aegidius. In his eſt *Praefatio* metrica *Novo Teſtamento praemiſſa* quam ex vetuſtiori Codicum Aurorae Helmſtadienſium manuſcripto exhibeo:

Incipit prologus ad Odonem
Pariſienſem epiſcopum

Utile cum dulci ſtudio miſcere ſategi,
Quando haec incluſi myſtica lege metri.
Ex ſe res quod ametur habet. Modulatio praeſtat,

d) in Fr. DVSCHESNE Hiſtor. Francor. Scriptor. T. V. p. 323. *e*) E. n. 70. Tr. 1. in MSS. biblioth. Bodlei. n. 993. v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 62.

Digitized by Google

A. C. *Ut magis e facili posſit in aure bibi.*
MCXCVIII *Nil aeque cupio, quantum ut ſit fructus in iſtis,*
Mentem lectoris aedificaſſe mei.
Res ideo tractare ſacras poſt illa reducor,
Quae quondam ex animo forte fuere levi.
Sicque decebat, niſi tot iam ante negotia luſi,
Ut cuperem vel nunc ad meliora rapi.
Munus ab Aegidio miſſum tibi ſuſcipe quaeſo,
Magne pater, praeſul Pariſienſis, Odo.
Saepe aliquo volui vobis ſerviſſe videri,
Nec ſatis adverti, quomodo poſſet agi.
Donec eo libro, qui Bibliotheca vocatur,
Cauſa ad rem faciens, & ſatis apta, datur.
Vulnificabat enim defectio magna libellum,
Cui neque quae decuit ianua prima fuit.
Poſt faciens ſaltum, de paſchali nihil agno
Dixit. In hoc languens, deficiensque, loco.
Forſan materia eſt nimis ardua viſa canenti.
Forſitan & feſſus rapuit actor bonus.
Quocirca, a ſociis crebro multumque rogatus,
Iſtum defectum tollere velle. Tuli.
Iuſuper in libris Tobiae, Judith, & Eſther,
Et Machabaeorum, myſtica multa dedi.
Poſt toto veteri ſupplevi in corpore legis,
Ut magis adverti, quicquid abeſſet ibi.
Quicquid non remis viſum eſt debere quod auri,
Id plerique ſuis inſeruere libris.
Deinde evangelio, quicquid quaſi feſſus omiſit,
Maxima ſupplendi cura laborque fuit.
Totq; fuere, qui haec perſcribere vix ego geſſi
Spem,

Digitized by Google

Spem, ſi tentarem, poſſe nocere mihi. A. C.
Poſtea collegi per ſingula, quae caput idem MCXCVIII
Textus, & expoſitor promtus ubique fui. 35.
En ego perſcripſi vobisque in minima miſi,
Sicut dilecto praecipuoque pater.
Non quia non eſſet modulus faciendus ad aures
Tanti pontificis ardui ore chely. 40.
Verum materiae pro maieſtate patentur
Sicut quae deceant & ſatis apta dari.
Sunt nonnulla quibus, veniam peto non bene miſſis
Sed fuit id fieri lege neceſſe metri.
Eſſe etiam clemens optatur vad omnia lector 45.
Nam neque ineſt elegis forma vetuſta nimis.
Nec cito proſiliant noſci in commune, ſed ante
Privati incipiant & ſine teſte legi.
Imo ſub examen veniant prius. Inde favorem
Sub titulo veſtro, ſi meruere, ferant. 50.
Tunc tandem dicant eſſe haec ſupplemina noſtra.
Ac tu lector ubi ſic deces eſſe nota.
Nam quia ſum libri conſutor factus ubique
Verſiculis noſtris praetitulatur aens.

III. *Epilogum* etiam aurorae ſubiecit Aegidius, quem ad verba manuſcripti primi Helmſtadienſis exſcribo:

Hic exoptat corrector aeternam beatitudinem editori libri, ſibi quoque, & lectoribus:

His te Petre tui merito mediante laboris

Digitized by Google

A. C. *Conſociet Chriſto, connumeretque viris.*
MCXCVIII *Ut cum de luteo ſaluet de carcere regni.*
Conſortem faciat participemque ſui.
Qua ne fraudari poſſis mercede, beate
Vivere te tribuat, & ſine labe mori.
Me ſimul miſeriae qui libri abrupta redegi,
Nec comes, immo cliens, hic tibi, Petre fui.
Sed quis ſim taceo. Volo namque latere, minusque
Munus, plus oculis cognitus eſſe dei.
Novit enim dominus ob publica commoda fratrum
Quid ſuper hoc motus qualia nota tuli.
Cumque ſit iſtud opus, quod non niſi coelitus hauſit
Mens tua. Te dante velle vacare rei.
Fratribus ac facta pro commoditate legendi
Si qua tua eſt merces in regione poli
Me quoque muniſicet propter ſuppleta libelli
Portio perpetui quantulacumque boni.
Et tu lector habe partem precis huius, utriquo
Si noſtrum cupias, idque preceris agi.
Dicito: fiat. Ego reſpondeo ſic cupienti:
Te quoque contingat hac prece poſſe frui.

IV. Excipit epilogum *narratio* quaedam, quae quidem Aegidii nomen non praefert, ei tamen forte non incommode adiudicatur. En eam ex eodem manuſcripto:

De numero librorum utriusque teſtamenti, & modo legendi.

Clau-

Digitized by Google

Clauditur iſte liber in quadraginta libellis. A. C.
Dat triginta duos lex vetus. Octo nova. MCXCVIII
Sunt ita diſpoſiti mira brevitate libelli,
Praeſcripti numeri monſtrat ut ordo tibi.
Ore ſtiloque dei digeſtus & editus orbi
Canon Scripturae creditur eſſe ſacrae.
Qui tamen excipit hos: Thobi, Judith, & Machabaeos,
Et Baruch, atque Jeſum, pſeudographumque librum.
Sed licet excepti, tamen hos autenticat uſus
Eccleſiae, fidei regula, ſcripta patrum.
Scito quod iſta dei digito digeſta fuerunt.
Altus hic eſt puteus, grandis abyſſus ineſt.
Omnia non caperes ſi ſecula multa videres,
Et ſtudio vigilans, & ratione vigens.
Spiritus iſta docet doctor, qui conditor idem,
Quique ſcienda dedit, hic quoquè ſcire facit.
Scire facit, ſi mente ſtudes, ſi ſedulus inſtas.
Cum prece dans ſtudium, cum ſtudioque precem
Sic ſtuduere patres, ut pagina ſacra pateret.
Sic reſerant ſancti clauſa ſigilla libri.
Simplex multiplicem cortex hic continet eſcam.
Littera ceu cortex. Senſus ut eſca triplex
Hiſtoricum, typicum, moralem diſcute ſenſum.
Si cupis hoc typico te ſatiare cibo.
Cum legis hiſtoriae textum, bibitur quaſi dulcor
Lacteus, aut potius ſimplicis hauſtus aquae.
Nec multum iuvat hic. Cumquis tamen appetit, eius

A. C. *Spiritus exemplis ut recreetur agit.*
MCXCVIII *In typico ſenſu vini ſentitur acumen.*
Potus inebriat hic, exhilaratque magis.
Qui bibit hoc vinum ſcripturae, ſaltibus altis
Venatur, reperit, conſequiturque Jeſum.
Moralem vero cum dat tibi lectio ſenſum,
Tunc quaſi mellitum ſugis in ore favum.
Hae ſunt deliciae, quibus intus paſcitur, & fit
Dives mens hominis moribus inde bonis.
Horum tu quodcunque feras ut praemia iuſtis
Vel quae ſunt, diſcis, flagra ferenda malis.
Proximus inde deo propter condimen honoris,
Inde timoratus & bene cautus eris.

V. Adnectitur & Aurorae eiusdem Aegidii tractatus de *Poena Infernali* metricus, quem in Matthaeo Laudunenſi exhibebo.

VI. *Myſterium de Agno Paſchali per Mag. Aegidium*, velut ſingulare ſcriptum adducitur inter codices manuſcriptos, quos Gv. Laudus donavit bibliothecae Bodleianae, *f*) quod tamen non niſi excerptum quoddam ex Aurora eſſe arbitror.

LXXXIV.

MATTHAEVS.

Laudunenſis. Nomen eius occurrit in tractatu quodam poetico, in quo de aeternitate poenarum infernalium inter hunc Matthaeum & Aegidium diſceptatur. Legi-

f) E. n. 70. Tr. 2. in MSS. bibliothecae Bodlei. n. 993. v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 62.

Digitized by Google

gitur ille in MSto quodam Helmſtadienſi Codice, qui Auroram Petri Rigae exhibet, eoque vetuſtiori, ex quo illum huc transſcribemus: A. C. MCXCVIII

Tractatus de eo, quod poena apud inferos non ſit aeterna. Et rurſum e contrario quod Ipſa ſit aeterna. Bene enim poteſt utrumque ſuſtineri.

Et hoc docetur his verſibus Magiſtri Aegidii.

Saepius in ſacris poenae fit mentio ſcriptis,
Quae punit reprobos tartareosve reos.
Quare poſt finem libri bene debuit huius
Mentio ſupplicii quantulacunque ſequi.
Hic ſibi doctores quaſi diſſentire videntur,
Forſitan & quaedam dogmata parva ſerunt.
Quod ſit, vel non ſit, ea poena perennis, eorum eſt
Mutua lis, & in hoc quia tueantur habent.
Inde vir illuſtris urbis Matthaeus alumnus
Laudani, breve quid tradere dixit in his.

Verſus Magiſtri Matthaei Laudunenſis.

Manibus inferni non eſt data poena perennis,
Namque duplex in eis eſt data poena reis.
Credo quod in coelis largitur gloria iugis,
Cum ſit ab aeternis motio nulla iugis.
Manibus infernis ſic eſt data poena perennis
Nam lapſis in eis fit fuga nulla reis.

Verſus Magiſtri Aegidii.

Digitized by Google

A. C. *Iſte quaſi tetigit, quod poſſet utrumque tueri,*
MCXCVIII *Srutari placuit utraque dicta mihi.*
Sique ſua eſt, in quo brevior, ſententia: vi-
ſum eſt
Illud ut exſequeres uberiore ſtylo,
Manibus eſſe volunt poenam pleriq; perennem.
Oppoſiti plures inficiantur idem.
Eſt opus attendi, quid & hi ſectantur, & illi,
Ad quod ut attendas hoc breve dogma dedi.
Diſtinguendo ſolent diverſe ſumere poenam
Unde ſit ex variis utraque ſecta modis.
Quod poena inferni eſt aeterna.
Eſt inſtrumentum, quod punit, poena: Vocari
Nomine ſic poenae furca latronis habet.
Poena poteſt etiam dolor in patiente vocari,
Sive ex illatis anxietudo malis.
Hoc utroque modo poena eſt inferna perennis,
Perpetuusque rogus, perpetuaeque nives.
Sic etiam nunquam patientum paſſio ceſſat
Semper qui patitur hic alibive dolet.
Quod poena inferna non eſt aeterna.
Alterius ſectae reſtat documenta videre.
Auguſtinus ait: Eſt quaſi poena duplex,
Et quaſi de nivibus eſt tranſitus ad gravis ae-
ſtum
Ignis, & ad gelidas rurſus ab igne nubes.
Hic iam non eſt ipſa anxietas, neque poenam
Ardores dicit, frigora ſive nivis.
Haec duo poena duplex. Eſt quaedam poena ni-
valis
Algor. Et igneus eſt altera poena calor.

Haec

Digitized by Google

Haec vero sibi sunt contraria, nec retinendo A. C.
Hoc proprii quod habent, insimul esse queunt. MCXCVIII
Haec simul esse nequit: subiecto in simplice sicut
Spiritus est, duplex dissona poena sibi.
Nam patiens istum dum sustinet, altera cessat
Interea Quare neutra perennis erit.
Altera sentitur, sed neutra simul, patienti.
Sicque nec in sensu perpetuatur ei.
Judicium simile est. Ex omnibus ergo perennis
Dici nulla potest, quae variamen habet.
Posset enim dici revera poena perennis:
Si calor aut algor semper inesset eis.
Sed nunc sentitur calor, & nunc algor, & una
Instanti pariter neuter inesse potest.
Immo magis physice si disquiratur, oportet
Altera ubi perstat, altera poena vacet.
Ignis enim non est calor in nive, sed nivis algor.
Sic neque sentitur algor in igne nivis.
Imo magis, cum, qui punitur, transit ad ignem,
Ipsum iam punit ignis in igne calor.
Solatio, ubi ostenditur, quid melius tenendum sit.
Non cadit a vero, qui sic intendit, & idem
Subtili graditur artificique modo.
Explicui, quid id est, sed abominor hoc male dictum:
Poena quod infernis nulla perennis inest.
Nam quasi dicitur hoc, tanquam si dicere restet,
Quod neque puniri debeat ullus ibi.
Aut quod eo lapsis sit abinde redemtio, circa

A. C. MCXCVIII

Scripturae volitum, ſanctaque dicta patrum.
Nulla poena perennis meſt infernis.
Simplex quis ſermone capi poſſet bene in illo,
Eſt tamen in ſenſu vera loquela ſuo.

Determinatio.

Nam ſi ſumatur ſubiecti ex parte perennis,
Tunc ſenſum falſum falſa loquela facit.
Infernis vero poſt verbum iuge perennis
Senſus opertior hic, ſed bene verus erit.
Opinio prior & melior & facilior, qua aïcitur, quod poena inferna, ſive quae
infernis infertur, eſt aeterna.
Verior illa prior retinetur opinio, vera
Cum ſit, & haec haereſin velle fovere ſapit.
Hanc ideo reprobo, nolim in commune fateri,
Unde ſit infirmis forte ruina mali.
Dicere tutius eſt, quod quisq; fatetur, & absque
Omnibus involucris, & ſine nube, patet.
Dicere quod iugis eſt: in coelo gloria iuſtis
Ex aequo eſt iuſtis, poena futura malis.
Nam quanto eſt maior, qui offenditur, hoc quoque maior
Debet poena geri, qua ſatagatur ei.
Verum infinite eſt magnus deus. Ergo ſuis eſt
Poena infinite magna ferenda reis.
Aeternus deus eſt. Aeternaque poena ferenda eſt
His, quibus offenſus per male facta deus
Hae ubi iam dixi ſit ſufficientia dicti:
Nam bene cuncta reor expoſuiſſe tibi.
Aegidii neſcit Trevienſis muſa, docendis

Se

Digitized by Google

Se quibus implicuit, ut libet esse brevis. A. C.
Nam ubi deducat in apertum cuncta tenorem, MCXCVIII
Sicut mens dictat, desipuisse putat. 95.
Cumque aliquid lego, rectus ibi mox quaeritur ordo,
Omniaque ut pateant, inque tenore bono.
Si secus invenio, supplendi caetera voto
Saepius haud possum continuisse manum. 100.
Haec mihi causa fuit, ut Rigae inventio Petri
Cresceret adiunctis bibliotheca metris
Nam bene non poterat plena integritate doceri,
Si non sciretur quicquid abesset ibi.
Hoc autem adiuncto tum detruncatio nulla 105.
Librum deturpat, plenaque summa patet.
Hoc quoque fecit, ut hos simili de themate scriptos
Adiicerem versus post tua dicta meos.
Sed praeiudicium nolim pro versibus istis
Versibus ut fiat docte Matthaee tuis. 110.
Tu brevis es, prolixus ego. Subtiliter ipse
Incedis; Petitur semita lata mihi.
More meo dixi. Si plenius aut magis apte.
Non ideo tua sit musa molesta meae.
Cesset in hoc livor. Sit mutua gratia nobis. 115.
Inque vicem nostrum dicat uterque vale.
Explicit de poenis infernalibus.

LXXXV.

ANONYMVS.

Canonicus Altidisiorensis.

Exstat in Codice quodam manuscripto Helm-

Digitized by Google

A. C. MCXCVIII

Helmſtadienſi Aurorae Petri de Riga, carmen hac inſcriptione: *De laude libri & utilitate legendi hunc librum.* In MSto vero Gvelpherbytano eiusdem Aurorae hunc gerit titulum: *Verſus cuiusdam Canonici de ſancto Mariano Alsidiſiorenſis monaſterii ordinis.* Dabimus illos ad ductum utriusque codicis:

Stringere pauca libet bona carminis huius & ipſum
Laude vel exili magnificare libet.
Hic ea triticea eſt panisque allata farina
Hebraeo populo de Pharaonis humo.
Hic illud miſſum de coelo manna ſaporum.
Omnem guſtanti qui ſapit ore cibum.
Omne quia ſapiens epulum, quod continet omnem
Vivendi formam, conſiliique modum,
Ut brevius curram per ſingula: Praeminet auro
In pretio; Soli luce; Sapore fava,
Quod facit humana generi, quod ſol facit orbi;
Sol terrae lucet. Luce cor iſte replet.
Fons eſt hortorum, puteus vel abyſſus aquarum,
Quarum potus alit pectora corda rigat.
Paſcua coeleſtis; cellaria regia; coelum
Tot ſignis fulgens, quot ſacramenta tegens.
Poma noua, & vetera, quae ſponſo ſponſa reſervat.
Poma ſub inculto a) cortice grata vimis.
Hic calamus ſcribae ſubito ſcribentis. Hic arcus,
Qui

LXXXV. a) MS. Helmſt. *incluſo*

Digitized by Google

Qui curativo vulnere corda ferit. A. C.
Hic rota, ſive rotae, quarum ut mare viſto mira, MCXCVIII
In medioque rotae fertur ineſſe rota, 20.
Quatuor his facies, ſpecies eſt una. Levantur,
Stant vel eunt. Prout has ſpiritus intro regit.
Hic liber in dextra regnantis ſcriptus, & intus, 25.
Et foris. Intus habens myſtica, plana foris.
Quem comedens quaſi mel fore ſcribit Eze-
chiel, in quo
Lamenta, & carmen, vae quoque, ſcripta
refert.
Hic Moſi facies, quae velo tecta. Videri
Non valet. At Chriſti luce retecta patet. 30.
Per Moſen typico, per Chriſtum ſangvine vero
Hic liber aſperſus remque typumque gerit.
Lex nova: res, Antiqua: typus. Diffuſior illa.
Haec brevior. Retegit iſta, quod illa tegit.
Dumque rei teſtis typus exſtat, abyſſus abyſſum 35.
Invocat. Utraque lex nomen abyſſus habet.
Sic brevitate libri gemmae clauduntur abyſſi.
Utraque magna nimis, nullus utramque ca-
pit.
Jugiter hic legem meditari inquirere, noſſe.
Quid niſi coeleſti luce ciboque frui. 40.
Nil homini melius, quam, ſi divina legendo,
Figat ibi vitam, quo ſibi vita venit.
Vita fidesque, quibus ad vitae dona venitur,
Non niſi divinis ſcitur ineſſe libris.
Libros ergo lege, quibus inſunt paſcua vitae, 45.
Congeſtos pariter, quos capit iſte liber.
Felix qui ſitit haec, & eodem fonte ſaporem

Ar-

Digitized by Google

A. C. *Attrahit, ut vitam condiat inde ſuam.*
MCXCVIII *Nam niſi ſic ſapiat, ſapientem non puto quando*
50. *Nil ſibi quod didicit codice corde ſapit.*
Qui ſtudet his, vel propter opes, vel propter honores,
Non ſapit. It prorſus a ſapiente procul.
Spretor opum ſapiens, opus eius cultus honeſti,
Pax animi, fructus, gloria finis erit.
55. *Non niſi propter ſe vult ſe ſapientia queri*
Qui colit hanc audi, quae metit inde bona.
Purior affectus, ſenſus fit clarior, & mens
Liberior mundo, carneque preſſa minus.
Lectio iugis alit virtutes, lucida reddit
60. *Intima, declinat noxia, vana fugat.*

LXXXVI.

AEGIDIVS.

Pariſienſis. Diverſus ab interpolatore Aurorae Petri de Riga. Scripſit Poema, cui tit. *Carolinus* teſte Joan. PICARDO: qui & verſus inde aliquot producit in Not. ad Bernhardi Epiſt. p. 2252. & 2259. Phil. LABBE p. 54. Nov. Biblioth. promittit, hoc Poema, in V. libros diviſum, ſe editurum ex MSc. Fragmenta de Ludov. VIII. Reg. Gall. & de Pariſienſibus literatis ex Carolino Aegidii Pariſienſis ſcripto ad inſtructionem eiusdem Ludovici, inſeruit Hiſt. Franc. Tom. V. dū Cheſne. *a*)

LXXXVII.

XXCVI. *a*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 45. b.

Digitized by Google

LXXXVII.

A. C. MCC.

NIGELLVS.

WIRFKER cognomine. VIGELLUS minus recte dicitur in editione ſpeculi ſtultorum ſeculi XV. in fol. & Gvelpherbytana A. 1662. WIRECHEZ dicitur in codice quodam manuſcripto; *a*) WETEKRE in alio; *b*) utrumque, ut puto, falſo. Monachus fuit Cantuarienſis tempore Richardi I. Regis Angliae mortui A. MCC. *c*)

Scripſit I. *Brunellum*, ſive *ſpeculum ſtultorum*. Quamvis IOANNEM Sarisberienſem libelli auctorem faciat Thomas SMITHUS. *d*) Tituli & libri ſui rationem explicat Auctor in Prologo, cui diſtichon hoc immediate ſubdit:

Burnelli ſpeculam merito liber iſte vocatur
Cuius ſub ſpecie ſtultorum vita notatur. e)

Carmen eſt elegiacum, initio: *Auribus immenſis quondam donatus*. Inſcribitur diverſa ratione liber. Videlicet: *Burnellius aſinus, ſive ſpeculum ſtultorum, de aſino qui volebat caudam auferri & novam crevit*: in Catalogo codicum manuſcriptorum Digbaea-

XXCVII. *a*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. II. P. I. p. 78 1628. *b*) v. Thomae SMITHI Catalogum Bibliothecae Cottonianae p. 2. Julius A. VII. 5. *c*) v. Catalogos cit. l. c. & SMITHVM l. c. *d*) l. c. p. 118. E. XII. 3. *e*) v. Catalogos cit. l. c. p. 138. n. 2387.

Digitized by Google

A. C. MCC. norum; *f*) *Speculum ſtultorum vel Burnellus:* in codice manuſcripto Bodleiano. *g*) Minus recte titulos prae ſe fert ſequentes: *Will. Nigelli alias Burnelli ſpeculum ſtultorum:* in Catalogo bibliothecae Bodleianae; *h*) Vel. *Burnellii ſpeculum ſtultorum per Will. Nigellum Wireker:* in eodem catalogo; *i*) Vel: *Will. Burnelli ſeu Nigelli ſtultorum ſpeculum:* ibidem; *k*) Vel: *Gvil. Nigelli liber Brunellus dictus:* in Gvilielmi PERRY Catalogo librorum manuſcriptorum bibliothecae Norfolcianae in Collegio Greshamenſi apud Londinium; *l*) Vel: *Brunelli Poema*: in catalogo librorum manuſcriptorum Franciſci Bernardi. *m*) Rectius inſcribitur: *Nigelli liber ad Wilhelmum, qui dicitur Speculum Burnelli, ſeu ſpeculum ſtultorum Carmine Latino:* in Bibliotheca Bodleiana. *n*) Miſſi enim ſunt hi verſus ad Gulielmum Epiſcopum Elienſem, R. Richardi primi Cancellarium. *o*) Prodiit incerto anno & loco Brunellus, ſeculo tamen

XV. hoc initio: *Incipit epiſtola veteris Vigelli ad Gvilhelmum amicum ſuum ſecretum, con-*

f) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. I. p. 78. n. 1628. *g*) v. Catalogos l. c. p. 113. n. 2159. *h*) l. c. p. 133. n. 2535. *i*) l. c. p. 138. n. 2587. *k*) l. c. p. 155. n. 3041. *l*) l. c. Tit. II. P. I. p. 74. n. 2922. *m*) l. c. p. 90. n. 3602. 32. *n*) l. c. T. I. P. I. p. 179. n. 3852. *o*) v. Thomae SMITHI Catalogum Bibliothecae Cottonianae p. 2. Julius A. VII. 5.

Digitized by Google

ſecretum, continens integumentum ſpeculi ſtul- A. C.
torum ad eundem directi. in f Conſtat foliis MCC.
7a. Ad hanc editionem expreſſa eſt ſequens:
Brunellus Vigellii, & vetula Ovidii. Seu o-
puſcula duo auctorum incertorum: prius qui-
dem Vigelli, qui fertur, ſpeculum ſtultorum;
poſterius vero libri tres de vetula, Ovidii, fal-
ſo ſic dicti: Ambo ante duo prope ſecula iun-
ctim publico charactere Coloniae excuſa, nunc
vero denuo ex Illuſtri quadam Saxoniae Infe-
rioris bibliotheca deprompta, atque e vetuſto
Exemplari in hanc minuſculam compagem bo-
na fide confirmata. 1662. Wolferbyti typis Sterniis. In oct. plag. 15½ Bibliotheca, ex qua exemplar habuit editor, eſt Auguſtea Gvelpherbytana. Fallitur vero quod ea iunctim prodiiſſe ſcripta putat, cuius contrarium characteris diverſitas evincit, quamvis in uno eodemque volumine compacta ſeſe excipiant.

Exſtat & Brunelli exemplar excuſum ſeculo XV. ſine mentione loci, & anni, titulo: *Brunellus in ſpeculo ſtultorum.* in oct. plag. 8. Forte haec eſt editio Colonienſis Anni 1499. cuius meminit Gv. CAVEVS. p) Evulgata eſt Francofurti A. 1602. in oct. Praxis iocandi, cui q) inſerta: *De aſino aſinos mores atque ingenium contra naturam exuere conante narratio.* Eſt ea ipſe Brunellus. In

p) de Scriptor. Eccles. p. m. 603. q) p. 382. ſq.

A. C. MCC. utraque posteriorum editionum auctor recte Nigellus nominatur, quem priores binae Vigellum appellaverant. Fragmentum ex speculo Brunelli manuscripto inseruit Ant. a wood historiae & antiquitatibus Universitatis Oxoniensis ed. Oxon. 1674. r) Aliud fragmentum exstat in Thomae SMITHI Catalogo librorum manuscriptorum bibliothecae Cottonianae Oxonii 1696. s) Exstat speculum stultorum manuscriptum in bibliotheca Academiae Juliae correcti-us longe edito exemplari Gvelpherbytano, quod ad manus nunc est. Dabo solum prologum speciminis loco:

Suscipe pauca tibi veteris, Gvilelme, Nigelli
Scripta: minus sapido nuper arata stylo.
Hoc modicum novitius opus tibi mitto legendum
Maxima pars animae, dimidiumque, meae.
Ipsa superficies quamvis videatur inepta,
Materiaeque rudis, verba diserta minus.
Multa tamen poterit lector studiosus in illis
Sensibus & studiis carpere digna suis.
Non quod verba sonant, sed quae contraria verbis
Insita sensus habet, sunt retinenda magis.
Quis velit ex auro vitrea pro dogmate sumto
Serius aliquando plurima perlegat.
Saepius historiae brevitas mysteria magna
Clau-

r) L. l. p. 56. s) p. 2. Julius A. VII. 5.

Digitized by Google

Claudit, & in vili res pretiosa latet. A. C.
Quicquid ad exemplum morum scriptura pro- MCC.
pinat 15.
Doctrinae causa debet habere locum.
Saepius admiror, dum tempora lapsa recordor:
Quam fuerint nobis, quaeque notanda tibi.
Nil cum praeterito praesens mihi tempus ha-
bere
Cernitur, in caudam vertitur omne caput. 20.
Fit de nocte dies; tenebrae de luce serena;
De stulto sapiens; de sapiente nihil.
Fit Catonem tardus hebes; linguam facundus Ulys-
ses
Perdidit, & stabiles non habet aura vices.
Plusque Catone sapit, magus est facundus U-
lysses: 25.
Qui modo mutus erat mente manuq; carens.
Quique fuit sapiens duro sub tempore belli:
Hunc quasi delirum tempora pacis habent.
Et qui nil sapuit, nisi stultum, tempore duro,
Postquam pax, rediit incipiesse Cato 30.
Quodque magis miror, furantur Nestoris an-
nos,
Quos nondum partus edidit ipse suus.
Dum fortuna parit, dum partus prodigiosos,
Redditur ex partu prodigiosa suo.
Prodiga facta magis, quam provida prodigio-
sum 35.
Constitit ante suam se peperisse diem.
Nam puer [illegible]s Ciceronе disertior ipso
Fingitur & magno scire Catone magis.

Digitized by Google

A. C. *Omnia lunari ſubiecta globo reſerare*
MCC. *Novit, & interdum myſtica multa videt.*
40. *Qualemcunque virum cupies quantumque diſertum*
Fingere mente, manu pingere, talis erit.
Talis apud tales, talis ſub tempore tali,
Subque ſuo tali iudice talis erit.
45. *Sicque dealbatus paries depingitur extra*
Interius plenus ſordibus atque luto.
Sic pictura lutum veſtit; ſic gemma venuſtat
Stercora; ſic aurum putrida ligna tegit.
Qui nihil eſt per ſe, nec habet, quo tendat in altum,
50. *Expedit, alterius vt relevetur ope.*
Eſt tamen abſurdum, cum quilibet, ex alieno
Intumet, alterius quam tumuiſſe decet.
Quamvis de propria cum quis virtute ſuperbis
Sit vitium, levius hoc tamen eſſe puto.
55. *Conſvetudo tamen ſolet attenuare pudorem,*
Reddit & audacem, quem mora longa iuvat.
Regna licet teneat, ſceptrumque leonis, aſellus,
Juraque det populis, ſemper aſſellus erit.
Aſperior tamen eſt, in ſede leonis aſellus
60. *Si poſitus fuerit, quam foret ipſe leo.*
Pelle leonina tectum detexit aſellum
Faſtus & excedent gloria vana modum.
Si moderata foret ſaltem ſub imagine falſa
Res ſimulata diu poſſet habere locum.
65. *Sed nimis impatiens gravis in novitate vetuſtas*
Praecipites ſaltus in ſua damna dedit,
Dum miſer ipſe ſibi factus fuit, ex alieno
For-

Digitized by Google

Fortunam didicit ſe didiciſſe ſuam, A. C.
Perdidit invitus male ſe ſimulante leonem MCC.
Quod bene ſive male credidit eſſe bonum. 70.
Si qua minus prudens male perdidit, ex alieno
Perdidit, ex proprio nil periiſſe liquet.
Quae fuit ante ſibi nulla mediante figura
Permanet: ex proprio perdidit ergo nihil.
Qui leo non potuit fieri ſi fiat aſellus 75.
Sufficit. Alterius ſarcina pondus habet
Quodque magis fertur magis eſt oneroſa fru-
enti
Reſpectu vario pondera pondus habent.
Samius ergo foret alienum non rapuiſſe
Quam cum dedecore non retinere ſuum. 80.

II. *Monita* ad amicum Lib. 1. initio: *Poſt-quam triſtis byems zephyro. t*)

III. Adverſus *barbariem* Lib. I. initio: *Si mihi credideris linguam cohi;* indicantibus BALEO & PITSEO, *u*) qui tamen falluntur: tribuendum enim hoc ſcriptum JOANNI Sarisberienſi eſſe, ipſi teſtantur BALEVS, *w*) & PITSEVS. *x*)

IV. Verſus Nigelli ad Honorium Priorem Cantuarienſem videlicet 1. De ligno dulci, de Monachis, epiſtola paraenetica, de S. Catharina, de virtutibus monachi, epitaphium Emmae, cum aliis. 2. Miracula S. Mariae genitricis, virginis Mariae lib. 3. ubi de

t) Jo. BALEVS Scriptor Britann. Cent. 3. n. 50. & Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. ſcriptor ib. n. 286. u) Ll. cc. w) Cent 3. n. 1. x) n. 253.

A. C. MCC. S. Dunſtano, de Juliano Apoſtata interfecto, de S. Ildefonſo, & aliis agitur: exſtant manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Veſpaſianus D. XIX. I. y)

V. Verſus Nigelli Wireker, Monachi Cantuarienſis, continentes praecepta moralia: exſtant in eadem Bibliotheca Cleopatra B. III. 5. z)

LXXXVIII.
PETRVS.

Bleſenſis, Archidiaconus Bathononenſis, *a)* & apud Cantuarienſem Archiepiſcopum Cancellarius *b)* Claruit ſub Friderico Imperatore primo A. MCLX. *c)* Friderici Barbaroſſae obitum deplorat Epiſt. 172. A. MCXC. *d)* Obiit circa A. MCC. *e)*

Scripſit I. Tractatum de *Euchariſtia* metrice *f)* Exſtat inter eius opera cum notis Petri Guſſanvillenſis &c. *g)* Carmen de ſacra Euchariſtia hexametrum, quod ſecundum editoris coniecturas Petro Bleſenſi tribuitur, Petro Anſelmo adſcribit Caſpar BARTHIVS. *h)*

II.

y) v. Thomae SMITHI Catalogum p. 115. z) v. SMITHI Catal. p. 137.

LXXXVIII. *a)* Jo. TRITHEMIVS de S. E. p. 395. *b)* v. Aub. MIRAEVS in Auctar. d. S. E. n. 371. *c)* v. TRITHEMIVS l. c. *d)* v. Jo. Alb. FABRICIVS not. ad Trithemii l. c. *e)* v. MIRAEVS l. c. *f)* v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 589. *g)* v. Jo. Alb. FABRICII Bibliotheca Lat. ed. Hamb. 1712. p. 721. *h)* Animadverſ. ad Papin. Statii IV. Thebaid. p. 1153.

Digitized by Google

II. Carmen Petri Blesensis & aliorum de *vino, cerevisia*, &c. exstat manuscriptum in bibliotheca Joannis Mori n. 131. 3. 1. A. C. MCC.

LXXXIX.

GVILHELMVS.

Peregrinus dictus, cum enim accepisset, expeditionem in Saracenos per Regem Richardum parari, accinxit se ad iter illud, non tantum ut miles, sed etiam Peregrinus. Claruit A. MCC. *a*) Poeta per eam aetatem excellens iudice Jo BALEO. *b*)

Scripsit I. *Oliveporicon Richardi* regis Lib. I. Vidit enim ea, quae in mari Hispanico fiebant, vidit quae in Syria & Palaestina commissa fuerunt in Sultanum Babyloniae Regem ac perfidos Saracenos. Omnia haec scripsit & vivis depinxit coloribus, ita ut quasi prae oculis totum poneret negotium: idemque argumentum cum Ricardo Canonico non infeliciter Heroico pertractavit carmine: opuspue iam absolutum Huberto Cantuariorum archiepiscopo & Stephano Turnehamo capitaneo rerum bellicarum dedicavit. *c*)

II. Alia plura *versu*. *d*)

a) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. II. P. I. p. 364. n. 9317.

LXXXIX. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. III. n. 49. *b*) l. c. *c*) v. BALEVS l. c. *d*) v. Jo. PITSEVS de illustr. Angl. Scriptor. ed. Paris. 1619. p. 266.

Digitized by Google

A. C. MCC.

XC.
SIMON.

FRAXINVS, quem Joannes LELANDVS ASHE fuiſſe patria lingua dictum fatetur. Herefordiae inter Canonicos ſedis Pontificiae, quos vocant Praebendales, non infimum tenuit locum. Claruit A. MCC. *a*)

Scripſit I. *Pro Giraldo* adverſus Adamum Ciſtercienſis ordinis monachum & Abbatem Dorenſem Apologiam rythmicam. Lib. I. Initio *Magiſtrorum omnium flos archilevita.* II. Super *innocentia eiusdem.* Lib. I. Initio: *Neſcio quis monachus furtivo.* III. *Ad Magiſtrum Giraldum* Lib. I. Initio: *Fons ſine fine fluens, flos.* IV. *Carmina* Lib. I. V. Alia plura *verſu. b*)

XCI.
JOANNES.

Hanwillenſis, *a*) vel Hantwillenſis. *b*) Cognomento Architrenius. Ad Albaniſanum monachus. Claruit A. MCC. *c*)

Miraculum eloquentiae dicitur LELANDO apud BALEVM. *d*) Poeta egregius, ingenioſus & elegans eſt BALEO. *e*) De diverſis rebus diverſa compoſuit poemata, ſtylum affabre ſub-

XC. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 39. *b*) v. BALEVS l. c.

XCI. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor Britann. Cent. III. n. 49. *b*) v. Godd. MSS. Biblioth. Bodleianae n. 1665. in Catalogis MSS. Angliae & Hiberniae p. 80. *c*) v. BALEVS l. c. *d*) l. c. *e*) l. c.

Digitized by Google

subiectis materiis applicans & artificiose concinnans, in gravibus gravitatem Virgilii, in mediocribus profluentem Ovidii Nasonis venam, in redarguendo satyricos Horatii sales pertinaciter sectatus est, imo feliciter tantum non consecutus. Apud illum invenias laudes Briti regis explicatas, Britannorum virtutes depictas, encomia Britanniae fusa, res antiquissimas e tenebris erutas, in luce positas, posteris enucleate traditas. Omnia latinissime, & , ut illa ferebant tempora, elegantissime: iudice Joanne PITSEO. *f*) A. C. MCC.

Scripsit I. *Architrenium*, ab insigni lamentatione dictum, quem Gualtero Constantio Britanno archiepiscopo Rothomagensi dedicavit. Libris IX. Initio: *Velificatur Athos, dubio mare*. *g*) Reperitur MS. Cantabrigiae in Collegio S. Benedicti. *h*) Exstat & Architrenii liber cum tabula de diversis argumentis, carmine manuscriptus inter codices, quos Kenelmus Digbaeus bibliothecae Bodleiane donavit n. 64. *i*)

II. De *rebus occultis* Lib. I. Initio: *Rebus in obscuris dubitantes.*

III. *Epigrammata* Lib. I. IV, Epistolas & carmina Lib. 2, *k*)

f] de illustr. Angl. scriptor. ed. Paris, 1619. p. 167. *g*) v. BALEVS l. c. *h*] v. PITSEVS l. c. *i*) inter Codices bibliothecae Bodleianae n. 1665. v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 80. *k*) v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCC. V. Tractatus metricus cum expositione de Epistolarum compositione & aliis annexis per Jo. Antwillensem, exstat in Codicibus Digbaeanis n. 64. *l*)

XCII.

ADAMVS.

Dorensis coenobii prope Herefordiam, Cisterciensis ordinis, monachus, & Abbas. Claruit A. MCC. Scripsit versu *Contra speculum Giraldi* Lib. I. v. Jo. BALEVS *Scriptor. Britann. Cent. III. n. XL.*

XCIII.

RICARDVS.

Canonicus ad Trinitatis fanum Londini regularis. Claruit A. MCC. Exercitatione longa talis tandem evasit orator & poeta, quales ea aetas rarissimos nutriebat. Edidit *Epigrammata* Lib. I. v. Jo. BALEVS *Scriptor. Britann. Cent. III. n. XLIV.*

XCIV.

THOMAS.

Monachus Elyensis. Scripsit ante finem seculi XII. *a*) Exstant *Miracula S. Ethelredae* auctore Thoma, cui inserti sunt versus nonnulli, inprimis Cap. XIII. & XIV. *b*)

XCV.

l) inter Codd. Bodlei. n. c. v. l. c.

XCIV. v. Dan. PAPEBROCHIVS in commentario praevio de S. Ethelreda in Actis Sanctor. Junii T. IV. p. 489. D. *b*) v. Acta Sanctorum l. c. p. 572. B. ss.

Digitized by Google

XCV. A. C

LEO. Sec. XII.

Vixit ſeculo XII. Rythmica carmina ad ſummam perfectionem adduxit, unde nomen Leoninorum verſuum acceperunt. v. Daniel PAPEBROCHIVS *Commentar. de SS. Graſiniano & Felino n. I. in Actis Sanctorum Junii per Godef. Henſchenium &c. Tom. I. d. 1. Junii p. 23. B.*

XCVI.

ANONYMVS.

Qui vixit ſeculo XII. Scripſit De *bello ab Henrico IV. Imp. contra Saxones* ſuſcepto; verſu hexametro.

XCVII.

DONNIZO.

Presbyter. Scripſit *Vitam Mathildis* Principis Italiae, quae exſtat in God. Gvil. LEIBNITII Scriptor. rer. Brunſv. *T. I. p. 629.*

XCVIII.

FVLCO.

Eius exſtat *Hiſtoria geſtorum viae noſtri temporis Hieroſolymitanae* carmine hexametro non ineleganti ſed rythmico, libris tribus, qui leguntur in Franc. DVCHESNE hiſtoriae Francorum Scriptor. Tom. IV. ed. Paris. 1641. p. 890.

XCIX.

GILO.

Pariſienſis, qui Fulconis libros ſuppleмen-

Digitized by Google

A. C. MCCII. mento IV. librorum auxit, quod exſtat in Franc. DVCHESNE hiſtoriae Francor. Scriptor. T. IV. p. 898.

SECVLVM DECIMVM TERTIVM.

I.

WALTERVS.

Dictus de CASTELLIONE. *a*) Nonnullis PHILIPPUS GVALTERUS vocatus. *b*) Inſulis oriundus. Unde eſt eius illud monaſticum: *Inſula me genuit, rapuit Caſtellio nomen.* *c*) Fuit Epiſcopus Magalonenſis, ſiquidem Walteri illi, quos HENRICUS Gandavenſis Cap. 19. &. ao. recenſet, iidem fuerint, ut putat Valerius ANDREAS. *d*) Claruit circa A. MCCLV. *e*) Opus de geſtis Alexandri nuncupavit Guilielmo I. Rhemenſi Archiepiſcopo, qui electus eſt A. MCLXXV, obiitque A. MCCII. Chr. DAUMIUS in Epiſtol. 89. ad Reineſium dicit, Codicem ſuum Gvalterianum ſcriptum fuiſſe Anno MCCVIII. Aequalis fuit Joannis Sarisburienſis, ut eius ad illum epiſtola teſtatur. *f*)

Scripſit *Geſta Alexandri Magni* *g*) verſu heroico, *h*) libris decem, qui prodierunt Ar-

I. *a*) v. HENRICVS Gandavenſis de Script. Eccleſ. Cap. 20. *b*) v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 597. *c*) v. HENRICVS l. c. *d*) in Bibliotheca Belgica. v. Aub. MIRAEVS Schol. ad Henrici l. c. *e*) v. ANDREAS l. c. *f*) v. CAVE l. c. *g*) v. HENRICVS l. c. *h*) v. MIRAEVS l. c.

Digitized by Google

Argentorati 1513. Ingolſtadii 1554. 1554. Lugduni 1558. 4. *i*) Elegans in hoc opere eſſe metrum, eumque librum in ſcholis Grammaticorum tantae olim fuiſſe dignitatis, ut prae ipſo veterum poetarum lectio negligeretur, teſtatur HENRICUS Gandavenſis. *k*) Non infelicem verſum habet MIRAEUS. *l*. A. C. MCCII.

II. MCCIV.

ROGERUS HOVEDEN.

In Eboracenſi provincia ex Hovedenorum familia natus. *a*) Inter domeſticos Henrici II. Anglorum regis fuit teſte Gvaltero Coventrienſi in Annalibus apud BALEUM. *b*) Hiſtoriam Anglorum poſt Bedam continuatam finit A. MCCIV.

Scripſit *Poematum & Nugarum iuvenilium* librum unum. *c*)

III. MCCVI.

MATTHAEVS.

Oppido Vindocinenſi oriundus. *a*) Tobiam ſuum Bartholomaeo Archiepiſcopo ab A. MCLXXV. ap. A. MCCVI. Turonenſi inſcripſit. Alii illum A. MCCIII. obiiſſe, alii A. MCCXV. floruiſſe volunt: nonnulli ab-

ba-

---

i) v. MIRAEVS & CAVE ll. cc. *k*) l. c. *l*) l. c.

II. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 55. *b*) l. c. *c*) v. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 290. ed. Pariſ. 1619. 272.

III. *a*) v. HENRICVS Gandavenſis de Scriptor. Eccleſiaſt. Cap. 28.

Digitized by Google

A. C. MCCVI. batem S. Dionyſii Pariſienſen A. MCCLX. electum A. MCCLXXXVI. d. XXV. Sept. defunctum eſſe contendunt. *b*)

Hiſtoriam *Tobiae* elegiis comprehendit, quam edidit Joannes HERINGIUS Bremae 1642. 8. Specimen ex Tobia Matthaei evulgavit Caſp. BARTHIUS in Adverſariis. *c*)

Primas aliquas poematis lineas cum codice MSto Gvelpherbytano contuli, ſequentesque lectiones ab impreſſo diverſas obſervavi. Pagina 2. editionis Heringianae lin. I. pro *honeſt.* MStum legit: *honeſti.* l. 7. H. *conſtitit.* MS. *conceſſit.* l. 11. MS. *alumno.* l. 22. H. *Eccleſiae.* MS. *hoſpitii.* p. 3 l. 6. H. *una fides.* MS. *unus amor.* l. 9. H *vos, vos.* MS. *vos ego.* l. 11 H. *paſuit ne.* MS. *portus iter.* ibid. H. *iter.* MS. *inops.* l. 12. H. *aſpicite.* MS. *aſpirate* l. 15. MS. *inſinuiſſe.* l. 17. H. *opus.* MS *apex.* l. 19. MS. *livor.* p. 5. l. 5. H. *Et* MS. *Eſt l* 10. H. *increpat.* MS. *improbat.* l. 11. MS. *idolatria.* Ad lin. 20. addit MS. 20. addit MS. duos hos verſus:

Schiſmata; probra; nefas: exterminat; arguit; arcet.
Seminat; auget; alit; dogmata; iura; decreta.

lin. ult. MS. *exemplis.*

Mereretur totum opus conferri, quod tamen nunc praeſtare non vacat.

IV.

b) v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 618. *c*) L. XXXI, c. 16.

Digitized by Google

IV.

ALEXANDER. A. C. MCCIX.

Dictus de VILLA DEI. *a)* Christophoro HENDREICH *b)* videtur esse idem qui Alexander Neckam apud Baleum. Patria Normannus, *c)* Dolensis, *d)* e Dola Armonica, non vero ut alii putant Burgunda. Doctor Sorbonicus. *e)* Ordinis fratrum Minorum. *f)* Fallo eum fuisse Benedictinum dixit Naucleros. *g)* Claruit sub Frederico secundo A. MCCXL. *h)*

Scripsit I. Volumen metro leonico de Grammatica, cuius hodie in scholis puerorum usus est assiduus, nescio si tam utilis propter imbecillioris aetatis defectum, & ignaviam praeceptorum. Praenotavit autem hoc ipsum opus *Doctrinale puerorum* lib. III. *Scribere clericulis paro.* Ita Joh. TRITHEMIUS! *i)* Eius libri in scholis Grammaticorum magnum usum fuisse suis temporibus testatur HENRICUS Gandavensis. *k)* Occasionem scripti ex nota quadam praefixa Codici MSto bibliothecae Helmstadiensis Academicae, qui Doctrinale exhibet, exponam ipsis an-

no-

IV. *a)* v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 463. *b)* Pandect. Brandenb. p. 108. b. *c)* v. Lucae WADDINGI scriptores ordinis Minorum Romae 1650. p. 9. *d)* v. HENRICVS Gandavensis de S. E. Cap. 59. & TRITHEMIVS l. c. *e)* v. WADDINGIVS l. c. *f)* v. TRITHEMIVS l. c. *g)* v. WADDINGVS l. c. *h)* v. TRITHEMIVS l. c. *i)* l. c. *k)* l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCIX.

notatoris verbis: *Nota quod in dictis quorundam Grammaticorum legitur, quod in studio Parisiensi tempore Alexandri fuerunt tres Magistri; in septem artibus liberalibus subtiliter instructi, & promoti, qui paupertate coacti scholas particulares coeperunt regere, Quorum unus vocabatur Yso. Alter Rodolfus Anglicus, Tertius Magister Alexander. Qui tres magistri propter eorum mutuam & socialem habitationem convenerunt, quod unusquisque ex dictis peritorum in grammatica, materiam utiliorem colligeret pro usu clericorum, isto modo: Quod unus scriberet materiam primae partis, continentem etymologiam. Alter materiam secundae partis, scilicet diasyntheticam Tertius materiam tertiae partis, scilicet orthographiam & prosodiam. Et factum fuerat sub stylo prosaico. Inter caeteros unus de illis, scilicet Rodolfus Anglicus, electus fuit in episcopum, & alter scilicet magister Yso, decessit & moriebatur. Et sic apud Alexandrum manserunt scripta utrorumque aliorum. Ex quibus ipse Alexander scholares suos optime informavit. Qui & de fonte suae pietatis motus materiam suam & aliorum duorum, sic prosaice compilatam, per metrum conscripsit. Et sic patet, quod alii duo magistri etiam existunt causae praesentis libri totius. Sed quia Alexander istam materiam sub forma metrorum posuit, igitur ab eo fit denominatio, ut a causa efficiente. Sed quo tempore composuerunt patet in his metris: An-*

zed by Google

Anno milleno ducentenoque noveno A. C.
Doctor Alexander egregius atque Magiſter MCCIX.
Doctrinale ſuum dedit in commune legendum.

Prodiit Doctrinale Grammatices metrice cum explanat. Ludovici de GVASCHIS. Venet. 1483. *l*) Exſtat & titulo: Partes Alexandricum commento. f. Baſilileae per Nicolaum Kesler Anno 1486. die 20. Auguſti.

Item cumComm. Herm. TORRENTINI & REMPONIS Theſſalienſis Dav. 1503. 4. *m*) Quae editio forte non differt ab illa quae inſcribitur: Opus minus primae partis Alexandri cum quaeſtiunculis de optimis moribus & virtutibus interpoſitis cum quaeſtionibus ſententias textus declarantibus ſcitu dignis: cum argumentis & eorundem ſolutionibus in ſcholis diſputandis pro pueris inſtituendis diligenter collectis. q. per Wilhelmum Senderum collectum & Daventriae per Richardum Paffraet diligenter impreſſum Ao. Domini MDIII. Viceſima ſecunda Martii. Item: Opus minus ſecundae partis Alexandri introductorium ad opus maius eiusdem perutile q. per Wilhelmum Zenders de Werdt collectum. Impreſſum Antwerpiae per Henricum Eckert de Homberch, anno domini XVCIV. XVIII. menſis Octobris.

Exſtat & circa hoc tempus excuſa ſuper ſe-

l) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. P. tog. b. *m*) v. HENDREICH l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCIX. ſecunda parte Magiſtri Alexandri per Johannem SYNTHIS collecta. q)

Joannes SINTHEMIVS Congregationis S. Hieronymi Daventriae, Deſ. Erasmi praeceptor, edidit Commentarios Grammaticos in Doctrinale Alexandri: magnum inde, ut in vita Erasmi ait Rhenanus, ea tempeſtate in Scholis Germanorum nomen conſecutus. Paris. typis Badii 1504.

Prodiit & Phorcae 1508. 4. o)

Exſtant quoque: Hermanni TORRENTINI commentaria in primam partem doctrinalis Alexandri, cum vocabulorum interpretatione, quibusdam mendoſis ſupervacaneis & obſcuris verſibus vel reiectis, vel inveriores & planiores mutatis. Demum diligenter ab Auctore recognita. q. Tubingae in aedibus Thomae Anshelmi Badenſis Ao. MDXI. Menſe Decembri.

II. Scripſit *Acta Apoſtolorum* leoninis verſibus p)

III. Utriusque Teſtamenti corpus duodecim verſibus hexametris ſupra ducentos in compendium redegit, ita ut cuiuslibet capitis ſummam qualibet dictione exprimeret; ſed quia brevitas plerumque obſcuritatem induit, hanc ut removeret cuilibet dictioni

in

---

n] v. Valerii ANDREAE Bibliotheca Belgica ed. Lovan. 1643. p. 569. o] v. Chriſtoph. HENDREICHI Pandect. Brandenb. p. 180. b. p] Lucae WADDINGI ſcriptores ordinis Minorum p. 9.

in illa contentae numerum subiecit, intexis quibusdam tenui calamo voculis, quae velut cuiusdam glosae interlinearis loco inservirent, hoc paradigmate: A. C. MCCIV.

1. 2. 3 4. 5.
SEX, PROHIBET, PECCANT, ABEL, ENOCH,
6. 7.
ET ARCAPIT, INTRANT,
1. 2. 3. 4. 5.
dies, lignum vitae, primi parentes, occiditur, transfertur,
6. 7.
a Noe, in arcam. q]

Tertiora illius opera reddidit Hubertus SVSANNAEVS Poeta Gallus multis expunctis, nec paucis additis. r)

V.
IOSEPHVS.

Devonius dictus. Iscanus seu Exceftrienſis, in extrema regionis ad meridiem parte & prope Cornubiam natus. *a*) Iscae Devoniorum alumnus. *b*) Claruit A. MCCX. *c*) MCCX.

Scripsit I. De *bello Trojano* libros sex, non quinque ut habet BALEVS. *d*) Est carmen hexametrum, initio: *Iliadum lacrymas concessaque Pergama fatis.* Inscribitur &: Phrygii Daretis, liber de prima Pergamorum e-

q] v. WADDINGVS l. c. p. 9. 10. r] v. WADDINGVS l. c. p. 10.

V. a] v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 2. n. 60. b] v. LELANDVS apud Baleum l. c. c] v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 2. n. 60. d] l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCX.

versione. *e*) Josephus Iscanus poema istud dicavit Thomae Balduino Archiepiscopo Cantiorum sive Cantuariensi. Pseudo Daretis duos codices MSS. unum Canonicorum Lateranensium Patavii, alterum Aloysii Corradini laudat Jo. RHODIVS in notis ad Scribonium Largum p. 60. *f*) Prodiit titulo: Daretis Phrygii de bello Troiano libri sex a Cornelio Nepote latino carmine heroico donati nunc primum in lucem editi. Basileae 1541. 8. Usus fuit editor Albanus TORINVS unico & mendosissimo exemplari, absque ullis punctis aut distinctionibus & pluribus hinc inde lacunis. *g*) Haec editio Toriniana tam corrupte vulgata est notante Jo. LELANDO p. 239. de scriptoribus Britannicis, ut si pater ipse in prolem redivivus oculos converteret tam informem, cognosceret plane nunquam. *h*) Ambigit TORINVS ipse de carminis scriptore, illumque Britannum fuisse suspicatur. *i*) Prodiit & opus hoc cura HENSCHII Basileae 1573. 8. *k*) Item ad calcem Homeri graece & latine editi & illustrati a Joanne

e) v. Thomae IAMESII catalogum librorum manuscriptorum Collegii S. Benedicti apud Cantabrigiam n. 69. 4. in Catalogis MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. III. p. 134. n. 1346. *f*) v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1711. Supplem. p. 23. *g*) v. Torini epistolam nuncupator. t. 4 b. *h*) v. FABRICIVS l. c. *i*) v. Epistolam nuncupatoriam 4 r b. *k*) v. notam praefixam editioni Drysemianae & Joh. Alb. FABRICII bibliothecam Latinam ed. 1712. p. 73.

anne SPONDANO. Basileae 1582. & 1603. f. *l*) A. C. MCCX. Porro per Alexandrum Carolum TROGNESIum. *m*) Alia quaedam editio exstat huius rubri: *Josephi Iscani I de bello Troiano libri sex, hactenus Cornelii Nepotis nomine aliquoties editi, nunc Autori restituti, & notis explicati, quibus alii plurimi illustrantur a Samuele* DRESEMIO. Francofurti apud Johannem Thymium 1620 non A. 1623. ut habet Joh. Alb. FABRICIVS, *n*) in qu. alph. I. plag. 6. Adornata haec est ad editiones Henischii Spondani & Trognesii. Emendatior & integrior praecedentibus est editio Joannis MORI Londini 1675. 8. *o*) In omnibus istis editionibus omissi sunt post lib. I. v. 32. versus VII. quibus continetur encomium Balduini, cui poema hoc suum auctor dicavit, Archiepiscopi Cantuariensis, sub finem seculi XII. *p*) Eos e MSto codice produxit Tan. FABER in notis ad Longinum p. 169. edit. Tollianae & ex hoc Jo. Alb. FABRICIVS in Bibliotheca Latina ed. Hamb. 1712. *q*) Lacunam in Josephi Devonii Libro V. & emendationem dat Caspar BARTHIVS, additque: Utcunque seculi sui nugas immiscet saepe is auctor, plurima tamen lumina, ex legitimis poetis suae nocti intrusit, unde non immerito a tenebris vindicatur. Quis enim non misereatur & rationem

l) v. nota Dresemiana & FABRIBII bibl. Lat. l. c. *m*) v. nota Dresemiana. *n*) l. c. *o*) v. FABRICIVS l. c. *p*) v. FABRICIVS l. c. p. 74. *q*) l. c.

Digitized by Google

A. C. habeat tot egregiorum conatuum. *r*) Tan-
MCCX. tum hic autor in altisſima barbarie praeſtitit, quantum non niſi optimus quisque aureo Auguſti ſeculo fuiſſet aſſecutus, iudice Alexandro Carolo TROGNESIO. *s*) Poema hoc facundum & comtum habet Joh. Albertus FABRICIVS. *t*). Nemo *Libripens* frequentius loquitur Joſepho Iſcanio Devonio, qui ridicule ſaepe. Vide ad eum noſtrum Gloſſarium, ait Caſpar BARTHIVS. *u*)

II. *Bellum Antiochenum* Lib. I. *w*) ſive *Antiocheidem*, cuius in Britannia meminit CAMBdenus, *x*) verſu hexametro ſcriptam. Aliquos ex Antiocheide verſus adducit Gv. CAMBDENVS in Britannia. *y*) De bello Antiocheno ſive Antiocheide vide Jo. LELANDVM de ſcriptoribus Britannicis editum ab Antonio WALL. Oxon. 1709. 8. p. 237. *z*)

III. De *inſtitutione Cyri* Lib. I. initio: *Praelia bina ducum canimus po aa*)

IV. Panegyricum ad *Henricum* Lib. I. *ab*)

V. *Nugas amatorias* Lib. I. *ac*) De iis vide MENAGII anti Bailletum T. 2. p. 335. *ad*)

VI.

---

r] v. BARTHIVS Animadvers. ad Papin. Statii VIII. Thebaid. p. 928. *s*] in praefatione editionis ſuae apud Sam. DRESEMIVM praef. ad Joſephi libros de bello Troiano p. 8. *t*] in Bibliotheca Latina ed. 1712. p. 74. *u*] l. c. p. 852. *w*] v. Jo. BALEVS de Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 60. *x*] v. FABRICIVS l. c. *y*] in fine Notarum l. 3. & p. 261. *z*] v. FABRICIVS l. c. Supplem. p. 23. *aa*] v. BALEVS l. c. *ab*] v. BALEVS l. c. *ac*] v. BALEVS l. c. *ad*] v. FABRICIVS l. c.

VI. *Epigrammata* Lib. I. *ae*) A. C.
VII. Diverſi generis *carmina* Lib. I. *af*) MCCX.

Splendidiſſimo ingenio poeta fuit, cuius ſcripta ita probantur, ut ad veterum ſcriptorum laudem peruenerint, iudice Gilhelmo CAMBDENO. *ag*) Poeta pro aetate illa non inelegans habetur a Jo. Alberto FABRICIO, *ah*)

VI.
GVILHELMVS.

Leyceſtrius. A Montibus alii cognominant. Theologicae cognitionis profeſſor, inter canonicos ſupremae Mindorum ſeu Lincolnienſis urbis vixit, & cancellarii in eadem Eccleſia dignitate functus eſt, ut habet Jonnes LELANDUS. Claruit A. MCCX. Scripſit *Carmen alphabeticum gloſſatum* Lib. I. Initio: *Quis veniat videas, quo, quando, a*)

VII.
SYLVESTER GIRALDVS.

Cambrenſis, ex quadam nobiliſſima Walliae principum familia ortus, & in provincia Penbrochiana natus, non procul a Tynbio, teſte Lelando. *a*) Brakaniae ac Me-

ae) v. BALEVS l. c. *af*) v. BALEVS l. c. *ag*] in Britannia ſua p. 133. apud Dreſemium praef. cit. *ah*] Biblioth. Lat. ed. 1712. p. 73.

VI. *a*] v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. III. n. 67.

VII. *a*] apud Jo. BALEVM Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 59.

Digitized by Google

A. C. MCCX. neviae archidiaconus. *b*) Tandem epiſcopus Mehevenſis electus An. MCXCVIII. *c*) Claruit ſenex A. MCCX. *d*)

Scripſit I. Pro *reddenda talione* Lib. I. Intio: *Eccleſiae ſpeculum qui me cupit*; qui videtur eſſe metricus. II. *Epithalamion* Lib. I. Init: *Vt lux poſt tenebras, poſt.* III. De *miſeria conditionis humanae.* Lib. I. Init: *Unde ſuperbit homo, cuius.* IV. *Epigrammata* varia Lib. I. Init: *In natale ſacro ſacrae ſolem.* V. *Carmina* metrica Lib. I. Init: *Florida fructifera Simonis.* VI. *Querulum* carmen Lib. I. *e*)

VII. *Vaticinalem hiſtoriam* verſu Lib. I. Init: *Hactenus hiſtoria plena per.* VIII. *Epitomen Itinerarii Cambriae* rythmice librum unum, qui MS. exſtat in Bibliotheca Cantabrigienſi S. Benedicti & in Lunleiana. *f*)

VIII.

GVALTERVS MAPES.

Henrici ſecundi Anglorum regis clericus ac filii eius Ioannis poſt illum. Sunt qui eum ex Satisburienſi canonico, ſunt etiam qui ex Lincolnienſi praecentore Oxonienſem archidiaconum A. MCXCVII fuiſſe factum affirmant. Claruit A. MCCX. *a*)

Scrip-

b] v. BALEVS l. c. *c*] v. BALEVS l. c. & Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 617 *d*] v. BALEVS l. c. *e*] v. BALEVS l. c. *f*] v. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 299.

VIII. *a*] v. Jo. BALEVS, Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 61.

Scripſit partim ryth mis lege ſolutis, partim compoſito poeticis legibus verſu, omnia latine eleganter, lepide, facete, iudicante Jo. PITSEO *b*) A. C. MCCX.

I. *Apocalypſin Goliae* Pontificis ſuper corrupto Eccleſiae ſtatu. Initio: *A tauro torrida lampade Cynthii.* Exſtat inter varia doctorum piorumque de corrupto Eccleſiae ſtatu poemata per Matthiam FLACIUM. Baſileae 1556. *c*) & in Joh. WOLFII Lection. Memorab. Lauingae 1600. *d*) Habetur & Gvalt. Mapes rhythmus vetuſtiſſimus de corrupto Eccleſiae ſtatu, impreſſus A. 1545. & denuo A. 1623. inter codices Thomae Bodleii MStos n. 12. Tr. 3. in Bibliotheca Bodleiana n. 2259. *e*)

II. *Sermo Goliae Pontificis ad Praelatos impios*, initio: *Dilatatur impii regnum Pharaonis;* legitur inter Varia de corrupto eccleſiae ſtatu poemata per FLACIUM. *f*) & in WOLFII lection. memorab. *g*)

III. Sermo *Goliae ad Praelatos*, ſive, ut BALEUS titulum effert: *Ad malos paſtores.* initio: *A legis doctoribus lex evacuatur.* Editus a FLACIO, *h*) & WOLFIO. *i*)

IV. *Golias ad ſacerdotes Chriſti.* initio: *Viri*

b] de illuſtr. Angl. Scriptor. n. 301. *c*] p. 133. *d*] T. I. p. 430. *e*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae n. 348. *f*] p. 149. *g*] p. 437. *h*] l. c. p. 152. *i*] l. c. p. 439.

Digitized by Google

A. C. MCCX. *ri beatiſſimi, ſacerdotes dei.* Siſtitur a FLACIO, *k*) & WOLFIO. *l*)

V. Praedicatio Goliae *ad terrorem omnium.* Sive ſecundum BALEVM: Sermo ad *impios Praelatos.* initio: *Tempus acceptabile tempus eſt ſalutis.* Exhibetur a FLACIO, *m*) & WOLFIO *n*)

VI. De his *quae regnant in Romana curia*; ſive, notante BALEO: *De malis Romanae curiae.* Initio: *Utor contra vitia carmine relli.* Datur a FLACIO, *o*) & WOLFIO. *p*)

VII. In *Romam*; ſive exprimente BALEO: In *Papam & curiam.* Initio: *Roma caput mundi eſt, ſed nil capit mundum.* Exſtat apud FLACIVM. *q*) Partem carminis exhibet Jo. BALEVS de ſcriptoribus Britannicis ed. Baſileae 1557. *r*)

VIII. Excommunicatio Goliae pro *pileo* initio: *Raptor mei pilei morte moriatur.* Exſtat inter Poemata de corrupto Eccleſiae ſtatu per FLACIVM *s*)

IX. Planctus ſuper *epiſcopis*, initio: *Complange tui Anglia.* Exſtat inter Poemata de corrupto eccleſiae ſtatu edita a FLACIO. *t*)

X. *Querela, qua alloquitur Papam, oſtendens Praelaturas & bona eccleſiaſtica, teneri ab indoctis, avaris, & ignaris ventribus: contemptis interim & eſurientibus iis, qui ſe doctri-*

k] l. p. 154. *l*] l. c. *m*] l. c. p. 156. *n*] l. c. p. 441 *o*] l. c. p. 159. *p*] l. c. p. 442. *q*] l. c. p. 406. *r*] p. 254. *s*] p. 160. *t*] p. 162.

ed by Google

&rinae ſtudiis dediderunt; vel BALEO indicante: *Dictamen lectionis loco.* Exſtat ibidem. *u*) Inſigniores in codice quodam manuſcripto Academicae Bibliothecae Lipſienſi obſervavi lectiones Flaciana editione meliores. Ideoque carmen ex codice illo correctum ſubiungo: A. C. MCCX.

Tanto viro locuturi
Studeamus eſſe puri,
Sed & loqui ſobrie:
Carum care venerari,
Et ut ſimus caro cari,
Careamus carie.
Decet enim, & hoc unum
Eſt in primis oportunum,
Ut me ipſum judicem:
Homo vetus exuatur.
Homo novus induatur
Ante tantum judicem.
Commendarem mundi mores:
Sed virtutis amatores
Paucos eſſe doleo.
Quod ſi pravos non defendam,
Et eis non condeſcendam
Bella mihi video.
Sed ô judex aequitatis,
Propagator lenitatis
Lenis aura ſeculi:
Eſto mihi in aſylum,

Te

u) p. 9.

A. C. MCCX. *Te rectore sumpsi stylum,*
Te duce signa tuli.
Sed quis sum qui ausim loqui,
Coram tanto quis ego, qui
Sana fretus capite?
Rodo pravos in aperto,
Vox clamantis in deserto:
Rectas vias facite.
Quid desertum nisi mundus?
Mundus quidem sed immundus,
Quia munda respuit,
Sed desertum doci dolet
Nam quod fructum dare solet,
Ecce prorsus aruit
Quis solebat in praelatis
Germinare largitatis,
Et pudoris flosculos:
Tali partu destituitur,
Gramen affert non virtutum,
Sed spinas & tribulos.
Qui sunt spinae tribulique?
Qui pastores, praelatique?
Amatores, muneris.
Qui non pascant, sed pascantur,
Non a pasco derivantur,
Sed a pascor, pascere.
Blandos amant, & bilingues,
Canes muti, tauri pingues,
Gigantium fraterculi
Qui thesauros coacervant,
Non dispergunt, sed observant.

Ut

Ut pupillam oculi. A. C.
Omnis habens muneratur: 55.
Non habenti ſupplantatur
Id ipſum quod habuit.
In deſerto mundi huius
Nemo floret, niſi eius
Burſa nondum vomuit. 60.
Burſa praegnans principatur.
Sapiensque conculcatur,
Si manus aere vacet.
Nam ſi pauper ſit ſophia,
Vili erit, quare? quia 65.
Pauper ubique iacet.
Pauper iacet: ſed palpones
Quorum blandi ſunt ſermones,
Et ipſi ſunt iacula.
Iſti ſunt quos mundus amat, 70.
Et de quibus Pſalmus clamat,
Beati in macula.
In macula ſunt beati,
Sed non ſunt immaculati,
Teſte conſcientia: 75.
Vivit leno more ſuis,
Quia in labiis ſuis
Diffuſa eſt gratia.
Quid dant artes niſi luctum;
Et laborem? vel quem fructum 80.
Fert genus & ſpecies:
Olim plures non eſt mirum,
Provehebat Arma virum
Et fraternas acies.

An-

Antiquitus nam ſtudere
Fructus erat, & habere
Declamantes ſocios?
Nunc in arcba ſepelire
Nummos maius eſt quam ſcire
Bella per Aemathios.
Si per aquas rubri maris
Deſignatur ſalutaris
Lavacri lavatio.
Licet hoc ſcit, quod lucrum fert,
Quid hoc mihi ſcire confert,
Si ſciens eſurio?
Chriſtus ſolet appellari,
Lapis ſciſſus de altari,
Non manu ſed forcipe.
Hoc eſt notum ſapienti,
Sed praebendam requirenti
Nemo dicit: Accipe.
Scio crucem figurari,
Quando lego dulcorari
Flumen apud Exodum:
Manibusque cancellatis
Jacob noſtrae libertatis
Praefigurat commodum.
In Hebraea lege legis,
Quod ſerpentem lator legis
Erexit in patulo,
Ut ceſſaret mors & labes
Quia noſtras lavit labes
Chriſtus in patibulo.
Duo ligna Sareptenae

Spiritalis eſcam coenae A. C.
Coquunt in Eccleſia: MCCX.
Abrahamque tulit ligna
Per quae dono digne digna
Cremaretur hoſtia. 120.
Fudit aquam ter Helias,
Pater ſanctus Iſaias
Trinitatem innuit.
Vidit Abram trinum chorum,
Ruth in agro Judaeorum 125.
Trinitatem meſſuit.
Sic involvit rota totam,
Sic deponit leprae notam
Lex in ſuperficie.
Sic amictum parvipendit 130.
Joſeph, quando non attendit
Vocem fornicariae.
Dumque per deſertum itur,
A gentili reperitur
Calens unda penitus 135.
Quia legis in deſerto
Reperitur a deſerto
Calor ſancti Spiritus.
Haec ſcrutari quidam ſolent,
Poſt afflicti fame dolent 140.
Plus vacaſſe ſtudio.
Unde multi perierunt,
Et labore defecerunt,
Scrutantes ſcrutinio.
Ergo quia tot oppreſſis 145.
In ſtudendo prava meſſis.

Cre-

Digitized by Google

Creditur plus aſpera:
A. C. MCCX. *Ad Romani ſedem patris,*
Et ad ſacroſanctae matris
Sum reverſus ubera.
150. *Turpe tibi paſtor bone,*
Si divina lectione
Spreta, fiam laicus:
Aut abſolve clericatu,
155. *Vel fac ut in cleri ſtatu*
Perſeverem clericus,
Dulcis erit mihi ſtatus
Si praebenda muneratus
Reditu, vel alio.
160. *Vivam licet non abunde,*
Saltem mihi detur unde
Perſeverem ſtudio.

XI. De *mundi miſeria.* Initio: *Ecce mundus moritur vitio ſepultus.* Exſtat inter poemata de corrupto Eccleſiae ſtatu per FLACIVM. *w*)

XII. *Praedicatio Goliae* Liber 1. initio: *Viri venerabiles, viri literati.* *x*) Exſtat MS. Contabrigiae in collegio S. Benedicti. *y*)

XIII. *Confeſſio Goliae* Liber 1. initio: *Aeſtuor intrinſecus ira vehemenſi.* *z*) Exſtat MS. ibidem. *aa*)

XIV.

---

w] p. 338. *x*) v. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 59. *y*] v. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. ſcriptor. ed. Paris. 1619. p. 284. *z*] v. BALEVS l. c. *aa*] v. PITSEVS l. c.

XIV. Carmen *ebrioſorum* Lib. I. initio: *Tertio capitulo memoro tabernam.* *ab*) A. C. MCCX.

XV. De *palpone & aſſentatore* Lib. I. initio: *Multi mortalium in mundi ſtadio.* *ac*) Exſtant Walteri Mapes verſus contra adulatores manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Veſpaſianus E. XII. 6. *ad*)

XVI. De *malis monachorum* Lib. I. initio: *Noctis crepuſculo brumali tempore.* *ae*) Exſtant Gulielmi Mapes verſus de monachis manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Titus A. XX. 39. *af*)

XVII. Ad *utrumque ſtatum* Lib. I. initio: *Suſcitavit Dominus ſimplicem & brutum.* *ag*) Exſtat verſus Gualteri Mapes de clericis & laicis manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Vitellius D. VIII. 9. *ah*)

XVIII. De *Thetide & Lyeo* Lib. I. initio: *Cum tenerent medium omnia tumultum.* *ai*) Exſtat Goliae diſputatio inter aquam & vinum rythmice manuſcripta in Bibliotheca Cottoniana Titus A. XX. 4. *ak*)

XIX. *Diſceptatio nubendi* Lib. I. *al*) vel de *conjugio* Lib. I. *am*) initio: *Sit Deo gloria,*

ab] v. BALEVS l. c. *ac*) v. BALEVS l. c. *ad*) v. Thomae SMITHII Catalogum p. 118. *ae*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 70. *af*) v. Thomae SMITHII Catalogum p. 124. *ag*] v. BALEVS l. c. *ah*) v. SMITHVM l. c. p. 98. *ai*) v. BALEVS l. c. *ak*) v. SMITHVS l. c. p. 224. *al*) v. BALEVS l. c. *am*) v. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. Scriptor. ed. Paris. 1619. p. 284.

Digitized by Google

A. C. MCCX.

laus, benedictio. *an*) Exſtat MS. Cantabrigiae in Collegio S Benedicti. *ao*) Exſtant verſus Walteri Mapes de coniuge non ducenda manuſcripti in bibliotheca Cottoniana Veſpaſianus E. XII. 5. *ap*) Item Goliae diſſuaſio nubendi rythmice manuſcripta ibidem Titus A. XX. 5. *aq*)

XX. De *mundi contemptu* Lib. I. initio: *Cur mundus militat ſub vana gloria. ar*) Exſtat MS. legitque illud Jo. PITSEVS puer non ſemel Wintoniae. *as*) Sunt qui hoc ſcriptum, & forte rectius, Jacobo de Benedictis adiudicant, qui videatur. Exſtat Golias de contemtu mundi rythmicis verſibus manuſcriptus in Bibliotheca Cottoniana Titus A. XX. 10. *at*)

XXI. De *punitione peccati* Lib. I. Initio: *Omnis caro peccaverat & ſuam viam. au*) Exſtat Gulielmus Mapes, quomodo Deus deſtruxit mundum per Diluvium Noe, rhythmicis verſibus MS. in Bibliotheca Cottoniana Titus A. XX. 9. *aw*)

XXII. Super *convocatione cleri* Lib. I. init: *Novus rumor Angliae partes peragravit. ax*) Exſtant Mapes verſus de convocatione ſacerdotum, & eorum concubinis; manuſcri-

pti

am) v. BALEVS & PITSEVS l. cc. *an*) v. PITSEVS l. c. *ao*) v. SMITHVM l. c. p. 98. *ap*) v. l. c. p. 123. *aq*) v. BALEVS l. c. *ar*) v. BALEVS l. c. *as*) v. PITSEVS l. c. *at*) v. Thomae SMITHI Catalogus p. 121. *au*) v. Jo. BALEVS Script. Britann. Cent. 3. n. 59. *aw*) v. SMITHVS l. c. *ax*) v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

pti in bibliotheca Cottoniana Titus A. XX, 42. *ay*) A. C. MCCX.

XXIII. De *fide Trinitatis* Lib. 1. initio: *Multis a confratribus pridie rogatus az)* Verſus Walteri Mapes de S. Trinitate exſtant manuſcripti in bibliotheca Cottoniana Veſpaſianus E. XII. 12. *ba*)

XXIV. De *Maria* virgine Lib. 1. Init: *Pene ſcribentium tot eſſe millia. bb*) Verſus Gualteri Mapes de S. Maria virgine exſtant manuſcripti in bibliotheca Cottoniana Vitellius D. VIII. 9. *bc*)

XXV. *Cambriae* epitome Lib. 1. initio: *Libri curſus nunc Cambriam. bd*)

XXVI. *Topographiae* compendium. Lib. 1. initio: *Lectio certa prodeſt varia delectat. be*)

XXVII. *Commendationes Giraldi* Lib. 1. *bf*)

XXIIX. In *Ciſtercienſis monachos* Lib. 1 *bg*)

XXIX. De *Suſanna* Lib. 1. quì ſervatur MS. Cantabrigiae in Collegio S. Benedicti. *bh*)

XXX. Verſus Gvalteri Mapes de S. *Edmundo*, & de *feſtivitate omnium Sanctorum* exſtant manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Vitellius D. VIII. 9. *bi*)

ay) v. SMITHVS l. c. p. 124. *az*) v. BALEVS l. c. *ba*) v. SMITHVS l. c. p. 118. *bb*) v. BALEVS l. c. *bc*) v. SMITHVS l. c. p. 92. *bd*) v. BALEVS l. c. *be*) v. BALEVS l. c. *bf*) v. BALEVS l. c. *bg*) v. BALEVS l. c. *bh*) v. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. Scriptor. p. 284. *bi*) v. SMITHVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCX. XXXI. Alia multa. *bk*) Exſtant Gvalteri Mape rythmi quidam inter Codices, quos bibliothecae Bodleianae donavit Kenelmus Digbaeus. n. 4. *bl*)

Omnia quae contra Romanam curiam & abuſus eccleſiae, ſcripta ſunt Mapi non eſſe putat Jo. PITSEVS. *bm*)

IX.

MAVRITIVS.

Morganius. Liberalium facultatum Oxonienſis magiſter, ac ludi literarii in patria ſua paedagogus. Claruit A. MCCX. Pro ſua aetate ſingularis habebatur poeta. Edidit ſub vario metrorum genere I. *Epigrammata* quaedam Lib. I II. *Carmina* & epiſtolas Lib. I. *a*)

X.

GVNTHERVS.

Patria Ligur habetur a Philippo MELANCHTHONE, *a*) & aliis quos Poematis Ligurini titulus decepit. At non eſt uero ſimile, Ligurem de patria ea unquam ſcripturum fuiſſe, quae iſte Germano potius animo ſcripſiſſe videtur. Qua ratione praeter argumenti ipſius ſimilitudinem eum inter Germanos ſcri-

bk) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 59.
bl) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. I. p. 77. n. 1605. *bm*) de illuſtr. Angliae ſcriptor p. 284.
IX. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. III. n. 64.
X. *a*) Chronicorum Lib. IV. p. m. 474.

by Google

scriptores reponendum censui. Quanquam Germanum plane fuisse non credam. Ita Petrus PITHOEVS. *b*) A. C. MCCX.

Monachus S. Amandi *c*) in Hannonia *d*) Elvonensis *e*) vel Elnonensis *f*) ordinis S. Benedicti *g*) congregationis Cluniacensis: *h*) Auctor Ligurini dicitur Monachus ordinis Cisterciensis in coenobio Parisiensi diocesis Basileensis ab Auberto MIRAEO. *i*) Sed diversus procul dubio est Parisiensis hic a nostro & a Ligurini auctore. Affuisse Friderico Imperatori in obsidione Mediolanensi existimat Philippus MELANCHTHON. *k*) At vero obstant Ligurini versus 607. sequentes in Libro IV.

Adde quod absenti de multis pauca referre,
Remque verecundo leviter perstringere tactu
Sufficit: hi solide possunt describere gesta,
Quos oculata fides, simul & praesentia facti
Instruit, & notis falli non sustinet ordo.
Nos procul absentes, regalia cernere facta.
Caesaris indigni, vulgata superstite fama,
Paucula de multis tenui suscepimus aure.

Item versus 576. Libri X. *Me quoque non armis sed carmine castra secutum* &c.

b] in praefatione Ligurino praefixa. *c*] v. SIGEBERTVS Gembl. d. S. E. c. 166. *d*) v. Valerii ANDREAE Bibliotheca Belgica, ed. Lovan. 1643. p. 336. *e*) v. Joh. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccl. n. 354. *f*) v. ANDREAS l. c. *g*) v. TRITHEMIVS l. c. *h*) v. ANDREAS l. c. *i*] Auctar de S. E. n. 386 *k*) l. c.

A. C. MCCX. Floruit temporibus Henrici regis quarti A. MC. *l*) vel temporibus Friderici Barbarossae Imp. an MCLX. *m*) vel A. MCCX. *n*) quod postremum tamen potius in Parisiensem quadrat. Ipse Guntherus omnem dubitationem de tempore sistit, dum satis significat, se Imperatore Friderico etiam vivo istud Poema confeciſſe in quinque mensibus, & Imperatori a bellorum tumultibus interquiescenti aliquando hunc laborem suum obtuliſſe, paratum etiam ad reliquas eius res gestas, ubi ad eas rediisset, describendas: quo modo antea filio Friderici Cunrado quartum genito alterum opus Solimarium, quo opere bellum sacrum sive expeditionem Christianorum Regum ac Principum in teram sanctam adversus Saracenos auspiciis Cunradi Imperat. factam exsecutus fuerat. *o*)

Primus Franciae atque adeo Germaniae poeta salutatur a Gasp. SCHOPPIO. *p*) quo iure haec Poetarum medii aevi historia definiat.

Scripsit I. *Martyrium S. Cyriaci* metrico stilo. *q*) Exstat Martyrium & Passio SS. Cyri-

l) v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 354. *m*) v. Valerii ANDREAE biblioth. Belgica ed. Lovan. 1643. p. 336. *n*) v Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 622. *o*) v. Cunradi RITTERSHVSII praefatio in Guntherum p. 3. 4. *p*) v. Inscriptionem carminis adiunct. Guntheri Ligurino ed. Tubing. 1598. p. 207. *q*) v. SIGEBERTVS Gemblac. de Script. Eccl. c. 166. & Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 354.

Digitized by Google

riaci & Julittae MSS, ad S. Amandum. r) A. C. Guntheri de paſſione Cyriaci, & de uſitatis Chriſtianorum actibus poemata quaedam ante XLIII. annos Baſileae edita eſſe audiverat ſuo tempore Petrus PITHOEVS. s) MCCX.

II. *Ligurinum*, ſive de geſtis Friderici Imperatoris Barbaroſſae. Ligurinum inſcripſit, quod bella Ligurum & Inſubrium, hoc eſt Mediolanenſium contineat; t) vel quod adverſus Ligures ſive Mediolanenſes ſtylum acueret. u) In decem libros diviſum eſt opus ſcriptumq; carmine hexametro, initio: *Arduа ſollicito verſu memorandaque ſeclis.*

Exſtat titulo: Ligurini de geſtis Imp. Caeſaris Friderici primi Auguſti libri decem carmine Heroico conſcripti nuper apud Francones in ſilva Hercynia & Druydarum Eberacenſi coenobio a Cunrado CELTE reperti, poſtliminio reſtituti. fol. Impreſſum anno ſesqui milleſimo & VII. [non A. 1500. ut habet Gv. CAVEVS w)] Auguſtae per Erhardum Oeglin civem Auguſtenſem menſe Aprilio: Ut habent verba in editionis huius limine occurrentia. Cum poſt aliquos tractatus Celti cum artifice parum conveniret Marquardus de STAI eccleſiae Bambergenſis

r) v. Valerii ANDREAE Bibliotheca Belgica ed. Lovan. 2643. p. 336. s) v praefationem ad Guntheri Ligurinum. t) v. ANDREAS l. c. p. 336, 337. u) v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. w) l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCX. praepoſitus, Matthaeus MARSCHALCK, Bernhardus & Cunnradus ADELMAN de Adelmansfelden canonici, Chunradus PEVTINGER ac Georgius HERBART Auguſtani ſua opera & aere effecerunt ut artifex ille onus ſubierit, praefationemque ſcripto praefixerunt. In huius Editionis erratorum correctione editores profitentur, exemplar quo uſi ſint, vetuſtate, carie, & blattis ferme abſumptum fuiſſe, indeque errata multa irrepſiſſe. *x*) Eſt & editio Argentoratenſis, cum Scholiis Jacobi SPIGELLII 1531. f. *y*)

Prodiit & Baſileae per Petrum Pernam 1569. cum praefatione Philippi MELANTHONIS. fol. *z*

Alia editio eſt eiusdem Pernae, eodem anno data, cum praefatione Petri PITHOEI ad Jacobum Cuiacium, & quibusdam eius, ſed paucis, emendationibus; fol. in quibus promittit quoque ampliores notas aut potius coniectanea, quibus Juris veteris Gallici Germanicique aliqua non ſatis vulgo nota, potiſſimum vero dignitatum, officiorumque ac militarium origines progreſſusque breviter explicentur. *aa*)

Excuſum eſt opus etiam Francofurti per haeredes And. Wecheli An. 1582. fol. qui omnia

x] v. Conr. RITTERSHVSII praefat. ad Guntheri Ligurinum B. 3. a. *y*] v. RITTESHVSIVS l. c. *z*] v. Conr. RITTERSHVSII praefat. ad Guntheri Liguri-num B. 3. b. *aa*) v. RITTERSHVSIVS l. c.

omnia Argent editionis vitia retinere quam emendationes verisſimas Pithoei amplecti maluerunt. *ab*) Inter ſcriptores rerum Germanicarum collectos a Juſte REVBERO. *ac*) Annum 1584. habent Valerius ANDREAS, *ad*) & Gvil. CAVEVS. *ae*) A. C. MCCX.

Exſtat & hoc rubro: Guntheri Ligurinus, Seu de rebus geſtis Imp. Caeſ. Friderici primi, PP. AVG. cognomento Aenobarbi, ſive Barbaroſſae, lib. X. Opus non ſolum poetis lectu iucundum, ſed & Hiſtoricis & Politicis & Aulicis, ad deliberationum, Conſiliorum, Legationum, Orationum & Epiſtolarum exempla; Jurisconſultis quoque ad Juris Feudiſtici cognitionem utile inprimis ac neceſſarium. Cunradus RITTERSHVSIVS, JC. recenſuit: quinque editionibus inter ſe collatis mendas hinc pasſim plurimas graviſsimasque tam lectionum, quam diſtinctionum ſuſtulit: Notis illuſtravit; & accurato Rerum ac Verborum memorabilium Indice nunc primum locupletavit. Tubingae Apud Georgium Gruppenbachium. MDXCVIII. o.

Locum quendam ex lib. VIII. Ligurini illuſtrat Caſpar BARTHIVS. *af*) Ad commen-

ab] v. RITTERSHVSIVS l. c. *ac*] v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. p. 723. *ad*] in Bibliotheca Belgica ed. Lovan. 1643. p. 337. *ae*] de S. E. p. m. 622. *af*] Animadvers. ad Papin. Statii l. Thebaid. p. 127.

A. C. MCCX. dationem huius ſcripti facit, quod iam in ſeculi decimi ſexti initio Ligurinus per univerſam Germaniam & eius publica Gymnaſia notus fuerit, & iuventuti Germanicae ad legendum & enarrandum praebitus primo Viennae per Conradum Celten, Friburgi per Hieronymum Baldung, Dubingi per Heinricum Bebelium, Ingolſtadi per Jacobum Philomuſum, Lipſi per Hermanum Boſtium qui in praedictis Gymnaſiis publico ſtipendio Romanas litteras, feliciter profitentur. *ag*)

III. *Solymarium* de quo ipſe GVNTHERVS: *ah*)

Jamque adeo, ſi quid ſtudio poſſemus in iſto
Experti, noſterque Igi Solymarius audet,
Atque etiam fortaſſe placet: quem gratulor ante
Regales penetraſſe domos, puerique potentis
Ingenuas tetigiſſe manus.

Item: *ai*)

Mox ubi ſit noſter Solymarius ille requires,
Quem prius ingenuo dedimus leve munus alumno,
Qui ſibi te quinto, poſt ſe, vix menſe creatum
Ac veluti medio proiectum ventris oborſu,
Acceſſiſſe novo mirabitur ordine fratrem.

Ad teſtimonia de Gunthero egregia pertinent ipſa GVNTHERI qui de ſe ipſo ita canit: *ak*)

Hoc

ag] v. pag. ult. ed. Auguſt. 1507. *ah*] Ligurini Lib. I. v. 13. ſq. *ai*] l. c. L. X. v. 648. ſq. *ak*] l. c. v. 586. ſq.

Digitized by Google

Hoc quoq; me Famae, ſi deſint caetera, ſolum A. C.
Conciliare poteſt, quod iam per multa la- MCCX.
tentes
Secula, nec clauſis prodire penatibus auſas
Pierides, vulgare paro, priſcumque nitorem
Reddere carminibus, tardosque citare Poe-
tas.

Guntherus Poeta exſtitit ſpiritus & ingenii haud ſpernendus, imo, ut in illo aevo mirandus: iudice Juſto LIPSIO. *al*) Guntherus neſcio quid prae ſe fert monachismo cultius urbanius, & magis aulicum, ſentiente Petro PITHOEO. *am*)

XI.
EBERHARDVS.

Betuniae oriundus, *a*) Arteſius. *b*) Vixit A. MCCXII. Ut teſtantur verſus hi:

Anno milleno, centeno bis, duodeno
Condidit Ebrardus, Graecismum Betunien-
ſis. c)

Scripſit I. Librum quem *Graecismum* vocant. *d*) Exſtant *Libri Ebrardi Graeciſtae.* impreſſi ſine anni & loci mentione. in fol. plag. 7. Haec editio prodiit cum gloſſis Joannis VINCENTII Metulini, in Pictavenſi Univerſitate regentis. Graecismus hexametro ver-

al) Poliorcetic. lib. Dialog. 4. *am*) Praefat. ad Liguri-num.

XI. *a*) v. HENRICVS Gandav. de. S. E. cap. 60. *b*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Henrici l. c. *c*) v. MIRAEVS l. c. *d*) v. HENRICVS. l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCXII. versu scriptus est. Capita habet XXVII. Incipit: *Est proprie metha trans graece, formatio plasma.* Esse in hoc carmine pulcrum metrum atque illud prae reliquis poematibus a rectioribus scholarum discipulis praelegendum esse monet Glossa quaedam MSta ad EBERHARDI Labyrinthum. *e*)

II. *Labyrinthum* sive carmen de *miseriis rectorum Scholarum*, in quo officia paedagogi exponit, simul artis rhetoricae & poeticae ideam sistit. Eberhardum auctorem esse Labyrinthi probant versus ultimi huius scripti. Male ex titulo libri poetam facit LABORINTVM nomine Codex quidam MStus bibliothecae Gvelpherbytanae. Textum Labyrinthi nondum editum ex codicibus tribus MSStis bibliothecae Academicae Helmstadiensi dabo.

LABORINTVS.

TRACRATVS I.

Plerius me traxit amor, iussitque Camoena
Scribere materiam. Me dedit ipsa mihi.
Viribus ingenii discussis, utpote parvis,
Mens opus iniunctum *f*) depositura fuit.
Desidiam mentis elegia *g*) vidit, & inquit:
Incipe, perficies *h*) auxiliante deo.

Quid

e) Tr. III. v. 71. 72. *f*) MSS. II. *incoeptum* *g*) MS. II. *elegia.* *h*) MS. II. *perficias.*

Digitized by Google

Quid ſit onus Cathedrae; qua teque, tuosque ſcholares, A. C. MCCXII.
Arte regas, perates*) imparitate pedum.
Divinae me movit opis promiſſio. Scribo.
Mendis lectore compatiente meis.
1*) Exhorret nativia parens, dum matris in alvo
Elimat miſeri parvula membra viri.
Si 2*) ſub membrana praeſentit membra magiſtri,
Interrumpit opus ingenioſa ſuum.
Suspirat dicens: operis lex pauſet in iſto.
Exopto: Mea ſit deſidioſa manus.
Si me non alia regeret lex, quam mea, vellem
Inceptum, lineae 3*) deſeruiſſe meae.
Sed natura jubet naturans, ne manus illic
Ceſſet, ubi fuerit materiale bonum.
Et quia lege regor regis, qua legor k) ab alto.
Conſummabit opus linea noſtra ſuum.
Me ſua parca vocat, tibi non vult parcere Filum
Jam nevit. Noſtras arguit ipſa moras.
Naſceris, ergo miſer, miſero 4*) tibi ſigna figurant,
Sideriusque vigor officiale malum.
Scribitur in ſtellis paupertas; copia rerum,
Vi-

2*) Capitulum I. de miſeria rectoris ante rem: ad MS. III. 2*) MS. III. *Dum.* 3*) MS. III. *linae* k) mittor. 4*) MS. III. *miſerum*

A. C. MCCXII. Vitae commoditas; acre *l*) laboris onus.
Scribitur in ſtellis famae *m*) discrimen; honoris
Fulmen; *n*) livoris flamma; favoris amor.
Scribitur in ſtellis virtutis laus; vitiorum
Dedecus; aetatis longa brevisque mora.
Omnem perlegi ſeriem coeli, nec in illa
Inveni ſidus, quod tibi mite micat.
Ecce Dyaneum *o*) tibi flammas non vomit *p*) aſtrum;
Nec tibi ſcintillat Mercuriale decus.
Saturni ſed curva tuos falx falcitat annos:
Et tibi ſax Martis inſidioſa rubet.
Eſt coeli virtus tibi tota propheta laboris,
In quo ditari non tua cura poteſt.
Dicit, & impingit matri ſimulachra laborum,
Quos cella capitis anteriore legit.
Nocte libros tractat, non quinque volumina legis, 5*)
Pneumate quae nec 6*) ſunt emodulata ſacro *q*)
Nulla videtur, ei Ptolomaei pagina, coelum
Qua petitur, qua quis mente per aſtra volat.
Euclı-

l] MS. II. *atque.* *m*] MS. II. *fames.* *n*] MS. II. *Culmen.* *o*] Venerem hic notari obſervat Gloſſa MS. Codicis II, quia Venus duo amantium corda ligat. *p*] MS. II. *vovit.* 5*] MS. III *legit.* 6*] MS. III. *nec quae* *q*] Evangelia & libri miſſales ut explicat Gloſſa MS. Codicis II.

Digitized by Google

Euclidis libri, numero ter quinque, figuris A. C.
Pleni, non asſunt, quos geometer habet. MCCXII.
Non apparet ei codex Gvidonis *r*) in omni,
Qui vocum grave dirigit artis opus. 50.
Non praeſentatur illi revolutio libri, *s*)
Qui numeri vires dinumerando docet.
Non Ciceronis adeſt pingens ſermonis honores *t*)
Cui rethor ſervit florida carta duplex.
Nullus Ariſtotelis codex apparet in illis, 55.
Quem cudit in gremio *u*) philoſophia ſuo.
Phyſica negabit 7*) ſpeculum *x*) duce ſub Galieno, *y*)
Quae flores, illi non tua ſcripta patent.
Exponit, quae non macra, tenuique Minerva
Somnia, quae ſomno Scipio *z*) vidit abeſt 60.
Quae numerat geminos latet aſtrologia coluros.
Quinque parallelli, 8*] ſigniferique gratus.
Nec matri praeſens eſt 9*] cosmographia Platonis
Nomine diſcipuli *aa*) praetitulata ſui.
Non occurrit ei Gratiani pagina. Lucri, 65.
Nutrix: membrana Juſtiniana latet.

Pri-

r) Gloſſa addit: muſici. *s*) Boethii de arithmetica. *t*) MS. II. & III. *odorem* *u*] MS. II. *ingenio* 7*] MS. III. *naturae.* *x*] experientia. *y*] Galeno. *z*] Scipio quidam ſcripſit librum de ſomno. 8*] MS. III. *paralleli* 9*] in MS. III. deeſt *eſt* *aa*) Timaei.

Digitized by Google

A. C. MCCXII.

Primi verſiculi, *ab*) ſecernit 10*) graminata, primam,
Quae ſibi turba viam diſcipularis *ac*) habet.
Donatos vertit lacrimarum fonte fluentes, *ad*)
Qui dantur pueris poſt elementa novis.
Iade tenet parvos lacerata fronte Catones.
Illos diſcipuli per metra bina legunt.
11*) Naſcitur hinc plorans, licet hoc generale ſit omen:
Ploratus tamen hic particulare tenet.
Iſte genas lacrimis oneratus ſaepe videbit.
Nec fiet lacrima proſiliente pius.
Masculus a profert omnis, dum prodit in auras.
Ex radice trahit primi parentis Adae.
Hic cum vagitu ſpeciali ructuat alpha,
Quod rudibus pueris ſillabicando legit.
Dum de matre rubet in cunis, mobilis inquit,
Huic dea, quam ſedes orbicularis habet:
Area te mundi cepit, mea regio caſus
Humanos ponit ſub ditione mea.
Omnis ſors hominum mihi cedit. Portio ſortis
Addictae tibi nil proſperitatis habet.
Quod regnat, floret, gaudet: rex, miles, agreſtis:
Inv-

---

ab) Alphabeti. 10*] MS. III. *ſed cernit.* *ac*] MS. I. *diſciplinaris.* *ad*] quia in iis addiſcendis pueri maxime percutiuntur. 11*] Capitulum ſecundum de miſeria rectoris circa rem.

Digitized by Google

Imperio, fama, commoditate: meum. A. C.
Per me, qui rexit, ſervit Qui floruit, aret. MCCXII.
Et qui gaudebat, anxietate dolet.
Nobilibus; cupidis; praelatis: ſurgit adhaeret;
Accedit; per me gloria; nummus; honor.
Me retrahente manum vileſcit gloria; nummus
Decreſcit; ſummus attenuatur *ae*) honor.
Per me rethoricus flos, grammaticus labor;
artis
Garrulitas: tumulat; evacuatur, aret,
Nutus adulantis; reverentia plebis; amicus
Sortis: cui faveo, paret; obedit; adeſt.
Gaudia poſt fletum; poſt gaudia ſemino luctum.
Poſt lucem tenebras; poſt tenebroſa iubar
Summa mihi requies eſt in conſtantia ſphaerae.
Eſt in continua mobilitate fides.
Vaticinor tibi perduros inſtare labores,
Quos vitis cathedrae progenerabit honor.
Hic 12*) quondam viguit, nunc languet.
Floruit, aret.
Praecepit, ſervit. Fructificavit, eget.
Florent, qui iaculis linguae pervertere cauſas
Juſtas, iniuſtas iuſtificare ſciunt.
Florent, quos ditant infirmae pullio venae,

ae] MS. U. *annihilatur* 12*] MS. III. *Qui*

A. C. MCCXII. Urinae ſedimen, ſtercoreusque colon.
Florent hypocritae, ſapientum ſimia trunco 13*)
Qui faciunt umbras, 14*) quos ligat aeris amor.
Florent fex hominum, ſcurrae, quos curia lactat
Qui dominis linguae garrulitate placent.
Florent palpones, quorum ſub melle venenum
Lingua parit miſeros proditione premunt.
Ergo caeca probos, *af*) quia coecos tollo videntes
Deprimo, degeneres nutrio, ſperno bonos,
15*) Interea vegetans ſurgit vis. Pullulat aetas.
Pubescit ratio. Cellaque *ag*) terna ſapit.
Prima capit. Media discernit. Tertia rerum
Formas in thalamo poſteriore legit. *ab*)
Phantaſia ſedet in prima. Vis rationis
In media. Terna vim memorantis habet.
Praegnantes facit has ſenſus impreſſio, radix
A quo totius cognitionis erit.
Ad ſe ſeptenas, quae regnat in arte, puellas
De ſe progenitas, philoſophia vocat.
Eſtis progenies, inquit, mea fida, parenti
Ob-

13*) i. e. corpori 14*) per pompam veſtimentorum: Gloſſa MS. III. *af*) dicor. 15*) Capitulum tertium de miſeria rectoris in re *ag*) capitis. *ab*) MS. II. *tenet*

Obſequium, *ai*) fructus exhibitura boni. A. C.
Absque mea luce non lucet veſtra lucerna. MCCXII.
Eſt etiam veſtrae lux mea lucis egens. 130.
Quod ſeritis, meto. Plantatis, colligo quic-
quid
Theſaurizatis arcula noſtra tenet.
Inter vos gradus eſt ſoror in limite prima *ak*) 135.
Primo, quae lactis ubera plena gerit.
Compoſitae vocis haec ponit ſemina per ſe
Quae vocem, quae non dant, elementa
docet.
Dividit in quinque *al*) per ſe facientia vo-
cem.
Eſt maior numero caetera turba *am*) ſuo. 140.
Mutas & liquidas numerat, quae ſunt coe-
untes
Vocales monſtrat, vi remanente ſua.
Simplicium modum generat, conglutinat
apte.
Sermonis partes, ſchema tropumque facit.
Ex hac ſcintilla lumen facis emicat altae. 145.
Ex hoc ſeminio pullulat ampla ſeges.
Ex hac radice ramoſa ſupervenit arbor.
Ex hoc fonticulo rivus abundat aquae.
Prima miniſterio vernat ſoror absq; miniſtro
Ferre miniſterium non valet iſta ſuum.
Huic quem fata vocant concedite, militet 150.
eius
Militiae, quae dant ſidera ſigna ferat,

ai] MS. II. *Obſequiis* *ak*] Grammatica. *al*] vocales *am*] conſonantes.

A. C. MCCXII.

Excolat in vitem labruscam. Transferat herbam
In messem. Faciat fructificare rubum.
Forma doctrinae vestros informat alumnos,
Ut sic procedant ulteriore gradu.
Hic alphabeti versum dum ruminat, omnis
Vestra latet virtus, vestra sepulta iacet.
Ignorans atomos sermonis, quid sit elenchus
Nescit, aut quae sit maxima, *an)* quidve locus.
Quae sit civilis ratio depicta colore
Nesciet, aut quae sit, quaestio, quidve genus. *ao)*
Quis numerus numerans, latet hunc, quis sit numeratus.
Quae radix. Quae vis multiplicantis erit.
Quae sit, vel qualis, latet hunc symphonia vocum.
Quae sit ter ternis vox modulanda modis
Nescit quid punctus, planum, quid linea, spissum,
Quam quadraturam circulus ipse capit.
Nescit quae stellae, quae sit natura planetae;
Et quis sit stabilis, retrogradusque modus.
Vester sit praeco, qui fati lege fruatur;
Ubera grammaticae sobrietate bibat.
Si de lacte satur fuerit, contemnet alumnos,
Nec stomacho pascet esuriente rudes.

Ac-

an] Glosu MS. Codicis H. topica, *ao*] in Logica.

Digitized by Google

Accedat favor his. Gremium ſubit iſte prioris A. C. MCCXII.
Germanae, lactis primitiasque trahit. 175.
Imprimit A menti, ſugens ex ubere primo. 16*)
Conſequitur numero turba vocata ſuo.
Sugit, quot conſtet elementis ſillaba; partes
Quot ſint ſermonis, quae genus omne creant. *ap*) 180.
Sugit, quid proprium ſit cuique; quid accidat illi;
Et quid ſimiliter *aq*) ſignificando notet.
Sugit, quae partes ſint prima ſede locatae;
Quot ſint, quae ſede poſteriore ſedent.
Ubere de reliquo bibit uberiore: maritet 185.
Dicto ſe ſociae qua ratione ſuae.
Quae ſit feſtina, quae non, cognatio *ar*) vocum;
Et quot ſint ſpecies illius, inde bibit.
Quae ſit congruitas ſenſus, & vocis, utramq;
Quae teneat, quae non, ſyntheſis, inde bibit. 190.
Quis modus excuſet vitium, quot quaeque figura
Diſtinctas ſpecies continet; inde bibit.
17*) Sic famulo loquitur mater, radixque loquelae:

16*] MS. III. *pleno* *ap*] MS. II. *trahant* *aq*] MS. II. *ſimpliciter*. *ar*] MS. II. *conſtructio*. 17*] Capitulum quartum de miſeria futuri rectoris per ea quae circumſtant rem.

Digitized by Google

A. C. Sit tibi mandati formula grata mei.
MCCXII Disce prius, quam dogma seras, si ducere tecum
195. Vis. Videas primo te, rege deinde tuos.
Omnis doctrinae quia semina ponere debes.
Aetas omnis erit discutienda tibi.
Aetatis cera doctrinae prima sigillum
200. Leviter accipiet pollice ducta levi.
Dum sentis, quae sit magis indurata, prematur
Acrius, assidue solicitanda tibi.
Asperius debet tractari firmior aetas,
Uteturque meo consolidante cibo.
205. Donatus pueris puerilia donet uterque,
In quo Remigius *as*) remigis usus erit. *at*)
Donatus recitat, quod discipulis prohibebis,
Et quod permittas. Hic decor, error ibi.
Doctoris prisci 18*)gemino de corpore micas
210. Extrahe discipulis, contere, sparge tuis.
Quos usus veterum celebravit, lectio praesens
Quos colit, accentus quoslibet iste docet.
Exemplo doceas simul & verbo. Studiosos
Efficies pueros, si studiosus eris.
215. Verba movent; movet exemplum: Verbum ferit aures;
Exemplum cordis interiora subit. *au*)
Oc-

---

as] Remigius conscripsit tractatum qui incipit: Dominus quem pars; quem indicat auctor. *at*] MS. II. habet. 18*] Prisciani. *au*] MS. II. movet.

Digitized by Google

Occultos animi motus natura miniſtrat. A. C.
Signa tibi mentis exteriora dabunt. MCCXII.
Cui frigescit amor ſtudii, te flante caleſcit.
Flagrantis fax eſt exagitanda tibi 220.
Eſt aliter fortis, aliter fragilis, recreandus *ax*)
Diverſis durus, *ay*) ingenioſus, egent.
Hic gaudet gravibus. Hinc planis. Quid ſit utrique
Utile, noſtra comes, fida poeſis, habet.
Conſerva ſtabiles precibus. Revoca fugitivos 225.
Pollicitis. Tumidis ſupprime lora minis.
Temperie vultus hilaris timidos refove-
to. *ba*)
Intrepidos vultus fulminet ira tui.
Indomitos *bb*) reproba; *bc*) Manſuetos dili-
ge; ſtultos
Argue; Devotos *bd*) dirige; Carpe vagos. 230.
Corrige delicta verbis, & verbere. Verbis
Asperius. Virgis conveniente modo.
Iratus teneris diſcas miteſcere; duris
Diſcas iraſci. Sis feritate pius.
19.*) Langueſcit manuum labor immunis
20*] Labiorum 235.
Deficiens labor eſt fertilitatis egens.
Mercedis firma ſpes ſuscitet ergo laborem,

ax] MS. II. *fragilisque favendus* forte: *fovendus*. *ay*] MS. II. *durus: &*. *ba*] MS. II. *Recreabis*. *bb*) MS. II. *Effrenes*. *bc*] MS. II. *reprime bd*] Obedientes. 19.*] Capitulum quintum de miſeria futuri rectoris per ea quae ſunt poſt rem. 20*] irremuneratus.

A. C. Et *be)* fructum pariat solicitudo tibi.
MCCXII. Dum messem pretii, quae sit medicina laboris,
Exigis, multiplici trutina *bf*] pende, patres. *bg*]
Sors favet, & saevit. Eget unus, & alter abundat,
Rebus; sed medius *bh)* inter utrumq; sedet.
Si pretium fuerit sibi 21*) paupertate negatum,
A 22*] pretio Christi constituatur amor.
Mercedis parca promissi prodiga cura
Divitis esse solet, sic capit, ergo cave.
Cum 23*] verbum floret, mens aret. Cor gerit intus,
Quin linguae flores dissimulare student.
Certior est pacti *bi)* de sorte patris medicoris,
Cuius *bk*) de puero sit tibi cura prior. *bl*)
Si tali teneas ratione regentis habenam,
Non erit immunis cura laborque tuus.
Grammaticae famulans subit ingeniosa poesis:
Officii confert *bm*) ulterioris onus.
Explicat haec legem metri, quid pes, docet, addens

Quid

---

be] MS. II. *Ut* *bf*] MS. II. *in trutina triplici* *bg*] fortasse: *pares* *bh*] MS. II. *& in mediis.* 21*] MS. III. *sub* 22*] MS. III. *Pro.* 23*] MS. III. *Tunc.* *bi*] MS. II. *pretii* *bk*] MS. II. *Eius.* *bl*] MS. II. *magis.* *bm*] MS. II. *tribuens*

Digitized by Google

Quid tempus, quot ſint tempora cuique pedi A. C. MCCXII.
Ex quot ſyllabicis pes conſtat partibus, & quae
Feſtinans, quae ſit ſyllaba tarda docet.
Quis, & quot pedibus, conſtat lex quaeque metrorum;
Et per quot genera ſint varianda docet. 260.
Quod diverſa metro non deſcribuntur eodem,
Sed res quaeq; metro *bn*) ſit propriata docet.
Hiſtorias habet hexameter. Servitque querelae
Pentameter. Laudes caetera metra canunt.
Excipit hæc una: tibi pars ero magna laboris. 265.
Expedit, ut vires experiare meas.
Eſt mihi materia, quicquid capit ambitus orbis
Cudit 24*) in obſequio philoſophia meo.

TRACTATVS SECVNDVS.

Thematis initio quamvis varii famulentur,
Praecedunt bini nobilitatae modi
Principium magis egregium per Zeugma decoro,
Et per hypozeuxin thematis ordo capit.
Zeugma vel a capite medio, vel fine, reducit 5.

bn] MS. II. *ſuo* 24*) MS. III. *Ludit.*

A. C. MCCXII. Verbum. Sic lucet hoc ſine nube tibi:
Eſt Joſeph flos naturae; fratrum medicina;
Patris amor; matris gloria; ſtella domus.
Eſt Judas puteus ſceleris; deſpectio plebis;
10. *Fex rerum; peſtis ſaeva; ruina boni.*
Spem firmam fidei petram, deitatis amorem,
Qua pateant clavem coelica bo) *Petrus habet.*
Nequitiae laqueo, fidei damno; magicali;
Fraude; magus ſceleris impietate valet.
15. *Byſſus mundiciae; roſa martyrii Catharinam*
Commendat; Sinai cella; bp) *liquoris odor.*
Traditio patriae; mors fratris ſaeva; Medeam
Vituperat; nati plaga; ruina ſenis.
Jungit hypozeuxis clauſis ſua ſingula verba.
20. Lux exemplaris luceat iſta tibi:
Virgo Dei genitrix portum dedit; avia vitae
Expulit; excuſſit noxia; grata tulit.
Qua parens prima luctum peperit; male dictum
Intulit attrivit gaudia; damna dedit.
25. Iſte duplex quinque modus nubit generali
Eloquio, quod vim thematis intus habet.
Crimen vilescit, naturae gratia ſortis
Gloria, fama veri, nobilitatis honor.
Non poterit vera virtus ſentire ruinam
30. *Deficiendo perit effigiale bonum.*
26*) Rem dilato brevem, brevio longam. Decet ambos

Me

bo) MS. II. *regia* bp) Sepulchrum in monte Sinai.
26*) Capitulum ſecundum de modis prolongandi materiam.

Digitized by Google

Me ſervare modos, aptus uterque mihi. A. C.
Egregie plerumque loquor. Nunc limite MCCXII.
curro
Difficili. Plana nunc placet ire via.
Si mora longa placet, nec ſum brevitatis
amicus. 35.
Octo materiam ſic ego tendo modis:
Pulchro circuitu *bq*) rem vilem vito, de-
coram
Dedeco. 27*) Periſraſis iſta perita petit. *br*)
Sic qui mentitur, non verum dicere, dicis.
Veracem dictis, dicis amare deum. 40.
Veſtio rem verbis variis. *bs*) Nec eſt tenor
idem.
Verborum, ſed quod ſignificatur idem.
Dilige corde deum. Tota vi mentis inhaere
Illi. Pro toto poſſe ſequaris eum.
Solennis fuerat quondam collatio *bt*) multis. 45.
Sed nunc, quando venit, raro modeſta
venit.
Non ſine ſpineto creſcit roſa: nec ſine mundi
Tormento domino vita placere poteſt.
Thematis in tractu mihi ſervit apoſtropha
bu) ſermo
Cuius ad abſentem ſe rapit arte ſua. 50.
Sic dic Canonico: *Phaleris non te mihi praefer.*
Ser-

---

bq) Primus modus per Periphraſin. 27*] vitio. *br*] MS. II. *docet* *bs*) Modus ſecundus per Interpretationem. *bt*) Tertius modus per Comparationem. *bu*) Quartus modus.

Digitized by Google

A. C. *Sed vita caſta, religione ſacra.*
MCCXII. Sermonem quandoque rei ratione carenti
Adſcribo. Servit proſopopeia *bx*) mihi;
55. *Obſtrepit altare, dic, o pollute ſacerdos*
Qua tu praeſumis ſumere mente deum.
Delero materiam *by*) Quandoque relabor
in illam,
Sic, ut non videar deſeruiſſe tamen.
Herculeis digitis Antheus bz) *in aera preſſus*
60. *Languet, Lucani digrediente ſtilo.*
Verborum pompa deſcriptio *ca*) gaudet, &
illa
Vtor, dum curſum tendere curo meum.
Eſt fidei doctor deſcriptus carne pudica
Ioannes; verbo Paulus; amore Petrus.
65. Rem certam pono, cuius contraria premo. *cb*)
Tollitur haec dempta, credit, & illa manet.
Non placeas, ſed diſpliceas tibi gloria mundi:
Decipit, & vitam non parat cc) *immo*
necem.
28*) Thematis a ſerie, quae ſunt praedicta,
reſcindo,
70. Si non propoſitum linea tendit opus.
Participans non conjunctum ſine remige
ſextus
Emphaſis abbreviat quatuor iſta moram.
Stat

bx) Quintus modus. *by*) Sextus modus per Digreſſionem. *bz*) Gigas quidam. *ca*) Septimus modus. *cb*) Octavus modus per Oppoſitionem. *cc*) MS. II. *parit.* 28*) de modis quatuor abbreviandi.

Digitized by Google

Stat Chriſtus index; ſedet impietas; cruce damnans A. C. MCCXII.

Saevit; Homo patitur, nil patiente deo.

29*) *Egregieq; loquor, communes transeo metas* 75.
Sermonis, trita *cd*) dum pudet ire via. *ce*)
30*) Eſt verbi novitas mihi dulcis, ſic ego dico:
Hic ſolet affines canonicare ſuos.
Eſt in nominibus idem modus. *Urſior urſo,*
Tigride tigridior, femina laeſa furit. 80.
31*) Voces conjungo, quae discordare videntur
Extra, qvas intra pax ſine lite ligat.
Dives avarus eget, lucrique labore quiescit.
Congregat, eſt vita ſordida munda ſibi.
32*) Dictio, cui non dat caſus inflexio caſum, 85.
In caſus ſede ſaepe ſedere ſolet.
Absque ſed cf) *eſto bonus, ſine vix* cg) *domino famuleris*
Ne tuleris ch) *poenam, ſis ſine pene* ci) *pius.*
33*) Alterius dictum mihi ſumo, ſumit amictum
Taliter egregium ſaepe poema meum 90.
Conſedere duces & vulgi ſtante corona
Pro populo Chriſtus plurima probra tulit.

Eſt

29*) Capitulum tertium de modis egregie loquendi. *cd*) MS. II. *tritam*. *ce*) MS. II. *viam*. 30*) Novae dictionis invenrio. 31*) Dictionum contrariarum poſitio. 32*) Dictionis non caſualis declinatio. *cf*) limitatione, excuſatione. *cg*) difficultate. *ch*) MS. II. *Non tollas*. *ci*) ſine defectu, imperfectione. 33*) Accommodatio.

A. C. MCCXII.

34*) Eſt modus egregius, ſed rarus, tempora mutans,
Syllabicamq; moram, cum ratione tamen.
Producas alii quem corripuere laborem.
Qui labor eſt aliis, hic tibi labor erit.
35*) Pono commune fixum, vel mobile nomen,
Vt ſedem proprii vitet utrumque loci.
Armati fidei lorica fulmina ſancti
Saeva tyrannorum non timuere viri.
36*) Tranſumo proprium, probo, vel reprobo: Probo *Plato*, 37*)
Hic eſt corde; Cato moribus; ore Paris.
Reprobo, ſi dicam: *Ruſinus crimine; forma*
Terſites; Simon fraude, vir ecce venit.
38*) In propria ſede, ſi turpis *ck*) tranſfero verbum,
Extremaque magis in regione placet.
Mundi divitiis florent, qui moribus arent.
Cui ſors arridet proſpera, corde tumet.
39*) Eſt poſitum ſemel improprie, proprieque tenetur
Verbum ſub ſpeculo res patet iſta tibi:
Exacuunt linguas ad iurgia tela maligni,
Ad bellum, quos non lancea lingua ferit.
40*) Vocem non unam, ſed plures, transfero verbis.

95.

100.

105.

110.

Sic

34*) Quantitatis variatio. 35*) Modificatio ſub transſumtione. 36*] pronominatio. 37*) i. e. ſapiens. 38*) Translatio. *ck*) MS. II. *ſorpet*. 39*) Translatio. 40*) Tranſumtio.

Digitized by Google

Sic aliis alia ſignificata fero: A. C.
Qui docet invitum, ſua ſemina mandat arenae; MCCXII.
Abluit & laterem; Littus arare ſtudet: 115.
41*) Semita difficilis plerisq; modis variatur,
Qvos ego percurro ſub brevitate ſtyli. *cl*)
42*) Inventor ſignans inventum: *Copia Bacchi,*
Et Cereris, cauſa criminis eſſe ſolet. 120.
43*) Inventumqve notans inventorem: *Miſerere,*
Pſalmus ait, poſtquam maxima culpa fuit.
44*) Deſignatur herus inſtrumento: *Dominatur*
Telum pauperibus, excruciatque pias.
Pila ſubegerunt partes ſibi quaslibet orbis: 125.
Cedunt Romanis pelta fariſta cm) *ſuis:*
45*) Hoc quod in eſſe ſolet ex cauſa, ſaepius ipſi
Aſſigno cauſae. Sic tibi dicta vide:
Felix qui victum quaerit ſudante labore.
Multis depascit corpora macra fames. 130.
46*) Multoties ſumo pro ne, quae continet ipſam
Contentam, talem vel retro flecte *cn*) modum:
Mens ſe convertit peccatrix. Curia coeli
Tota deo laudes exhilarata canit,
47*)

41*) Capitulum quartum de modis cum difficultate loquendi. *cl*) MS. II *tibi*. 42*) primus. 43*) ſecundus 44*) Tertius *cm*) Gloſſe MS. Codicis II. explicat per arma Graecorum. 45*) quartus 46*) Quintus. *cn*) MS. II, *verte*.

Digitized by Google

A. C. MCCXII.

47*)Exprimo materiam. Redolet res non ſine forma.

Iſtud in exemplo lucidiore patet:

Praeſulis in digito precioſum fulgurat aurum,
Illius in dextra nobile candet ebur.

48*) Carminis in textu delector ponere formam

Pro re, ſi, quod habet res, ſua forma capit.

Regnat ſtultitia; ſervit ſapientia; Virtus
Subiicitur; Vitium praedominatur ei.

49*) Eſtque mei moris, aliter coniungere voces,

Quam ſuus ordo petit. Forma ſit iſta tibi;

Luxuriam vitent paſtores, ſcandala propter.
Plurima pro cleri crimine turba labat.

50*)Curſum ſermonis mihi tendere convenit ultra,

Quam poſſit veri regula recta pati.

Quem numinus, perſona, preces, de tramite recto
Non ducunt, iudex, ſidera laude ferit.

51*)Partem pro toto pono. Placet & vice verſa Totum pro parte ponere ſaepe mihi:

In terris anima prudens, & juſta laborat.
Poſt mortem carnis nulla meretur homo.

52*) Unum per multa nunc in uno, multa per unum.

Sic

47*] ſextus. 48*] Septimus: emphaſis. 49*] Octavus transgreſſio. 50*] ſuperlatio. 51*] intellectio. 52*] intellectio.

Digitized by Google

Sit tibi iam dictae talis imago rei: A. C.
Vicit Pompeium Romano milite Caesar. MCCXII.
Huic intenta tamen corda fuere pulis,
53*) Affines sibi sunt quaedam voces, & abutor.
His. Gaudent sedes alterutrare suas. 160.
Parva breves vires retinet statura virilis;
Longo consilio magna carere solet.
54*) Est via plana duplex. Non floret prima. Secunda
Rhetoricis opibus delicioſa viget. 55*)
56*) Primo curro via plana, gravitate relicta 165.
Omni. Verba mihi cottidiana placent.
Succincte verbis praesentis temporis co)utor,
Ut res gesta cp) diu iam videatur agi.
Exit servus habens urnam manibus. Lapis obstat.
Nutat pes. Urna frangitur. Ille gemit. 170.
57*) Planities picta tibi sit subscripta notanda,
Talis planities dulcis in aure sonat,
Ponam nominibus tacitis exempla colorum.
Carmen depingo sic Ciceronis ope:
58*) *Sit laus, sit virtus, sit bonor, sit gloria Christo.* 175.
59*) *Sit decus, estque decus. Est sine fine decus.*

53*] abusio. 54*] Capitulum quintum de modis plane loquendi. 55*] MS. III. *visus*. 56*] primus. co] MS. II. *operis* cp] MS. II. *acta*. 57*] secundus. 58*] Repetitio verborum; primus color. 59*] Conversio secundus.

A. C. MCCXII. 60*) *Quis pius est? Christus. Quis habes de virgine Carnem?*
Christus. Quis mundus crimine? Christus homo.

61*] *Parentes minime quia peccavere parentes*
280. *Primi, caesus ob id in cruce Christus obit.*

cq) *In ligno moritur vita, de morte redemta*
Christi viventis. In nece vita datur.

cr) *O miranda patris pietas, qua venit ab alto*
Filius, humanum vivificare genus.

285. cs) *Quem posset miseris genitor nato meliorem,*
Aut quem maiorem, mittere, quevve parem?

ct) *Cur misit? quia tempus erat. Quare? quia laesit*
Hostis. Cur? homini perniciosus erat.

cu) *Est sapientis opus, hostis telum, quod in omni*
290. *Tempore provideat, insidiantis ei.*

cx) *Hostis, qui cecidit, hominem vult stare, vel illi*
Damnatus capiet ferre salutis opem.

cy) *Vulnerat incautos subito, sed non sibi prod-*
est.
Iustum prosequitur; consequiturq; malum. cz)

295. da) *Fraudibus, insidiis, laqueis, iugulat vigilantem*
Nocte die, psalmis, flesibus ille fugit.

db)

60*] Complexio, tertius. 61*] Traductio, quartus. *cq*] Contentio quintus. *cr*] Exclamatio. *cs*] Interrogatio. *ct*] Ratiocinatio. *cu*] Sententia. *cx*] Contrarium. *cy*] Membrum orationis. *cz*] MS. LL. *nihil*. *da*] Articulus.

Digitized by Google

db] *Qui sibi praesidium parat in virtute su-* A. C.
premi, MCCXII.
Hostis non poterit impietate premi
Non inimicus obest illi, qui se dat amicum
Mandatis domini pacis, 62) obedit eis.* 200.
dc) *Es quia callidus est hostis, celer ad nocu-*
menta,
Ne noceat, caveas, calliditate tibi.
dd) *Sit tibi pura fides. Valient pietate fideles.*
Sit tibi spes melior. Sed tibi firmus amor.
de) *Haec tria virtutis sunt semina, causa salutis,* 205.
Ut salvus plene sis, operare bene;
df) *Carmen vi mentis supera; propera docu-*
mentis
Sanctis mundiciam cordis habere piam.
63*] *Si carnis cariem sequeris, virtute carebis.*
Est fomes vitii, foeda gamma caro. 210.
64*) *Quare transgrederis? num cogit mundus?*
at iste
Contemtus languet, nilque vigoris habet.
Num caro? sed victa subiecta tacet rationi.
Num daemon? leviter sed superabis eum.
Est ergo culpae non ex te causa, sed in te. 215.
Sponte voluptatem concomitaris homo.
dg) *Te capit, & captum sternit stratumque ca-*
tenat
Teque catenatum ducit ad ima lacus.

db] Continuatio. 62*] MS. Ill. pareb. dc] Comparatio dd] Similiter eadem de] Similiter desinens df] Permixtio. 63*] Agnominatio. 64*] Subiectio. dg] Gradatio.

Digitized by Google

A. C. MCCXII.

dh) *Est Sathanae laqueus peccatum, quo tra-*
hit omnes
Ad mortis laqueum, quos laqueare potest.
di) *Quomodo te fallit, audisti: Quomodo punit*
Audi, Damnatum sulphuris igne premit.
dk) *Non premit, immo malum totum consumit*
in igne.
Sed non consumi spiritus igne potest.
dl] *Praetereo, quae sit poenarum maxima.*
Non est
Concessum miseris posse videre Deum.
dm] *Peccatum mortem fecit, poenamq; creavit,*
Causam corporeae debilitatis habet.
dn) *Poenas terrore fuge, vel virtutis amore.*
Poenae terrore sis, vel amore pius.
do) *Est tibi proposita via vitae, vel via mortis,*
Quamvis introeas: ista vel illa patet.
65*) *Dic homo perdite, perdite dic, cur negli-*
gis illum.
Illum, qui pro te mortis amara bibit.
dp) *Vulnere deterst tua crimina, sanguine*
lavit:
Hostem devicit, supposuitque tibi.
dq) *Sed vitanda petis, miserande, petendaque*
vitas;
Et fugienda facis, & facienda fugis.
dr)

---

dh] Definitio. di) Traditio. dk] Correctio. dl) Occupatio. dm] Disiunctio. dn] Convictio. do] Adiunctio. 65*] Conduplicatio. dp] Interpretatio. dq] Commutatio.

Digitized by Google

dr) *Dic potius: tibi me commendo,* ds) *tuae pi-* A. C.
etati MCCXII.
Totum ſubmitto. Parce benigne Jeſu. 240.
dt) *Neſcio, ſi ſimplex, vel ſtultus, ſit tibi no-*
men,
Vel magis inſanus hoc puto nomen erit
du) *Simplex, vel ſtultus, vel ſis inſanus oportet.*
Non es ſimplex, nam ſunt mala nota tibi.
Non etiam ſtultus, quia 66*) *noſti quo ſit eun-*
dum. 245.
Quod ſis inſanus hac ratione liquet.
dx) *Fraudibus insendis. Auges bona tempo-*
ris. Illis
Invigilas. Finis non tibi cura manet.
dy) *Summa dies veniet, poſitis in parte ſiniſtra*
Dicetur: ſed plus dicere nolo tibi. 250.
dz) *Non eſt* 67*) *certa dies mortis. Re certi-*
or omni
Mors eſt. Errorie ergo relinque viam
Verborum ſunt terdeni bis tresque colores,
Quos ſatis 68*) in ſerie carminis huius ha-
bes. 69*)
70*) Thematis interior vultus cum vult, re-
dolere 255.
Floribus, hoc rerum ſtemmata pono modo:
ea) *Paſtoris qui nomen habes, ſis forma beatae*

dr] Permiſſio. *ds*] MS. II. *committo* *dt*] Dubitatio. *du*] Expeditio. 66*] MS. III. *nam.* *dx*] Diſſolutio *dy*] Praeciſio *dz*] Concluſio. 67*] MS. III. *ſed non* 68*] MS. III. *ſtylus* 69*] MS. III. *habet.* 70*] De coloribus ſententiarum. *ea*] Diſtributio.

Digitized by Google

uae, quam debet ſubdita turba ſequi.
A. C. MCCXII. eb) *Pace tua dico: non Chriſti, ſed tua quaeris.*
260. *Lucri te ducit exitialis amor.*
ec) *Non minimum, quod habes, nimium ſed, dicere volo,*
Divide, non cumula. Pauper & inde feras.
ed) *Inſtrue ſubiectos, vel plebs, ut ovis vel ut hoedus*
Errabit vigilans ſis velut Argus ei.
265. ee) *Exemplum, dogma, duo ſunt, hoc inſtruit, illud.*
Allicit. Errantem ſic revocare potes.
ef) *Illi non parcas. Eſt fur; latro; leno; ſuperbus;*
Invidus; exactor; ambicioſus; iners.
eg) *Sordes evellas. Exſtirpes crimina, quantum*
270. *Eſt in te, quantum ſit tibi poſſe datum.*
eh) *Saepe tibi dicas ego non vivo mihi ſoli,*
Sed multis bonor hic eſt aliunde datus.
ei) *Inſipiens audes de multis ſumere curam,*
Prudens de paucis quamvis habere timet.
275. ek) *Daemon commiſſis, tibi non minus, inſidiatur,*
Quam lupus eſuriens inſidiatur ovi.
el) *Iuntque mali plures juſtis, Naſone fatente: Im-*

---

eb] Licentia. *ec*] Diminutio. *ed*] Deſcriptio. *ee*] Diviſio. *ef*) Frequentatio. *eg*] Expolitio. *eh*) Sermocinatio. *ei*] Contentio clauſularis. *ek*] Similitudo. *el*] Exemplum.

Digitized by Google

Imolentur numeris deteriora ſuis: A. C.
em) *Cottidie tanquam rapidus draco circuit* MCCXII.
hoſtis,
Quaerens quem rapiat unguibus, omne 71*) 280.
terat.
en) *Eſt hoſtis fidei, caput intonſum, genaſulta*
Barba, cui facies extenuata riget.
eo) *Iſte ſub hypocriſi permulcet nectare linguae*
Indoctos. Virus deinde ep) *propinat eis,*
eq) *Acclamans aliis,* 72*) *paſtori dicit aperte:* 285.
Cum tu nos doceas plurima, pauca facis.
Quod tua lingua ſonat, manus hoc operetur;
At ille
Non penſare manum, ſed mea verba velis.
Subiicit hic: ea quae dicis, ſi vera putares
Expleres opere, quod tua lingua tonat. er] 290.
es) *Sic tua vita refert: licitum tibi, ſubdite,*
credas
Eſſe ſuus, paſtor quod facit absque metu.
et] *Diminuis vita, vires verbi mala ſtultius,*
Ut vix peccatum luxuriare quiet.
Eſt hic egregius paſtor prudensque patronus, 295.
Curam commiſſi dignus habere gregis.
73*) *Ut dixi, paſtor, ſi corrigitur, rubet. Inſtes,*
Plus pallet. Metus hinc eu) *patet, inde pu-*
dor.

em] Imago 71*) MS. III. *ore* en] effectio. eo] Notatio. ep] MS. II. *inde.* eq] Sermocinatio. 72*] MS. III. *aliquis.* er] MS. II. *docet.* es] Confirmatio. et] Significatio. 73*] Significatio per convenientiam. eu] MS. II. *tunc.*

Digitized by Google

A. C. 74*) *Paltor, & iſte ruhor, paſtoris nuper in ore.*
MCCXII. *Sed taceo, nolo dicere plura modo.*
300. 75*) *Si non pro meritis, ſed pro virtute, gra-*
veris
Sola, non debes immemmor eſſe Joſeph.
ex) *Fraternus livor gravat hunc. Aegyptus ho-*
norat.
Eſuries fratres attrahit. Ille fovet.
305. ey) *Gratia cum puero* ez) *naturae plena fa-*
veret,
Firmus ei patris invigilavit amor.
Inſuper apta puer quia vidit ſomnia, fratrum
Spiritus invidit. Combibit ira dolum.
Praevidit dolus inſidias. Puero veniente
310. *Dixerunt: ſomnus cui favet ecce venit.*
Occidat: & videamus, ei ſi 76*) *ſomnia proſint.*
Sed Deus innocuo vera medela fuit.
Venditus Aegypti praefectus claruit. Omnem
Afflixit terram non moderata fames.
315. *Suffecit panis Aegypto. Namque ſalutis.*
Sola Joſeph cura diſpoſitura fuit
Defecitque Jacob alimentum, cumque timeret
Pro pueris, venit nuntia fama ferens:
Fruges Aegyptus vendit. Fratres abierunt.
320. *Deni, patre ſuo praecipiente Jacob.*
Deficiente cibo rurſus rediere, parenti
Dixerunt: Vivit filius ecce tuus.

Spi-

74*] Significatio per praeciſionem. 75*) Significatio per ſimilitudinem. *ex*] Brevitas. *ey*] Demonſtratio. *ez*] MS. II. *Joſeph*. 76*] MS. III. *quid*

Digitized by Google

Spiritus illius & vita revixit, & inquit: A. C.
Ne mors praeveniat, vado videre Ioseph, MCCXII.
Venit in Aegyptum nato mediante receptus
Israel, & dominus multiplicauit eum. 325.
Bis denis redolet hoc carmen floribus. Unum
Excipe. Non unum possidet ille locum.
Hos via dictandi recipit, flores dabit illa
Bernhardi 77*) maior summa minorque tibi. 330.

TERTIVS TRACTATVS.
de Versificatione.

Viribus apta suis pueris ut lectio detur,
Auctores tenero fac ut ab ore legas.
Elige quod placet, & lege, perlegis ecce sub uno
Ordine, qvos traxit gloria fama mei.
Se mita virtutum, cautus 78*) CATO, re- 5.
gula morum,
Quem metri brevitas verba polire vetat. *fa*)
Veri cum falso litem THEODOLVS arcet.
In metro ludit theologia sibi. *fb*)
Instruit apologis, trahit a vitiis AVIANVS.
fc)
Sed carmen venit pauperiore stilo. 10.

77*) rhetoris. 78*) MS. III. *catus*. *fa*) Exstant Catonis nomine districha moralia. *fb*) Eclogam de miraculis V.T. collatis cum poetarum fabulis indicat. *fc*) Innuuntur fabulae Aesopicae Avieni. Glossa MS. Codicis II. putat Arianum dici, quod sermo ipsi in fabulis sit de avibus. Sed & de aliis animalibus agit.

Digitized by Google

A. C. MCCXII. AESOPVS metrum non ſopit *fd*) fabula flores
Producit fructum flos parit, *fe*) ille ſapit. 79*)
Quae ſenium pulſant incommoda maxima ſcribit
Et ſe materiam MAXIMIANVS habet *ff*)
15. Vulnus amoris habet in pectore PAMPHILVS Illud
Pandit in antidotum ſubuenientis anus *fg*)
Laudit GETA gemens *fh*) quia captus Mercuriali
Arte Iovem lectus Amphitrionis habet
Theſiphones raptum qui comtus carmine claudit *fi*)
20. Arte nec ingenio claudicat ille ſuo.
STATIVS Aeacidem ſtantem ſtultu muliebri
Virtutem prodit calliditate viri.
Quam ſolemniſat uſus ſit turba 80*) colenda
OVIDIANA tibi *fk*) qvod 81*) ferat *fl*) illa placet.

Sunt

---

fd) id eſt, distemperat: ut explicat Gloſſa MS. Cod. II. *fe*) MS. II. *capit.* 79*) Gloſſa MS. III. *Yſopus eſt herba ſed Aeſopus dat bona verba.* *ff*) Scriptae proſtant Maximiani nomine Elegiae VI. de incommodis ſenectutis. *fg*) Intelligit libros de vetula Pamphili. *fh*) titulus tragoediae. *fi*) Claudiani raptus Proſerpinae 80*) Libri Ouidii numero plures. *fk*) MS. II. *magis.* 81*) MS. III. *quid.* *fl*) MS. II. *facit.*

Digitized by Google

Sunt libri ſatyrae Venuſinae *fm)* bis duo vultus. A. C. MCCXII.
Sit licet his durus utilitate vàlet.
Non iuvenis ſatyra 82*) ſed maturus JUVENALIS
Nudat, nec vitium panniculare poteſt.
Verſutiis animi non parcit PERSIVS alti
Ingenii, quamvis ſit brevitatis amans.
Circuit, & totum fricat Architrenius orbem
Qualis ſit vitii regio quaeque docet *fn*)
VIRGILIO ſervit triplex ſtylus. Haec tria thema
Praebent: bos; & ager; hiſtorialis apex.
STATIVS eloquii iucundus melle, duorum
Arma canit, fratrum ſub duce quaeq; ſuo;
LVCANVS claras civilia cella lucernae
Imponit, metro lucidiore canit.
Lucet ALEXANDER *fo*) Lucani luce. Meretur
Laudes deſcriptas hiſtorialis honor.
Ruffini ſordes, & virtutes Stiliconis
Cui dant thema ſapit hic Heliconis ope. *fp*)
Dat Phrygius DARES veraci limite cauſas
Exitii Troiae ſeditionis onus.

In-

fm) Horatianae. 82*) MS. III. *ſatyra*. *fn*] Gloſſa MS. Cod. I. ad haec: *Architrenius circumivit atque perambulavit totum mundum & omnes provincias, & reprehendit vitia cuiuſque regionis ſive provinciae.* Johannes Hanvillenſis ſcripſit Architrenium. *fo*] Philippus Gualterus in poemate de Alexandro M. *fp*] Claudianus.

Digitized by Google

A. C. MCCXII. Inſtruit in Troiam Graecos, & pandit HOMERVS

45. Qvae vehat unda rates, Argolicumque dolum.
Sidonii regis qui pingit praelia, morem
Egregium calamus Sidonianus *fq*) habet
Chriſticolas acies SALIMARIVS *fr*) armat in hoſtes

50. Chriſti ſolius plenus amore 83*) crucis.
Herbarum vires declarat carmine MACER
Servat mediciis hunc medicina ſuis.
Naturas lapidum varias, variosque colores
Qui ponit lapidum, *fs*) non ſapit ille metro. *ft*)

55. PETRVS RIGA, petra cuius rigat initia Chriſtus, 84*)
Legem mellifluo texit 85*) utramque ſtilo. *fu*)

Con-

fq] Apollonius *fr*] auctore Gunthero. Gloſſa MS. Cod. I. *Solinarius ſcribit de bellis Chriſtianorum contra Saracenos, & gentiles, & quomodo Chriſtiani vicerunt eos per ſignum ſanctae crucis, quod aſſumſerunt pugnando contra eos.* 83*] MS. III. *honore.* *fs*] Indicatur forte Marbodeus de gemmis. *ft*] Gloſſa MS. Cod. I. *Lapidarius ſcribit de diverſis naturis atque coloribus lapidum, non tamen delectabili ſtilo.* 84*] Gloſſa MS. Cod. III. Petrus de Riga loquitur in ſuo libro de fundamento eccleſiae quomodo rigavit eccleſias per ſanctum Petrum, qui fuit fundamentum & caput eccleſiae & deſcribit utramque legem ſcilicet novam & antiquam ſub ſtylo evangelico & mellifluo & ipſe fuit theologus. 85*] MS. III. *traxit.* *fu*] in Aurora.

Digitized by Google

Contemnit paleas SEDVLIVS. Eligit aptas A. C.
Res evangelii, ſedulitate metri. MCCXII.
Non aret ſerie metri, ſed floret ARATOR
Doctus. Apoſtolica facta decenter arat. 60.
Virtutem prudens PRVDENTIVS armat
in hoſtes.
Qvo vitio victo gaudeat illa, docet. 86*)
Septenas quis alat artes deſcribit ALANVS.
87*)
Virtutis ſpecies proprietate docet *fx*) 88*)
Tobias in agro veteri lascivit, & aeque, 65.
Res novat, & metri nobilitate *fy*) placet *fz*)
Ars nova ſcribendi ſpeciali fulget honore,
Rebus cum verbis delicioſa ſuis. *ga*)
Quod pueri potent tibi doctrinale propinat
Prisci doctoris *gb*) utiliora legit. *gc*) 70.
Graeciſmus recitat peperit quas graecia vo-
ces. *gd*)
Quas latium dat quae ſignificata ferant. *ge*)
Hi tres conjungunt per ſe modulamina metri
Tali lectores alliciendo *gf*] modo.
Fontibus ex ſacris haurit, qui dogmata fundit 75.
PROSPER doctrinae proſperitate ſapit,
Scri-

86*] in Phychomachia. 87*] in Anti Claudiano *fx*] MS. II. *notat.* 88*) MS. III. *ſua.* *fy*] MS. II. *ſedulitate.* *fz*] Matthias Vindocinenſis ſcripſit Tobiam. *ga*] Ganfredus in poetria nova. *gb*] Priſciani. *gc*] Alexander de Villa Dei auctor Doctrinalis. *gd*] Eberhardus Betunienſis compoſuit Graeciſmum. *ge*] MS. II. *gerunt.* *gf*) MS. II. *alliciente.*

Digitized by Google

A. C. MCCXII. Scribendi regit arte ſtilum, Ruphoque negante 89*]
Laudem Matthaeus Vindonienſis 90*] habet
Enumerat, probat, eximius 91*) liber aequivocorum,
80. Dictio quot in 92*) ſe ſignificata gerat 93*) gg)
Felici ſcribente ſtylo FELICE CAPELLA:
Nubit Mercurio philologia Deo,
Eximia ratione beat BOECIVS ut det.
Solamen miſero philoſophia viro.
85. Tractatum titulos laudis BERNHARDVS habentem
De gemina mundi partitione docet.
Naturas PHISOLOGVS exponendo ferarum.
Quarundam quae ſit allegoria docet
Hortatur propria per ſcripta PARACLITVS omnes.
90. Peccantes. Veniam gratia donat eis.
Per tot perſonas duo teſtamenta figurat
SIDONIVS. Iudex philoſophia ſedet. 94*)
Quam

89*) Gloſſa MS. Cod. III. Matthaeus deſcribit contra Ruffum curialdum doctrinas & obtiner victoriam & laudem contra ipſum. 90*) MS. III. *Vinaciensis* 91*) MS. III. *exemplis*. 92*) MS. III. *ſub*. 93*) MS. III. *ferat*. gg) Gloſſa MS. Cod. I. *Johannes de Garlandria compoſuit librum unum de dictionibus aequivocorum*. 94*) MS. III. *petit*. ſcilicet eſſe. Sidonius poeta de duobus teſtamentis ſc. novo & veteri perduas perſonas ſcilicet judaeum & Chriſtianum ſcripſit. Ita Gloſſa MS. Cod III.

Digitized by Google

Quam plures alii metri dulcedine quadam A. C.
Docti se legi suppositere meae. MCCXII.
Hos taceo, quos fama tacet, sed nolo tacere
Quae teneat pueros metrica cura tuos.
Illos sollicites, dum metrica 95*) cura corurit,
Debent notitiam legis habere meae. *gh)*
Ad numerum versus quod reddat quisque secundum
Ingenii vires exige, coge suas.
Plana Neoptolomus 96*) metri via, continet *gi)* illa 97*)
Tempore procedat 98*) conveniente sibi.
Cum fuerit vigor illorum major, magis illos
Sollicites, currant ut graviore via.
Ergo vias metri graviores scire teneris,
Quas ego distinxi pluribus ecce modis.
99*) Sunt qui praemissis reddunt sua singula verba
Carmina *gk)* quae tali sunt modulanda modo.
Parcus; avens; gl) *cupidus: extendit; fabricat; urget:*
Prata, domos; agros: fraudibus; arte, dolo.
Cor; manus ingenium: signat; parat; invenit: artes;
De-

95*) MS. III. *cum metri.* *gb)* MS. II. *mram.* 96*) MS. III. *Neoptolonis* i. e. parvis scholaribus. *gi)* MS. I. *graviter.* 97*) MS III. *convenit, illam.* 98*) MS. III. *procedant* sc. scholares. 99*) Capitulum secundum de diversis modis versificandi. *gk)* Metrum Applicatum. *gl)* avarus.

Digitized by Google

Delicias; fraudem: mente; labore; dolo.
Sunt inventoris de nomine dicta Leonis
Carmina, quae tali sunt modulanda modo:
Pestis avaritiae, durumque nefas simoniae,
Regnat in ecclesia liberiore via.
Permutant mores homines, cum dantur honores.
Corde stat inflato pauper honore dato.
Sunt & caudata, simili quae fine tenentur,
Carmina, quae tali sunt modulanda modo:
Non lignis flammae, nec rebus cor satiari
Percupidum poterit in ratione pari.
Quid prosit, non quid deceat, cupidus sibi quaerit
Sic in eo vitae regula iusta perit.
Sunt medio quae conveniunt, & fine vicissim
Carmina *gm*) quae tali sunt modulanda modo:
Si tibi grata seges est morum gratus haberis,
Si virtutis eges, despiciendus eris.
Criminibus mersos toto conamine vites;
A vitiis versos cordis amore cites.
Sunt & caudatis pariter conjuncta Leonis
Carmina, quae tali sunt modulanda modo:
Virtutem sequere, virtutis praemia quaere.
Omnia vana fere lucis amore merae.
Virtus laudis emit precium, bona res mala demit:
Hanc dum lingua fremit, pessima saepe premit.
Sunt, ad principia quorum fines referuntur,
Car-

gm) Cancrina. Ventrina & caudata simul.

Digitized by Google

Carmina, *gn*) quae tali ſunt modulanda modo. A. C. MCCXII.

Hoc moveo, nefas fore credas optima rerum
Vt carpas verum prodigiale nefas.
Eſt domini donum puri devotio cordis.
Contemptus ſordis initiale bonum.
Nomina nominibus ſe combinata maritant
Ad Chriſti matrem ſic modulare piam:
Aaron virga; rubus Moyſi; Lampas paradiſi;
Coeli porta; decus virginitatis, ave.
Funda David, radix Ieſſe; vellus Gedeonis;
Pacifici ſolium; Foederis archa; vale.
Sunt metra verborum quae combinatio nectit. *gp*)
Ad Chriſti matrem ſic modulare piam:
Conſolare: queror. Retine: trahor Erige: labor.
Reſpice: ſeducor. Auxiliare: premor.
Deficio: refice Langvesco: medere Putresco:
Ablue. Delinquo: corrige. Tardo: trahe.
Solum cum ſolo ſe iungit nomine verbum *gq*)
Ad Chriſti matrem ſic modulare piam:
Captivo ſuccurre. Malo miſerere. Gravato
Compatiare. Pigro conſule Surge vro
Aſpires gr) *fragili Faveas humili. Dominere*
Subiecto. Remove flebile. Tolle malum.
In metris clauſas diſtinguit dictio triplex *gs*)

gn) ſic mentitus. *go*) Carmen clauſulatum. *gp*) Secundus modus metri clauſulati. *gq*) Tertius modus. *gr*) MS. II. *Inſpires* *gs*) Quartus modus metri clauſulati.

Digitized by Google

A. C. Ad Chriſti matrem ſic modulare piam:
MCCXII. *Excute naufragii fluctum. Concede ſalutis*
Portum. Depreſſis propitiare viris
165. *Femineum ſexum conforta. Bella malorum*
Pacifica. Precibus imperioſa iuva.
Praeſumo voces, quas ordine deinde reſumo.
gt)
Ad Chriſti matrem ſic modulare piam:
Clerum cum populi pia pacifica, rege, munda
Mundi primaria gu) *ſtella, Maria, maris.*
170. *Pacifica pacis mater rege filia regis*
Munda mundana flamine plena ſacro
Haec quae ſubſcripſi 100*) ſunt metra reciproca dicta,
Dimidium primi fine ſequentis habent:
175. *Filia flecte patrem, mater natumque precare*
Pro nato Evae filia flecte patrem.
Praevia ſtella maris de mundi redde procella
Tutos. Succurre praevia ſtella maris.
Retro recurro, metra ſcando dum talia: *Iuſtis gx*)
180. *Supplico virgo tibi ſacra, repelle probra.*
Probra repelle, ſacra tibi virgo ſupplico iuſtis.
Talia dum ſcando metra, recurro retro.
Legem pentametri quaedam quae non patiuntur
Car-

---

gt) Praeſumtum vel praeſumtivum metrum. *gu*] MS. II. *per maria.* Gloſſa MS. III. addit explicationem: per impugnationes mundi. 100*]MS.III. *quoque ſubſcripta.* *gx*] Retrogradum.

Digitized by Google

Carmina, ſic variis ſunt modulanda modis. A. C.
gy) *Virgo beata, ſalusque parata, benigna pre-* MCCXII.
canti. 185.
Dona rogata dabis cumulata tibi famulami.
gz) *Solvere vincula, pellere noxia ſingula cures.*
ha) *Sunt mala ſecula, ſunt modo ſecula peſſi-*
ma proles 1*)
Qui regis omnia, tolle prementia matris amore.
Da tua gaudia, fine 2*) carentia, *fine* 3*) dolore.* 190.
hb) *Sum ſentis mentis ſit pax mala fleve reatus*
Ad matrem patrem matris fuge fleve paratus.
Fac, pia, flagito, regia, clamito, ſtirpe puella
Hoſtica ſpernere, coelica cernere ſplendida ſiella.
hc) *Spes miſerorum; dux; piorum, florida vitis;* 195.
Fons bonitatis; Luc pietatis; ſis mihi mitis.
4*) *Cellula mellis fundis ardorem* 5*) *virgo ſe-*
rena,
Nescia fellis, cui dat honorem noſtra camoena.
Optima rerum, lux mulierum, dirige clerum,
Hanc homo cura flectere pura non prece dura. 200.
6*] *Iradiaeris miſeris ſceleris purgamina ſeris,*
Tuus erit poterit, reperit, qui te pia quaerit.
hd) *Felices illae ſunt linguae, dicere mille*

gy] Coniunctum dactylicum. gz] Diſiunctum. *ha*) Neutrum dactylicum. 1* MS III. *plures*. 2*] MS. III. *magna* 3*] MS III. *fine* *hb*) Saltieum ſaliens metrum vel Paulianum ab inventore. *hc*) Informe adonicum, vel biforme adunitum. 4*] Adunitum triforme. 5*] MS. III *odorem*. 6*) Aounitum quadriforme. *hd*) Retrogradum vel cirogradum metrum.

Digitized by Google

A. C. MCCXII. *Quae poterant laudes tibi, 7**] *coeli culmine gaudes.*

205. he) *Grata parata veni, quaerenti certa reperta.*
Dia Maria, dei genetrix pia, digna, benigna.
hf) *Carmina fingo modo, ſed quae modo carmina fingo*
Qualiacumque fero, ſed quae fero qualiacunq;
Scribere iuſſit honor, ſed honor quae 8) ſcribere juſſit*
210. *Eſt regina poli meliori carmine digna.*
hg) *Sordibus immundos mundos facęſſe regentes.*
Gentes o domina mina prece da benedicta.
Dicta remordentes dentes vitare rebellis
215. *Bellis tormentis mentis qui gaudet adeſto*
Eſto non raſa roſa ſolamen miſerorum.
Fili mandata dota, quae ſunt congrua laudi,
Audi, virtute tu te rege vim documenti
Menti commenda, menda careas animorum;
220. *Morum crede ſchalae, cole doctos, iunctus honeſto*
Eſto petens comites mites, nec cum paraſito,
Ito, nec ad ſcurras curras, nec crimine plenas
Lenas ſcurrites vites, nec Thaida quaere
Aere nec aſvescas eſcas cum divite Baccho
225. *A quo devictus ictus mentis patiare*
Are tam fatua tua ſit fuga, nec pete luſos
Uſos taxillis, illis damnum ſit abunde,
Unde lucrum quaeris, eris ex hoc perditor aeris.
9*) *Lumen ſanctorum, ſpes mitis, regia mater,*

San-

7*] MS. III. *tu.* *he*) Metrum Biceps. *hf*) Metrum in ſe rediens. 8*] MS. III. *qui.* *hg*) metrum deſciſſum. 9*] Metrum quandrangulare.

Digitized by Google

Sanctorum requies, trepidi dux, vitis honorum, A. C.
Spes trepidi mundi hh) *reparatrix semita pacis,* MCCXII.
Mitis dux, reparatrix, mundi, juris hi) *origo,* 230.
Regia vitis, semita iuris, gloria dulcis,
Mater honorum, pacis origo dulcis, aveto.
Pluribus in metris 10*) ea, quae debes imitari,
Vidisti, quae sunt effugienda vide. 235.
Pentameter debet vinculum vitare sequentis,
Hexametri. Foedus anterioris habet.
Hexametro nunquam vult ratio, quam parit, una
Syllaba, vel quina, dictio finis erit.
Pentameter praeter dissyllaba cuncta relegat 240.
Sedis postremae de regione suae.
Crebrae concurrunt vocales surgit hiatus,
Hunc hostem series carminis omnis habet.
Litera non veniat eadem repetita frequenter,
Et nimis assidue displicet illa metro. 245.
Ejusdem verbi repetitio tollit honorem
Versiculo, si sit immoderata nimis.
Adducunt labem voces, quas terminat idem
Finis, si veniat saepius absque modo.
Lucida si verbi traiectio vel manifesta 250.
Non fuerit metro dedecus illa facit.
bk) Talibus instructus sedet in laqueo laborinthi,

bb) MS. quoddam Gvelpherbytanum, quod excerpta quaedam de Maria ex Labyrintho sistit, legit *miseri.* *bi*] MS. H. Helmst. *vitis.* 10*] MS. III. *membris.* *bk*] Capitulum tertium de miseria rectoris.

A. C. Carcere clamoſo luctinoſaque domo.
MCCXII. Tarda venit gravitate pedis 11*) genetrix elegorum
Moeſta refert, moeſti compatiendo malis
Affligunt miſerum cathedrae peſtes, labor, ira,
Pauperies, 12*) te plus torquet avara manus.
Quae non dat gratis, quod gratia poſtulat, imo
Se facit in gratum conditione deo.
Gratia quem genuit, Simoniae filius eſſe
Audet, pro pretio ſpirituale locat.
Formando pueros venditq; licere, nec illud
Disſvadet Simonis perditione timor.
Quae veterum ſtatuit celebris devotio tollit,
Vel minuit, plene percipienda negat.
Vel dat avaritiae velamen legis iniquae,
Ius fingit, quod te cogit habere ratum.
Mercedis ſocius ſed non vult eſſe laboris
Absq; metu, quod non ſeminat, ipſe metit.
Hic jubet, eſtque tibi parere neceſſe jubenti
Prompta ſervitii ſedulitate tui.
Si non mancipii ritu mandantis obedis
Praeceptis, pacis integritate cares.
Hoc etiam deſlet querimonia noſtra laboris
Quod ſic decrescunt emolumenta tibi.
Sudoris pretium mendax aſtutia primum 13*)
Quod tibi promiſit apocopare ſolet.

Hic

11*] MS. III. *pedum.* 12*] MS. III. *Paupertes.* 13*] MS. III. *patrum* ſc. tuorum ſcholarium.

Digitized by Google

Hic pretium tibi dimidiat, totum negat alter, A. C. MCCXII.
Vociferans natum nil didiciſſe ſuum.
Iſte dediſſe tibi iurat, quod non dedit. Ille
Dat mellis verba plurima, pauca manu.
Ne pereat merces tua mercenarius actor
Triſtis ad antidotum iudiciale fugis.
Judicis examen ſi quid dat, diuidit illud
Lingva patronantis, nec tua burſa tumet.
Et tibi cauſa tua paupertatis triplicata,
Prima, ſecunda, ſequens, maxima, parva, minor.
Corruptae quidam ſunt indolis, ut meliora
Displiceant, placeant deteriora ſibi.
Factis illicitis, inhoneſtis, turpiter audent.
Aetatis florem depretiare ſuum.
Non placet his cerea, *bl)* ſed nummus; non ſtylus imo
Talorum iactus; non trocus, *bm)* imo globus. *bn)*
Pro ſtudio cauponem, pro doctore tabernae.
Proviſorem, pro codice ſcorta colunt.
Cum non ſunt puri, nec ſunt pueri; puerile
Nil faciunt, nec ſe purificare volunt.
Depurant alios vitiis, pueros quoque puros
Inficiunt, ſcabie ſic ovis urget oves.
Effrenes quosdam vexat veſania mentis.
Frenum non dat eis excoriata cutis.

bl) tabula. *bm*] ſpecies ludi olim nobilioris, liciti
bn] ludus vilior pilae illiçitus.

A. C. MCCXII. Non hos mel verbi, monitus 14*) urtica, cicuta 15*)
Virgarum parum conſiliare poteſt.
Iurgia: dictamen; convitia: lectio; pugna:
Verſus, 16*) lis: forma talibus eſſe ſolent.
Iurgia dulcescunt; ſapiunt convitia; pugna
Conuenit, & redolent litigioſa feris.
Decipiunt multi natura vulpis iniquae.
In ficta fabricant ſimplicitate dolos.
Angelicum vultum pretendunt, daemonis artem
Occultant, fraudes ebrietate 17*) fluunt.
Lutum ſub gemma, ſub melle tegunt aconita,
Spinam ſub flore ſub ſpeculoque lutum.
Gaudent ſi ſocios occulte laedere poſſunt.
Inſontes culpis ſe ſimulare ſtudent.
Simplicitas ſimulata mali ſimulatio duplex 18*)
Incautos telo praegraviore ferit.
Non paucos inflat ventoſa ſuperbia peſtis
Luciferi: coelo primitiata lues.
Forma, ſcientia, res, parit hanc, parit illa ruinam.
Impia mater adeſt impia nata ſubit.
Elatoſque parens haec perniciosa ruinae
Invidiae proles duplicitate necat.
Hi ſpernunt humiles nullosque pares patiuntur.

Cun-

14*] MS. III. *meus*. 15*] MS. *cicatrix*. 16*] MS. III. *Meorum*. 17] intellige: 18*] MS. III. *ſimplex*.

Cunctis ſe paribus diſpariare ſtudent A. C.
In reliquos dominari prae reliquis venerari MCCXII.
Arbitrioque frui liberiore volunt, 325.
Arguis hos verbis, veſicae more tumescunt,
Raniſare parant turpidiore ſono.
Caſtiges virgis: furit indignatio. Vultus 330.
Defluit, ut cera liquet in igne nova.
Sunt hebetes. Formam prius inſcriberes adamanti,
Quam capiant, quod eis traditione ſeris.
Intus contemnunt ictus, ut ager lapidoſus,
Quamvis grana ſeris, fructificare negat. 335.
Malleat aſſidue, nec ferrea corda monetat
Lingua, caput cruciat debilitate tuum.
Sunt qui doctrinae cedunt, velut unda ſigillo,
Quod ſubito capiunt inveterare nequit.
Eſt cerebrum fluidum, vas futile, vas ſine fundo, 340.
Vas in quo fuſum nil remanere poteſt.
Quos facit inſtabiles levitas mentis, locus unus
Non placet his ſtudii, ſed duo ſive decem.
Es certus ſuper his, ut caudam qui tenet anguis,
Servitii poſcis emolimenta: fugit. 345.
Prothea praeſentant alii. Variata voluntas
Exterius vultum devariare ſolet.
Diſplicet his, quod iam placuit, ſtudioque petita
Spernunt. Jam ſpreta concelebrare ſtudent.

Digitized by Google

A. C. MCCXII. Mane petendo ſcholas qui cum teſtudine ſerpunt,
Saltatu leporis veſpere tecta petunt.
Quaelibet hora brevis diſcendi longa videtur,
Ceſſandique dies emutilata ſibi.
Doctrinae verbum placet invitis ita, ſicut
Taxus api, cato balnea, virga cani.
Non poterint algorismi bis terve 19*) figurae
Cauſas offenſae dinumerare tuae.
Peſtis, maioris, querimonia noſtra laboris,
Non poterit breviter non meminiſſe tui.
Cor tibi detexit cura, ſtudiique caminus.
Afflixit corpus Pariſiana fames.
Sicut Pariſius eſt divitibus peradiſus,
Sic eſt pauperibus inſatiata palus.
Doctrinae fornax fuit Aurelianis alumna
Auctores muſae fons Heliconis apex.
Inde reverſus eras nudatus veſte, lucerna *bo*)
Pallidus, exilis corpore, rebus inops.
Sed nunc cura gregis te mancipiat; urit; & urget: *bp*)
Officii iure; ſedulitate; metu.
Pervigilata tibi face nocturna recitata
Saepius excerebrat lectio mane caput.
Taedia multa tibi ſurgunt ſibi tradita, quisq;
Dum reddit ſolo te reſidente loco.
Nec minus affligit te declinatio mane,
Et ſero pueris continuata tuis.

Di-

19*) MS. III. *quinque* *bo*] facie *bp*] MS. II. *edarciat.*

Digitized by Google

Dicere 20*) materias puerorum viribus aptas A. C.
Crux gravis est curae cottidiana tuae. MCCXII.
Versus audire, mendas ostendere, limam
Addere, non levis est verticulosa lues.
Quamvis cottidie repetas dictando salutem 380.
Eventu tamen est haec aliena tibi.
Dogmatis in Cathedra de lana saepe caprina
Officium sedis iudicialis habes.
Surgunt hinc inde puerili mente querelae, 21*
Aures convellit vox lacrimosa tuas. 385.
Partribus auditis quicquid disponis in illis
Virgae 22*] censura praecipis esse ratum.
Res onerosa *bq*) tibi culpis infligere poenam,
Multoties multas 23*] dissimulare graves.
Si tua dissimulat industria pro puerili 190.
Culpa, lingua patris asperitate furit.
Respondet culpae sua debita, poena parentum
Te pulsant irae, iurgia, probra, minae.
Computus omnis erit insufficiens numerare,
In Cathedra lites quas patiare graves. 195.
Quam sit onus, nec honor, probat experientia veri
Diversas rudium tot cohibere manus.
Ascendunt cathedram, qui non didicere, docere
Praesumunt, spondent plurima, pauca ferunt.

Plus

20*] MS. III. *Discere.* 21*] MS. III. *loquelae.* 22*] MS. III. *Virgis* *bq*] MS. II. *honorata* 23*] MS. III. *culpas.*

Digitized by Google

A. C. MCCXII.

Plus nomen ſine re, quam rem ſine nomine, quaerunt
Simia doctoris. Hic patet, illa latet.
Indocto doctus cedit, quia plus placet ille *br*)
Quo placata manus ſubſtituentis erit.
Pſittacus anſeribus; cornici cygnus; alauda
Aſtalapho; *bs*) corvo dat philomena locum
Feſſa labore viae metam figo metraque *bt*) claudo.
Claudico, pes nutat integritate carens.
bu) Sarcina doctoris qualis ſit, quae ſit *bw*) habena.
Percurri calamo fragili. Calamus ſubit ecce
Alter cuius, erit non magna diaeta docendi.
Sollicitor non ſit ignota peritia, cuius
Clauditur in numero vis tota, quod indicat eius
Nominis indicium numerum nos dicimus illud
Quod graeci rythmon. Trahit hinc ars rythmica nomen,
Et ſunt qui numerant tria: membrum, ſyllaba, finis.
Conſimilis mellita *bx*) cuius vox mel fluit auri.

Eſt

br] MS. II. *Haſtalapho.* Gloſſa Manuſcripta Codicis ſecundi explicat per noctuam. *bs*] MS. III. *alter.* *bt*] MS. III. *fingo metra.* *bu*] Tractatus quartus & ultimus totius de arte rythmica. *bw*] MS. II. *qualis* *bx*] MS. III. *Mellica conſimilis.*

Digitized by Google

Eſt rythmus varius, ſimplex eſt unus, & alter A. C.
Compoſitus. Simplex, cuius non ſunt varia- MCCXII.
atae
Partes, ſed ſimiles. E contra non habet ae-
quas
Compoſitus, ſed diſſimiles. Modulatio
rythmi
Simplicis eſt varia, quae tali luce reſplendet. 420.
Exemplo videant oculi quod dicitur *by*] auri.
Fac Maria,
Coecis via,
Maris ſtella
Dei cella 425.
Me vitare,
Et calcare
Mundi coenum
Malo plenum.
Sordibus immundus, 430.
Mundus non eſt mundus.
Eius in ſentina
Graviseſt ruina.
Quamvis ſit in hora
Florens ſine mora, 435.
Mundi res arescit,
Et cito decrescit.
Hic mundus eſt ſophiſta:
Quod promittit in iſta
Via vitae non ſolvit, 440.
Ad alios devolvit
Quaeſitum in labore

Pos-

by] MS. III. *diximus.*

A. C. MCCXII.

Possessum in timore.
In vestitu deaurato,
Quae assistis regi *bz*) nato,
Virgo mater speciosa,
Mundi plaga procellosa.
Florens rosa sine spina,
Dulcis aegro medicina,
Culpae veniam propina.
Medicinam ego quaero.
Si me sanas salvus ero.
De te, rosa, non despero.
Mundi salus, & regina,
Aurem tuam huc inclina.
A labe *ia*) me serpentina
Purga mundum. Fec. Festina.
Coeli decus, & lucerna,
Thronus regis, lux superna,
Angelorum laus aeterna.
In hoc solo me guberna.
Ave vena veniae,
Fons misericordiae,
Castitatis lilium.
Trinitatis solium.
Ave mater regia,
Regis nati filia,
Virgo paris nescia,
Salus in exilio,
Mitis consolatio,
Me commenda filio.
Ex te, virgo virginum,

Lucet

bz] MS. III. *regis.* *ia*) MS. III. *tabe.*

Digitized by Google

Lucet lumen luminum
In ſalutem hominum.
Coeli paris dominum.
In tenebris oritur
Lux, quae non extingvitur,
Nec eclypſin patitur,
Sine qua nec vivitur.
Chriſtus redemptor Seculi
Pro culpa ſui populi
Teneri morte voluit.
Sups perire noluit.
Qui bibit mortis pocula
Chriſtus in cruce ſingula
Sunt miſeris piacula.
Quod factum eſt divinitus
Hominis ceſſat *ib*) ſervitus,
Qua tenebatur ſubditus.
Pati Chriſtum oportuit.
Heſtem vicit ut debuit
Sub carnis veſte latuit
In luctu qui praevaluit
Arcem regens aetheream
Aſſumptae *ic*) carnis trabeam
Cruore vexit *id*) rubeam
Ad regiam ſideream.
In coena Chriſto ſedente
Voluptatis de torrente
Potavit Iohannes mente
Mente Iohannes potauit.

A. C. MCCXII.

475. 480. 485. 490. 495. 500.

Et

ib) MS. III. *Hic ceſſat omnis.* *ic*] MS. III. *aſſumſit.* *id*] MS. III. *duxit.*

A. C. MCCXII.

Et ei dum exulavit
Coelum Deus revelavit
Revelavit Deus coelum
Iſte vovit carnis velum
Quod non ſentit *ie)* hoſtis telum
Simplicium ſpecies concordi lege marites
Compoſitas generas quali modulamine turbas
Huius in exempli ſpeculeris aperte:
Crucis triumphale lignum
A cunctis fidelibus,
Praedicetur laude dignum
In terrarum finibus
Lignum admirabile
Et mirae virtutis
Cui non eſt ſimile,
Arbor eſt ſalutis
Haec eſt clavis maxima
Per quam rex coelorum
Fregit vectes ferreas
Portas miſerorum, *if)*
Per quam plene domuit
Vim daemoniorum
Victus hoſtis perdidit
Praedam ſpoliorum
Haec eſt clauis regia
Per quam referatur
Paradiſi ianua
Vltra ne claudatur,

Quam

ie) MS. III. *jenſit.* *if)* MS. III. *inferorum.*

Digitized by Google

Qvam nullus ingreditur
Niſi qui probatur
Crucis eſſe ſervulus
Hic ultro *ig*) vocatur.
Arbor nota
Sancta tota
Noſtra tergens ſcelera.
Gradus coeli
Spes fideli
Quaeque pellis aſpera.
Vexillum victoris
Scala peccatoris
Crux eſt & redemptio
Munimen & ſcutum
Contra hoſtes turum
Suo beneficio.
Crux columna praeelecta
In deſerto quae erecta
Divino fulcimine.
Morſus ſanat ſerpentinos
Cultus praeſtat & divinos
Suo medicamine.
Crux eſt ſalus populorum
Reparatrix ſeculorum
Finis mortis & daelorum
Reprimit domonia.
Talentum mundi portauit
Viam vitae demonſtravit
Caput hoſtis conculcauit

A. C.
MCCXII.
135.
140.
145.
150.
155.

ig) MS. III. *ultro.*

A. C. MCCXII. Ceſſavit iniuria.
Ligni crucis conſecrator
Terrae maris coeli ſator
Verae legis verus lator
Miſerorum miſerator
Pater almi Luminis
Tibi laudes demus vitae *ib)*
Vtinam demus perite
Da poſt curſum huius vitae
Vt ſimus Iſraelitae
Servi tui numinis.
Huius mundi debilia
Qui elegit ut omnia
Fortia ſic confundant
Petrum intentum retibus
De maris vocat fluctibus
Hic ſuas res pesſundat.
Coeleſti tracti gratia
Petrus Andreas retia
Derelinquunt & maria
Et dominum ſequuntur.
Redemtoris discipuli
Et piscatores populi
Iudices huius ſeculi
Statim efficiuntur.
Multis viget *ii*] miraculis
Petrus ſuis vibraculis
Per plateas in lectulis
Poſitis & his ſingulis
Largitur ſanitatem

Mes.

ib) MS. III. *damus laudem rite.* *ii)* MS. III. *fulget.*

Digitized by Google

Messiae invocatio
Tabitae suscitatio
Haec fidei probatio *ik)*
Nobis in dei filio
Praestet securitatem.
Persecutor Christiani
Nominis salus insani
Lupi more
Vocis terretur clamore:
Prosequi me manu ore
Bonum reris.
Durum est non potens eris
Contra stimulum; si sequeris *il)*
Calcitare.
Consortatus praedicare
Paulus coepit affirmare
Hic est Christus.
Laurentius laureatus
Bonum opus operatus
Et in fide floruit
Tyranno praevaluit
Assus clamauit de prunis
Verse manduca quae punis
Nam opes Ecclesiae
Datae sunt inopiae.
Nicolae flos pastorum.
Tuis precibus salvemur
Et a peste liberemur
Cum sis gemma confessorum.

A. C. MCCXII. 590. 595. 600. 605. 610. 615.

Hhh 2 In

ik) MS. Ul. *praedicatio*. *il)* MS. Ul. *quaeris*.

Digitized by Google

A. C. MCCXII. 620. 625. 630. 635. 640. 645.

In valle miseriae
Patimur concives
Primae matris vitio
Cum calore nives.
Hostis verbo credidit
Comedas & vives,
Intolerabilius nihil est
Quam femina dives.
Adae culpae farcina
Creuit in immensum
A quiete cecidit
Laborem in densum
Vxoris consilio
Dum dedit assensum
Prodiga non sentit pervertere *im*)
Femina censum
In mundo degentium
Multi sunt errores
Multiplex afflictio
Et corrupti mores
Matrum parientium
Varii dolores
Nutrices tolerant fortuna vigente labores;
Proniores hominum
Sunt ad mala mentes
Quas divellunt undique
Peccatorum sentes
Carnis petulantis
Quos facit amentes

Sen-

im) MS. III. *parentum*.

Sentit adhuc proles, quod commi- A. C.
fere parentes, MCCXII.
Indulgentes plurimi
Cibo delicato
Toto nisu seruiunt
Ventri dilatato
Viuunt sine regula
Vt pecus in prato
Est quibus in solo viuendi cura pa-
lato.
Terrarum possessio
Sacci magnitudo
Quibus visa fuerit
Magna celsitudo
Rerum figunt *in*) copiam
De fortunae ludo
Non missura cutem nisi plena cruo-
ris hirudo *io*)
Sunt qui de miseriis
Et fortunis imis
Aliorum gaudeant
Sed tristantur nimis
Si vicinis faveat
Fortuna sublimis.
Invidus alterius rebus marcescit o-
pimis.
Saeuiunt in subditos
Audi dicta mira

in) MS. III. *fugunt*. *io*] est versus ultimi epistolae ad Pisones seu Libri Horatiani de arte poetica.

Digitized by Google

A. C. Qui praesunt Tyrannide
MCCXII. Opprimunt & ira *ip*)
Non exemplo praeeunt
675. Sed vita delira
Seditione, dolis, scelere, atque libidine, & ira.

A Coelesti lumine
Vitam homo nactus
In Dei servitio,
680. Dirigat ut actus.
Famulari domino
Differt piger factus.
Languida segnities hodiernos craftinat actus.

Aspirante deo tenet optatum mea portum
685. Anchora. Sit virtus patri. Sit gloria nato.
Spirituique decus, qui non idem & *iq*) idem sunt.
Triplex alteritas, simplex essentia, trino
Est unique Deo, cui mundi machina paret.
Lector condoleas Eberhardi carminis ullam
690. Si cariem videas. Vigilet correctio limae.
Dormiat invidiae detractio. Nemo beatus
Ex omni parte. Mala sunt vitiata *ir*) petendis.
De quo fine benedictus sit trinus & unus. *is*)

XII.

ip] MS. III. *dira*. *iq*] MS. III. *non diversi sed*. *ir*] MS. III, *vicina*. *is*) hic versus deest in MS. III.

XII.

GALFRIDVS.

A. C. MCCXVI.

GALDFRIDVS appellatur in codice quodam MS. ecclesiae cathedralis Jesu Christi & Mariae Virginis apud Dunelmum; *a)* GANFREDVS in inscriptione Carminis de statu Curiae Romanae editionis Flacianae; GAVFRIDVS in eodem carmine ex editione Mabilloniana. Cognomen ipsi est VINESAVF, seu de VINO SALVO. *b)* VINESAVF cognominatur in manuscripto quodam Codicum bibliothecae Bodleianae, *c)* & in codice quodam MS. ecclesiae cathedralis apud Vigorniam; *d)* De SALVO VINO in codice MSto quodam Kenelmi Digbaei nunc bibliothecae Bodleianae; *e)* WINESAVF in codice MS. Collegii S. Trinitatis apud Cantabrigiam; *f)* VISAWF minus recte dicitur in codice quodam MS. bibliothecae Cottonianae. *g)* MNESTISAVF etiam falso appellatur in Tho. JAMESII catalogo librorum manuscriptorum Collegii S. Benedicti apud Cantabrigiam. *h)* Ratio denomi-

XII. *a)* n. 243. v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. II. P. I. p. 9. n. 308. *b)* v. Io. BALEVS scriptor. Britann. Cent. 3. n. 38. *c)* n. 1665. v. Catalogos cit. T. I. P. I. p. 80. *d*] n. 79. v. Catalogos cit. T. II. P. I. p. 22. n. 923. *e*] n. 104. v. Catalogos cit. T. I. P. I. *f*] v. Henrici LAVGHTONI catalogum n. 5. in Catalogis cit. T. I. P. II. p. 99. n. 446. *g*] v. Thomae SMITHI catalogum p. 138. Cleopatra VI. E. *h*] n. 372. 6. v. Catalogos cit. l. c. p. 145. n. 1693.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. nationis videtur peti posse ex Tractatu Magistri Galfridi nostri, continente in se breviter omnem modum inserendi arbores Aromaticas, fructus conservandi, vites, vina cognoscendi vinaque universa deteriorata formandi, acetumque mutandi, & conditiones cuiuscunque vini & caeterorum pretiosorum lignorum vel pigmentorum faciendi tam pro sanis quam infirmis; qui exstat MS. in bibliotheca Hans Sloane, n 148. *i*)

Exparentibus Normannis in Anglia est generatus. *k*) Anglicus hinc cognomine appellatur in manuscriptis quibusdam codicibus. *l*) Claruit A. MCXCIX. *m*) Innocentio III. ab A. MCXCVIII. ad A. MCCXVI. Pontifici Romano Poëtriam suam dedicavit Richardum Regem Angliae A. MCC. mortuum deplorat in eadem Poetria. *n*) Vixisse auctorem medio seculo XIII. colligit MABILLONIUS ex iis, quae Galfridus in carmine de statu curiae Romanae dicit de Cardinale Gajetano; quod vel de Joanne Gaietano Ursino postea Pontifice sub nomine Nicolai III. vel de Jacobo Caietano Anagnino, qui

paul-

i] v. Catalogos cit. Tit. II. P. II. p. 254. n. 8883. *k*] v. BALEVS l. c. *l*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. I. n. 850. Tr. I. p. 59. it. p. 165. n. 3453. 65. 4. & 7. it. P. III. p. 104. n. 719. II. I. it. T. II. P. I. p. 9. n. 308. it. p. 245. n. 8485. *m*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 58. *n*) v. 365. [s.

Digitized by Google

paulo poſt floruit, intelligendum eſſe putat. A. C.
Certe vixiſſe eum credit poſt Concilium MCCXVI.
Lugdunenſe A. 1245. quo in concilio Cardinalibus conceſſum eſt rubri pilei inſigne, cuius mentionem facit Poeta. o) Verum ſiquidem ſynchronismi adducti non aliter ſeſe habuerint, tamen videtur potius alius fuiſſe Poetriae, alius carminis de Statu curiae Romanae auctor.

Vir, quantum illa permittebant tempora, ſplendidae, comtae, & floridae eloquentiae fuit; iudice Joanne LELANDO. p)

Scripſit I *Poetriam* ſeu Artem Poeticam, verſu hexametro. Idem ſine dubio ſcriptum eſt, quod Jo. BALEVS q) indicat his verbis: *Innocentio tertio dedicavit opus, quod proſa & carmine Hexametro edidit De arte dicendi, Lib. 1. Neuſtria ſub clypeo Regis defenſa Ric.* Paulo prolixius de memorato libro agit Jo. PITSEVS r) ita ſcribens: *Ad Innocentium Papam tertium ſcripſit partim proſa partim verſu heroico, De arte dicendi, ſeu de praeceptis Dialecticis & Rhetorices Librum unum. MS Cantabrigiae in Collegio S. Benedicti ſub hoc titulo, de modo & arte dictandi, verſificandi, & transferendi, Librum unum. Niſi forte duo diſtincta ſint opera. Initium operis ſic habet. Neuſtria ſub clipeo Regis defenſa Richardi. Dici-*

o) in Carmine de ſtatu Curiae Romanae v. 618. p) apud Baleum l. c. q) l. c. r) de illuſtr. Angl. Scriptor ed. Paris. 1619. p. 262.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI.

tur hoc opus excuſum typis Viennae Auſtriae apud Wolfgangum Zazium. Arbitror utrumque, BALEVM ſcilicet & PITSEVM falli eo, quod librum proſa & carmine ſcriptum perhibent. Exiſtimo eos fuiſſe uſos codice, cui adjecta fuit gloſſa proſaica, ab alio quodam confecta. Praeterea initium illud carminis, quod praetendunt biographi noſtri, non totum opus inchoat, ſed partem eius ſolum.

Ανονύμως occurrit titulo: *Rhetorica iudicialis metrica, cuius initium: Papa ſtupor mundi &c.* in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis *s*) Titulo: *Poetriarum novellarum*; inter Codices bibliothecae Bodleianae *t*) Exſtat: *Literalis diviſio ſuper Papa ſtupor Mundi per Galfridum Vineſauf*; Inter Codices manuſcriptos Bibliothecae Bodleianae. *u*) *Tractatus ſuper Papa mundi ſtupor per Galfridum Anglicum cognomento Vineſauf*; exſtat ibid. *Notabilis declaratio ſuper prooemium tractatus praedicti*; ſervatur ibid. Habetur & *Galfridi Vineſauf Anglici poetria nova de Statu Romanae Curiae*; inter Codices manuſcriptos bibliothecae Bodleianae, *w*) ubi tamen legendum puto: Poetria nova & de ſtatu Romanae curiae; Exſtat & *Galfridi Poetria de ſalvo vino*, inter codices MStos biblio-

s) v. Joach. FELLERI Catalogus. p. 414. n. 29. *t*) n. 850. Tr. 1. in Catalogis librorum manuſcriptorum Angliae & Hiberniae p. 59. *u*) n. 1665. ibid. p. 80. *w*) n. 2506. Tr. 13. p. 109. ibid. p. 130.

bliothecae Bodleianae ex dono Kenelmi Digbaei n. 104. *x*) ubi legendum: Galfridi de Salvo vino Poetria; Item rubro: *Galfridi Anglici Nova Poetria*, inter codices manuſcriptos bibliothecae Bodleianae donante Johanne Seldeno n. 65. Tr. 4. *y*) in quo codice etiam Tr. 7. occurrit *Supplementum ad opus Galfridi Anglici, de nova poetria.* Habetur & *Galfridi Wineſauf Poetria nova* manuſcripta In Collegio S. Trinitatis apud Cantabrigiam n. 5. *z*) Item *Galfridi Anglici Tractatus de nova Poetria ſive Tractatus de arte Dictandi, qui intitulatur Tria ſunt. Inc. Tria ſunt circa quae:* in Collegii Sidney-Suſex in univerſitate Cantabrigienſi libris manuſcriptis n. 11. Tr. 1. *aa*) Niſi forte hoc ſcriptum aut fuerit proſaicum & diverſum a noſtro aut verba initialia adducta commentarium adiectum quendam ſpectent. Occurrunt & *Documenta Magiſtri Galfredi Mneſtiſauf, de modo & arte dictandi & verſificandi, & transferendi*; manuſcripta in collegio S. Benedicti apud Cantabrigiam n. 372. Tr. 6. *ab*) Item *Galfridi Anglici Nova Poetria* inter libros manuſcriptos eccleſiae cathedralis Jeſu Chriſti & Mariae Virginis apud Du-

A. C. MCCXVI.

x) v. Catalogos MS. Angliae & Hiberniae T. I. P. I. p. 82. n. 1705. *y*) v. l. c. p. 165. n. 3453. *z*) v. l. c. P. III. p. 99. n. 446. *aa*] v. l. c. p. 204. n. 719. *ab*) v. l. c. p. 245. n. 1639.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI.

Dunelmam n. 243. *ac*) Item *Galfridi Vinesauf Poetria nova* inter libros manuscriptos ecclesiae cathedralis apud Vigorniam n 79. *ad*) Item sine nomine auctoris titulo: *Rhetoricae Artis liber metricus Pr. Papa stupor mundi:* inter libros manuscriptos bibliothecae Norfolcianae in Collegio Greshamensi apud Londinium n. 333 *ae*) Item *Galfredi Anglici Poema* inter libros manuscriptos in aedibus Jacobaeis n. 763. *af*) Item *Opusculum Galfridi Visauf de arte dictandi, quod inscribitur. Nova Poetria: versibus hexametris.* Manuscriptum in Bibliotheca Cottoniana Cleopatra B. VI. 1. *ag*). Opus ipsum, ut de commentatoribus nihil dicam, nondum, nisi fallor, prodiit. Quamvis enim PITSEVS tradat, excusum illud esse Viennae, tamen, si falsus non est, id ipsum de parte tantum operis sine dubio intelligit, quippe cuius mentionem iniicit, non universo & integro poemate. Itaque haec, qualisqualis fuerit editio, me a proposito edendi non revocabit. Nec obstabunt binae illae particulae, quas e Poetria nostra depromtas nulla tamen auctoris mentione facta, vulgavit Matthias FLACIVS in variis doctorum piorumque virorum de corrupto Ecclesiae statu poematibus Basileae

ac) v. l. c. T. II. P. I. p. 9. 308. *ad*) v. l. c. p. 22. n. 903. *ae*) v. l. c. p. 81. n. 3232. *af*) l. c. p. 245. n. 8485. *ag*) v. Thomae SMITHI Catalogum p. 138.

Digitized by Google

sileae 1556. Prior extat pag. 398. Titulo: *In Papam, quod Simoniam non puniat;* initio: *Est Papae leges sacras dictare, minorum:* quae in Poetria legitur vers. 1281. ad v. 1325. Posteſterior legitur in editione Flaciana pag. 399. Titulo: *Expolitio per exsuscitationem & rei ſpicit ad ſententiam ſupra poſitam, Prudentia Papae.* Initio: *Quisnam tam cenebri vacuus tam pectoris expers;* Extat haec in Poetria noſtra vers. 1326. ad vers. 1349. Exſtant alioqui & verſus bini hexametri Ganfredi initio: *Culpa fugit,* in Henrici BOORT Faſciculo morum ex approbatorum poetarum auctoritatibus collecto Coloniae MDXVII. *ab*) Item alii quatuor initio; *Exemplo ſi ranis hae* &c. & alii IX. initio: *Hoc unum praeſcire poteſt* ibidem. *al*) A. C. MCCXVI.

Uſus ſum quatuor exemplaribus manuſcriptis, quae olim Bibliothecae Gudianae fuerunt, nunc in Ducali Gvelpherbytana ſervantur. Primus Codex inſcriptione caret. Secundus inſcribitur: *Nova Poetria,* ſine auctoris mentione, cum commentario tamen anonymi. Tertius: *Poetria nova.* Quartus ſine inſcriptione eſt. In fine autem legitur: *Explicit libellus de artificio loquendi. Poetria nova in arte rhetoricae facultatis primitus continetur fatis bene. Jo. de Vendume,*

En textum ipſum:

GALFRIDI de VINO SALVO POETRIA NOVA. D.E.

ab) A. VI. a. III; C. I. b.

A. C. MCCXVI.

DEDICATIO.

Papa ſtupor mundi, ſi dixero Papa NO-
CENTI
Acephalum nomen tribuam tibi: ſi caput
addam
Hoſtis erit metri. *ak*) Nomen tibi vult ſimi-
lari.
Nec nomen metro, nec vult tua maxima
virtus
Claudi menſura, Nihil eſt quo metiar illam.
Tranſit menſuras hominum. Sed diuide
nomen.
Diuide ſic nomen: IN praefer, & adde
NOCENTI;
Efficiturq; comes metri: *al*) ſic & tua virtus
Pluribus aequatur diuiſa, ſed integra nulli.
Egregius ſanguis *am*) te confert Bartholo-
maeo.
Mite cor Andreae; pretioſa iuuenta *an*) Jo-
hanni;
Firma fides Petro; perfecta ſcientia Paulo.
Iſta ſimul nulli. Supereſt de dotibus vna,
Quam nulli fas eſt attingere, gratia linguae.
Auguſtine tace. Leo papa quieſce. Jo-
hannes
Deſine. Gregori ſubſiſte. Quid eloquar
omnes? Eſto,

ak) Vocabulum *Innocens* aut *Innocentius* ſi non divide-
tur, hexametri verſus leges reſpuit. *al*) MS. IV. nu-
ſtro. *am*) Fuit Innocentius III. Traſimundi, Comitis
Signini, & Clarinae filius. *an*) Annos natus 39. ad di-
gnitatem pontificiam evectus eſt Innocentius.

Digitized by Google

Esto, quod in verbis aut hic, aut ille sit ore : A. C.
Aureus, & totus resplendeat : os tamen eius MCLXVII
Impar est, orisque tui praeiudicat aurum.
Trans hominem totus es: vbi corporis ista
iuuentus
Tam grandis senii, vel cordis tanta senectus
Insita tam iuueni. Quam mira rebellio rerum:
Ecce senex iuuenis. Fidei sub tempore pri-
mae.
Cum dominus Petro praeferret amore Jo-
hannem,
Papatu Petrum voluit praeferre Johanni.
In te Papa modo noua res hic accidit annis:
Papa senex Petrus, & papa iuuenta Johannis.
Suntque tui tales, quales decuere. Relucent
Et circumlucent papam, quasi sydera solem.
Tu solus in mundo quasi sol; illi quasi stellae;
Roma quasi coelum. Me transtulit Anglia
Romam,
Tanquam de terris ad coelum. Transtulit
ad nos, *ao*)
De tenebris velut ad lucem. Lux publica
mundi
Digneris lucere mihi, dignissima *ap*) rerum.
Dulce tuum parere tuo. Dare grandia solus
Et potes, & debes, & vis, & scis. Quia prudens
Scis; quia clemens vis; quia magnus origi-
ne debes;
Et quia papa potes. Quia talis es, & quia
tantus
Hic

ao) Lego : *Vos.* *ap*) MS. II. *Dulcissime*

A. C. MCCXVI.

Hic mens ſubſedit, *aq*) eum *ar*) fecerit vndique gyrum
Inq; ſuis dandis te praetulit omnibus vnum.
Totum poſſe ſuum tibi deſtinat. Accipe, magne,
Hoc opus exiguum; breue corpore, viribus amplum.

POETRIA Caput 1. praeparatoriam & introductorium.

Si quis habet fundare domum, non currat ad actum
Impetubſa manus: intrinſeca linea cordis
Praemetitur opus, ſeriemque ſub ordine certo.
Interior praeſcribit homo, totamq; figurat
Ante manus cordis, quam corporis & ſtatus eius
po) *MS.* II. *ſapit.* *pp*) MS. IV. *quia.* *pq*) MS. II. *opes* *pr*) MS. II. *vide.* *ps*) MS. IV. *praeſcribere.* *pt*) MS. II. & IV. *hyems inbiat duris.* *pu*] MS. II. *praedura.* *pw*] MS. II. *conſtringunt,* *px*] MS. II. *Decoquit arua gelu.* *py*] MS. IV. *transfigit.* *pz*] MS. IV. *loquamur.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI.

Vel *qb*) si fabriles ritus hoc ore loquamur:
Ad folles vigilat flamen. qc) *Sepelitur in igne*
Massa rudis. Coctam transmittit qd] *ab igne recenti*
Forceps incudi. Dat verbera crebra magister
Malleus, & duris praecorripit ictibus illam.
Sicq; quod optat agit: Vel cassidis elicit orbem:
Vtile consilium capiti; vel prouocat qe] *ensem:*
Legitimum socium lateri; vel corporis hospes
Loricae procedit opus; connascitur illis.
Ocrea; subtilis qf] *clypeus: quem* qg) *tibia sumet;* qh]
Et stimulus citator equi: quem talus adoptat;
Et species aliae ferri: quas armat acumen.
Exhaurit ferrum facies tam dissona rerum.
Tam variae species armorum. Malleus ictum qi)
Supprimit, Incudes respirans calle peracto.
Ad metam subsistit opus, finitque diaetam.
Egregie sic verba locas. Sic verba locata
Peruia *qk*) mentis erunt oculo. Sed verba locare
Res onerosa quidem studio. Modus iste loquendi
Est grauis estque leuis. Grauis est inuentio verbi.

Mens

qa) MS. II. & IV. *fretum.* *qb*] MS. IV. *Aut.* *qc*) MS. II. & IV. *vigilant flammae.* *qd*) MS. IV. *tectam transsumit.* *qe*) MS. II. & IV *procreat.* *qf*] MS. II. & IV. *subterior.* *qg*] *MS.* II. *clypeo quam.* *qh*] *MS.* II. & IV. *sumat.* qi] *MS.* II. *ictus* *qk*] *MS.* II. *praevia.*

Digitized by Google

Mens leuis inuenti. Sic ſe contraria miſcent, A. C. MCCXVI.
Et *ql*) pacem ſpondet, hoſtesque morantur amici.
Eſt ibi temperies quaedam, ne ſit leue verbum
Vide, vel illepidum. Trahat *qm*) a gravitate leporem,
Et pretium grauitas, ne turgida ſit vel opaca. 845.
Praeſtet *qn*) ei leuitas lucem, reprimatque *qo*) tumorem.
Altera caſtiget *qp*) reliquam. Sic ergo loqueris. *qq*)
Sic graue iunge leui. Nec res haec detrahat *qr*) illi,
Sed ſibi conueniant, *qs*) & eadem ſede fruantur,
Pacificetq; ſuam concors diſcordia litem: 850.
Vt magis vrbane ſedeat tranſſumtio *qt*) verbi,
Non ſolo *qu*) veniat comitante *qw*) nomine fixo.
Mobile nomen ei dones, & *qx*) tale ſit illud,
Quod plene ſuccurrat ei, nubemq; ſerenet

Si

---

ql] *MS.* IV. *Sed*, ita & II. *qm*] *MS.* IV. *trahit*. *qn*] *MS.* II, & IV. *Praeſtat*. *qo*] *MS.* II. & IV. *reprimitque*. *qp*] *MS.* II. & IV. *caſtigat*. *qq*] *MS.* IV. *loquaris*. *qr*] *MS.* IV. *hic attrahat*. *qs*] *MS.* II. *conueniat*. *qt*] *MS.* II. *translatio*. *qu*] *MS.* II. *ſolum*. *qw*] *MS.* II. *comitatum* *MS.* IV. *contenta*. *qx*] *MS.* IV. *dones ſed*.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. Creſcit in hoc bello linguarum pax animorum. *rt*)
Hoc odio conditur amor: Sic eſt & in iſtis.
Se voces introrſus amant, licet exteriores
Sint inimicitiae. Lis eſt in vocibus iſtis.
890. Sed litem totam ſedat *ru*) ſententia vocum.
Eſt aliud lumen, quo vox transſumta relucet:
Quando ſumta ſemel transfertur & appropriatur. *rw*)
Sicut in hac ſerie: *rx*) *Vetus illa peritia Romae*
Legibus armauit linguas, & pectora ry) *ferro:*
895. *Vt ſimul aptaret linguas, & corpora, bello.* rz)
Vel ſit in exemplum, *sa*) quod plus ſapit,
hoc breue verbum:
Armat eos in corde sb) *fides, in pectore sc*) *ferrum.*
Vult ita tranſumi verbum. Vult nobile nomen.
Vult fixum. Sed ſit varia *sd*) tranſumtio *se*] verbi:
900. Vel *sf*] praecedentis; vel *sg*] rem *sb*] ratione ſequentis;
Vel caſus vtriusque ſimul. Ratione ſit ipſa Prae-

rt] MS. II. *animarum.* *ru*] *ſedat concors.* MS. II. & IV. *rw*] MS. IV. *appropriate.* *rx*) MS. IV. *ry*) MS IV. *corpora.* *rz*) hic verſus praemittitur praecedenti in MS. IV. *sa*) MS. II. *exemplo.* *sb*] MS. II. *mente.* *sc*] MS. IV. *corpore.* *sd*] MS. II. & IV. *varie,* *se*] MS. II. *translatio.* *sf*] MS. II. *Fit.* *sg*] MS. II. *Fit.* *sb*] MS. II. & IV. *item.*

Digitized by Google

Praecedentis, vt hic: *Sub verno tempore* A. C.
pauſant MCCXVI.
Nubes. Manſueſcit aer. Silet aura. Loquentes
Inter ſe ioculantur aues. Dormit mare.
Ludunt
Riui. Pubeſcunt rami. Pinguntur agelli. 905.
Et lasciuit humus. Ratione ſequentis, vt:
Ecce
Papa potens verbo, ſi linguam ſoluat odore st)
Seminat, vnde cibat oculos, & inebriat aures,
Et totum ſatiat animum. Ratione duorum; 910.
Talibus su) *os Papae: dum* sw) *dulcia ver-*
ba propinat,
Aures, dum sx) *loquitur*, sy) *vigiles ex ore*
loquentis
Verba bibunt. sz) *Animos* ta) *fricant* tb)
audita. Quid autem *tc)*
Mobile? transfertur pariter *td)* ratione
triformi:
Vel ratione ſui fixi, cui iungitur ipſum
Improprie, velut hic: *Sermonem diſcite*, 915.
te) *ſi* tf) *ſit*
Crudus, an excoctus; ſuccoſus, an aridus; hyrtus
An comptus; rudis an excultus; tg) *inops an*
opimus.

st] MS. II. & IV. *ab ore.* *su*] MS. II. & IV. *laliter.* *sw*] MS. II. *tam*, MS. IV. *cum.* *sx*] MS. II. *ut*. MS. IV. *tunc.* *sy*] MS. II & IV. *populi.* *sz*] MS. II. *bibant.* *ta*] MS. IV. *animosque.* *tb*] MS. II. *fricent* *tc*] MS. II. *quiete*. MS. IV. *ſed ipſum.* *td*) MS. II. *nomen.* *te*] MS. II. & IV. *diſcute.* *tf*] MS. II. *quis*. MS. IV. *quid.* *tg*] MS. II. *formoſus.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. Si breuiore *no)* velit breuitas ſubſiſtere *np)*
meta:
Dormiat in primis ſententia. Verbi *nq)*
Non *nr)* meminiſſe velis. Sed tantum nomina rerum
Scribe ſtilo cordis, virtus vbi tota redundat *ns)*
730. Thematis hoc facto. Quaſi fungere lege fabrili.
Ferrum materiae decoctum pectoris igne
Transfer ad incudem ſtudii. Permolliat illud
Malleus ingenii, cuius luctatio crebra.
Formet ab informi maſſa per idonea verba,
735. Omnibus amotis *nt*] aliis quae verba ſequuntur.
Poſt *nu)* conſlent folles rationis nomina verbis,
Verbaque nominibus, quae totum thema ſequuntur. *nw)*
Sic breue ſplendet opus. Nihil exprimit aut magis aequo
Aut minus. Iſte nouae breuitatis *nx)* acutior ordo. *ny)*
740. Huius ad exemplum breuis haec ſubſcriptio *nz)* ſeruit:

Vir

no] MS. II. & IV. *propiore.* *np*] MS. II. *deſiſtere.* *nq*] MS. II. *formam.* *nr*] MS. IV. *nec.* *ns*] MS. II. *reclinat.* MS. IV. *reclinet.* *nt*] MS. II. & IV. *Verba coadiunctis* *nu*] MS. II. *mox.* *nw*] MS. II. *loquuntur.* MS. IV. *loquantur.* *nx*] MS. II. *nouitatis.* *ny*] MS. II. & IV. *uſus.* *nz*] MS. II. & IV. *deſcriptio.*

Digitized by Google

Vir quia quem peperit genitum niue femina A. C.
fingit MCCXVI.
Vendit, & a ſimili liquefactum ſole refingit
De niue conceptum quem mater adultera fingit.
Sponſus eum vendens, liquefactum ſole refingit.
Sit *oa*) breuis aut longus, ſe ſemper ſermo
coloret
Intus & exterius, ſed diſcernendo colorem 745.
Ordine diſcreto. Verbi prius inſpice
mentem,
Et demum faciem, cuius ne crede colori, *ob*]
Se niſi conformet color intimus exteriori.
Sordet ibi ratio. Faciem depingere verbi 750.
Eſt pictura luti. Res eſt fucaria, *oc*) ficta *od*)
Forma, *oe*) dealbatus paries, & *of*) hypo-
crita verbum,
Se ſimulans aliquid, cum ſit nihil. Hic *og*)
ſua forma
Diſſimulat deforme ſuum. Se iactitat extra,
Sed *oh*) nihil intus habet. Haec eſt pictu-
ra remota, *oi*) 755.
Quae placet, admoto *ok*] quae diſplicet.
Ergo memento:
Ne ſis praeproperus, ſed in his, quae dixe-
ris, eſto

oa] MS. II. *ſic.* *ob*] MS. II. *figurae.* *oc*] MS. II. & IV. *falſaria.* *od*] MS. II. *forma.* *oe*] MS. II. *Picta.* *of*) deeſt & in MS. II. & IV. *og*) MS. IV. *Haec.* *oh*) MS. IV. *Cum.* *oi*) MS. II. *remoto.* *ok*) MS. IV. *admota.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI.

Argus, & acutis *ol*] oculis circumſpice verba
In te *om*) propoſita. Sententia ſi ſit honeſta,
Eius ei ſeruetur honos, Ignobile verbum
Non inhoneſtet eam, ſed, vt omnia lege regantur,
Diues honoretur ſententia diuite verbo;
Ne rubeat matrona potens in *on*) paupere panno.
Vt res ergo ſibi pretioſum ſumat amictum:
Si vetus eſt verbum, ſis phyſicus. Inueteratum *oo*)
Redde nouum. Noli ſemper concedere verbis *op*)
In primo *oq*) reſidere loco. Reſidentia talis
Dedecus eſt ipſi verbo. Loca propria vitet *or*)
Et peregrinetur alibi, *os*) ſedemque placentem *ot*)
Fundet in alterius fundo. Sit ibi nouus hoſpes,
Et placeat nouitate ſua. Si conficis iſtud
Antidotum, verbi facies iuuenelcere vultum.
Inſtruit iſte modus transſumere verba decenter, *ou*)

Si

ol) MS. II. & IV. *argutis*. *om*) MS. II. & IV. *te*. *on*) MS. IV. *fub*. *oo*] MS. II. & IV. *& veteranum*, *op*) MS. II. *verbum*. *oq*) MS. II. & IV. *proprio*. *or*) MS. II. *zites*. *os*) MS. II. *alius*. *ot*) MS. II. *placenter*. *ou*) MS. II. & IV. *modeſte*.

Digitized by Google

Si ſit homo de quo ſit *ow*) ſermo, transfe- A. C.
rat *ox*) ad rem MCCXVI.
Expreſſe ſimilem, quae ſit ſua propria
veſtis.
In ſimili caſu, cum videro, *oy*] mutuor illam,
Et mihi de veſte veteri transformo *oz*) novellam.
Ecce vides: *pa*) Verbo propriato dicitur
aurum
Fuluum; lac niueum; *pb*) roſa praerubicunda; mel ipſum
Dulciſluum; flammae rutilae; corpus nivis album. *pc*)
Dic igitur: *pd*] *Dentes niuei. Labra flammea. Guſtus*
Mellitus. Vultus roſeus. Frons lactea. Crinis
Aureus. Aptantur bene: Dentes: nix.
Labra: flammae.
Guſtus: mel. Vultus: roſa. Frons: lac.
Crinis: & aurum.
Et quia lucet ibi iunctura ſimillima rerum.
Si de quo loqueris ſit non homo, lora retorque:
Mentis ad id, quod homo, verbum, quod
ponit ibidem
Articulus ſimilis, proprie transſume *pe*)
decenter.

ow) MS. IV. *ſit. ox*] MS. II. & IV. *transferor. oy*) MS. II. *video cum. oz*) MS. II. *transformo veteri de veſte* MS. IV. *de veteri veſte transformo. pa*) MS. II. *vide. pb*] MS. II. & IV. *mitidum. pc*] MS. II. *nix alba decenter. pd*) MS. IV. *ergo. pe*) MS. II. *transpone.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI.

Vt ſi forte velis haec *pf*) dicere: *Tempora veris*
Exornare ſolum; primos exſurgere flores;
Et placidum pg) *fieri tempus: ceſſare procellas;*
Eſſe fretum planum; motus ſine turbine; valles
Depreſſas; montes erectos. Diſcute tecum
Tale quid in nobis, quod *ph*) proprie *pi*) verba loquatur: *pk*)
Ornatum faciens; pingis. Primordia nactus:
Naſceris. Eloquio *pl*) placidus; blandiris. Ab omni
Re ceſſans: dormis. Immotus; ſtas pede fixo.
Preſſus ad ima: iaces. Erectus in aëre: *pm*) ſurgis.
Ergo ſapit verbum, ſi dicas: *Tempora veris*
Pingere flore ſolum; naſci primordia florum;
Blandiri Tempus placidum; dormire procellas.
Ceſſantes; freta ſtare; quaſi non mota iacere;
Depreſſas valles; erectos ſurgere montes.
Quando tuum proprium transſumis, plus ſapit iſtud *pn*)

Quod

pf) MS. II. & IV. *hoc.* *pg*) MS. II. & IV. *Ad placitum.* *ph*) MS. II. *nec.* *pi*) MS. IV. *propria.* *pk*) MS. II. *loquantur.* *pl*) MS. II. *Alloquio.* *pm*) MS. II. *aera.* MS. IV. *aethera.* *pn*) MS. IV. *illud.*

Digitized by Google

Quod venit *po*] ex proprio. Talis transſumtio verbi — A. C. MCCXVI.

Eſt tibi pro ſpeculo. Nam *pp*] te ſpecularis in illo,

Et proprias cognoſcis oues *pq*) in rure alieno.

Talia multa vides: *pr*] ſicut ſi forte velimus

Nequitias hyemis tali proponere *ps*]forma:

Semper hiat diris hyems pt] *praedira* pu) *tyrannis*,

Imperio cuius contriſtat pw) *aera nimbi.*

Excoecat caligo diem. Parit aura procellas,

Nix claudit ſtratas px] *Conſtringit* py) *bruma medullas.*

Grando flagellat humum. Glacies incarcerat undas.

Vel ſi dicamus *pz*] de tempore nauibus apto.

Non obiurgat aquas aquilo; nec inebriat auſter

Aera; ſed ſolis radius, quaſi ſcopa lutoſi

Aeris, emundat coelum; vultuque ſereno

Tempus adulatur pelago; clandeſtina flatus

Murmura ſtare freta qa) *faciunt, & currere vela.* Vel

po) *MS.* II. *ſapit.* *pp*) MS. IV. *quia.* *pq*) MS. II. *opes* *pr*) MS. II. *vide.* *ps*) MS. IV. *praeſcribere.* *pt*) MS. II. & IV. *hyems inbiat duris.* *pu*] MS. II. *praedura.* *pw*] MS. II. *conſtringunt,* *px*] MS. II. *Decoquit arua gelu.* *py*] MS. IV. *transfigit.* *pz*] MS. IV. *loquamur.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI.

Vel *qb*) si fabriles ritus hoc ore loquamur:
Ad folles vigilat flamen. qc) *Sepelitur in igne*
Massa rudis. Coctam transmittit qd] *ab igne recenti*
Forceps incudi. Dat verbera crebra magister
Malleus, & duris praecorripit ictibus illam.
Sicq; quod optat agit: Vel cassidis elicit orbem:
Vtile consilium capiti; vel prouocat qe] *ensem:*
Legitimum socium lateri; vel corporis hostes
Loricae procedit opus; connascitur illis.
Ocrea; subtilis qf] *clypeus: quem* qg) *tibia sumet;* qh]
Et stimulus citator equi: quem talus adoptat;
Et species aliae ferri: quas armat acumen.
Exhaurit ferrum facies tam dissona rerum.
Tam variae species armorum. Malleus ictum qi)
Supprimit, Incudes respirans calle peracto.
Ad metam subsistit opus, finitque diaetam.
Egregiè sic verba locas. Sic verba locata
Peruia *qk*) mentis erunt oculo. Sed verba locare
Res onerosa quidem studio. Modus iste loquendi
Est grauis estque leuis. Grauis est inuentio verbi.

Mens

qa) MS. II. & IV. *fretum.* *qb*] MS. IV. *Aut.* *qc*) MS. II. & IV. *vigilant flammae.* *qd*) MS. IV. *tectam transsumit.* *qe*) MS. II. & IV *procreat.* *qf*] MS. II. & IV. *subterior.* *qg*] *MS.* II. *clypeo quam.* *qh*] *MS.* II. & IV. *sumat.* *qi*] *MS.* II. *ictus* *qk*] *MS.* II. *praevia.*

Digitized by Google

Mens leuis inuenti. Sic ſe contraria miſcent, A. C. MCCXVI.
Et *ql*) pacem ſpondet, hoſtesque morantur amici.
Eſt ibi temperies quaedam, ne ſit leue verbum
Vide, vel illepidum. Trahat *qm*) a gravitate leporem,
Et pretium grauitas, ne turgida ſit vel opaca. 845.
Praeſtet *qn*) ei leuitas lucem, reprimatque *qo*) tumorem.
Altera caſtiget *qp*) reliquam. Sic ergo loqueris. *qq*)
Sic graue iunge leui. Nec res haec detrahat *qr*) illi,
Sed ſibi conueniant, *qs*) & eadem ſede fruantur,
Pacificetq; ſuam concors diſcordia litem: 850.
Vt magis vrbane ſedeat tranſſumtio *qt*) verbi,
Non ſolo *qu*) veniat comitante *qw*) nomine fixo.
Mobile nomen ei dones, & *qx*) tale ſit illud,
Quod plene ſuccurrat ei, nubemq; ſerenet
Si

ql] *MS.* IV. *Sed.* ita. & II. *qm*] *MS.* IV. *trahit.* *qn*] *MS.* II, & IV. *Praeſtat.* *qo*] *MS.* II. & IV. *reprimitque.* *qp*] *MS.* II. & IV. *caſtigat.* *qq*] *MS.* IV. *loquaris.* *qr*] *MS.* IV. *hic attrahat.* *qs*] *MS.* II. *conueniat.* *qt*] *MS.* II. *translatio.* *qu*] *MS.* II. *ſolum.* *qw*] *MS.* II. *conuitatum* *MS.* IV. *contenta.* *qx*] *MS.* IV. *douet ſed.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. 555.

Si qua ſit in verbo. Si non, illuminet illud
Plenius, & plenum lumen transfundat in ipſum.
Ecce ſub hac forma ſic tale quid exprimo: *Iura*
Molleſcunt. Vel qy) *Iura rigent.* Nondum qz) bene lucet,
Sed tanquam ſub nube latet transſumtio ra) verbi
Et quaſi *rb)* ſic poſitum ſedet in caligine verbum
Mobile nomen ei det *rc)* lumen, & adiuvet illud.
Dic ergo melius: *rd) Diſpenſatoria iura*
Mollescunt. Diſtricta rigent. Iam mobile nomen
Verbum promouit. Diſtricto namque vigorem
Exprimit, & rigida. Pia diſpenſatio iura
Temperat & mollit. Sed quid ſi *re)* ſplendeat ex ſe
Verbum transſumtum? nihilominus adiuvet *rf)* ipſum
Mobile, de cuius ſplendore ſuus geminetur
Eſto *rg)* ſatis lepide dicam, ſi dixero: *Tellus*
Plus aeque rorem coeli potauit, & imber
Di-

qy) MS. IV, &. *qz)* *nec dum* *ra)* MS. II, *translatio.* *rb)* MS. IV. *quia.* *rc)* MS. IV. *dat.* *rd)* MS. II. *potius* *re)* MS. IV. *ſi quid.* *rf)* MS. IV. *adiuuat.* *rg)* MS. IV. *Ecce.*

Digitized by Google

Diſpenſauit eum temere. Tamen *rh*) aptius iſtud, *ri*) A. C. MCCXVI.
Et melius dices, ſi dixeris: *Ebria tellus*
Plus aequo potauit aquas, & prodigus imber
Diſpenſauit eas temere. Quia *rk*) ſe comitantur,
Sequeligant, inſtar hederae, quaſi non patiantur 875.
A ſe diuelli, ſed iurant foedus in vnum,
Et ſunt vnanimes ſocii. Deſcriptio *rl*) talis
Affricuit *rm*) linguam, *rn*) demta caligine verbis. *ro*)
Vincit adhuc iſtum melior pictura colorem,
Quando mouet litem cum verbo nomen. 880.
Et ipſa
Odere *rp*) ſeſe facietenus; attamen intus
Eſt amor, & concors ſententia, quod docet iſtud:
Dapſilis effundit *rq*) ſed opes fundendo refundit
Numquam feſſa manus, niſi quando quieſcit & iſtud
Ante Dei faciem devota ſilentia clamant.
Conſule res alias; *rr*) & idem mireris in illis:
Litibus alterius *rs*) quando bellantur amantes,

Cre-

rb] *MS* IV. *Tum.* *ri*] *MS.* IV. *illud.* *rk*] *MS.* IV. *ſic.* *rl*] *MS.* II. *diſcretio.* *rm*] *MS.* IV. *Applicuit.* *rn*] *MS.* II. & IV. *limaqu.* *ro*] *MS.* IV. *verbi.* *rp*] *MS.* IV. *oderunt.* *rq*] *MS.* IV. *effudit.* *rr*) *MS.* II. *ipſas.* *rs*] *MS.* II. *alternis.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. Creſcit in hoc bello linguarum pax animorum. *rt*)
Hoc odio conditur amor: Sic eſt & in iſtis.
Se voces introrſus amant, licet exteriores
Sint inimicitiae. Lis eſt in vocibus iſtis.
890. Sed litem totam ſedat *ru*) ſententia vocum.
Eſt aliud lumen, quo vox transſumta relucet:
Quando ſumta ſemel transfertur & appropriatur. *rw*)
Sicut in hac ſerie: *rx*) *Vetus illa peritia Romae*
Legibus armauit linguas, & pectora ry) *ferro:*
895. *Vt ſimul aptaret linguas, & corpora, bello.* rz)
Vel ſit in exemplum, *sa*) quod plus ſapit,
hoc breue verbum:
Armat eos in corde sb) *fides, in pectore sc*) *ferrum.*
Vult ita tranſumi verbum. Vult nobile nomen.
Vult fixum. Sed fit varia *sd*) tranſumtio *se*] verbi:
900. Vel *sf*] praecedentis; vel *sg*] rem *sb*] ratione ſequentis;
Vel caſus vtriusque ſimul. Ratione fit ipſa Prae-

rt] MS. II. *aniuarum.* *ru*] *ſedat concors.* MS. II. & IV. *rw*] MS. IV. *appropriate.* *rx*) MS. IV. *ry*) MS IV. *corpora.* *rz*) hic verſus praemittitur praecedenti in MS. IV. *sa*) MS. II. *exemplo.* *sb*] MS. II. *mente.* *sc*] MS. IV. *corpore.* *sd*] MS. II. & IV. *varie,* *se*] MS. II. *translatio.* *sf*] MS. II. *Fit.* *sg*] MS. II. *Fit.* *sb*] MS. II. & IV. *item.*

Digitized by Google

Praecedentis, vt hic: *Sub verno tempore* A. C.
pausant MCCXVI.
Nubes. Mansuescit aer. Silet aura. Loquentes
Inter se ioculantur aues. Dormit mare.
Ludunt
Riui. Pubescunt rami. Pinguntur agelli. 905.
Et lasciuit humus. Ratione sequentis, vt:
Ecce
Papa potens verbo, si linguam soluat odore st)
Seminat, vnde cibat oculos, & inebriat aures,
Et totum satiat animum. Ratione duorum; 910.
Talibus su) *os Papae: dum* sw) *dulcia verba propinat,*
Aures, dum sx) *loquitur*, sy) *vigiles ex ore loquentis*
Verba bibunt. sz) *Animos* ta) *fricant* tb) *audita.* Quid autem *tc)*
Mobile? transfertur pariter *td)* ratione triformi:
Vel ratione sui fixi, cui iungitur ipsum
Improprie, velut hic: *Sermonem discite,* 915.
te) *si* tf) *sit*
Crudus, an excoctus; succosus, an aridus; hyrtus
An comptus; rudis an excultus; tg) *inops an opimus.*

st] MS. II. & IV. *ab ore.* *su*] MS. II. & IV. *Aliter.* *sw*] MS. II. *tam*, MS. IV. *cum.* *sx*] MS. II. *ut*. MS. IV. *tunc.* *sy*] MS. II & IV. *populi.* *sz*] MS. II. *bibant.* *ta*] MS. IV. *animosque.* *tb*] MS. II. *fricent* *tc*] MS. II. *quiete*. MS. IV. *sed ipsum.* *td*) MS. II. *nomen.* *te*] MS. II. & IV. *discute.* *tf*] MS. II. *quis*. MS. IV. *quid.* *tg*] MS. II. *formosus.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. Vel ratione rei ſubiunctae, ſicut in iſta
Subiecta *th*) ſerie: *Quid aget* ti] *rex noſter: inermis*
Conſiliis; cinctus odiis; & nudus tk] *amicis.*
Aut vtriusque ſimul, cum dicitur ore diſertus:
Floridus eloquio. Veteranus: *tl*] *Marcidus aeuo.*
Pauper: *Re* tm] *tenuis.* Sequitur translatio *tn*) fixi.
Fixum transſumtum ſi *to*) ſit commune, colorem
Dat verbis talem: *Populi fragor impulit vrbem.* tp]
Aut huius formae; *Tuba fulminis. Impetus auraе.*
Iurgia ventorum. Strepitus maris. Ira procellae.
Si proprium, prodit iſte color: *Videtis amici,*
Qualiter iſte Simon nos prodidit. Aut color alter
In tali ſpecie: *Nauem regit ille magiſter.* tq) *Et*

th] MS. II. & IV. *ſubiuncta.* *ti*) MS. IV. *agit.* *tk*) MS. IV. *nudatus.* *tl*) MS. II. & IV. *veterano.* *tm*) MS. II. & IV. *Pauperie.* *tn*] MS. IV. *transſumptio.* *to*) MS. IV. *cum.* tp] *urbes.* *tq*] loco verſuum 928. 929. 930. legitur in MS. II. & IV. *Si proprium fuerit, vel ad hoc transfertur,* (MS. IV. *transſumtum transfer*) *ut ipſo Laudes, vel laedas, tanquam cognomine. Laudas* (MS. IV. *laudes*) *Taliter: iſte Paris; vel laedas taliter: iſte Therſites, vel ad hoc ut ſit ſimulatio quaedam. Scilicet hac forma: Nauem regit ille magiſter.*

Digitized by Google

Et ciuis tr] *noſter.* Vel rurſus transfero nomen *ts*] A. C. MCCXVI.
Ex alia cauſa, ne ſit ſimilatio *tt*) vera. *tu*]
Imo per antiphraſim, tanquam deriſio, quando
Corpore deformem: Paridem; vel corde ferocem:
Aeneam; vel vi fragilem: cognomino Pyrrum;
Aut *tw*) ſermone rudem: Ciceronem; vel petulantem:
Hyppolitum. Renouat talis mutatio verbum,
Si *tx*) transfert vnam ſimplex oratio vocem
Et quando *ty*] plures: vt in iſto themate verbi:
Paſtores praedantur oues. Duo nomina transfers:
Paſtores & oues. Nomen paſtoris ad ipſos
Prælatos, & nomen ouis transſumis ad ipſos
Subiectos. Transfertur adhuc oratio tota,
Et pars nulla ſui, quod *tz*] talis ſermo figurat:
Litus arat. Luterem lauat. Auram ua] *verberat.* Iſtae *ub*]
Sunt ſpecies, per quas tranſumtio verba colorat.

ts] *MS.* I. *cipbis.* MS II. *tifis.* MS. IV. *tbipbis.* *tt*] MS. II, & IV. *Vel prodam* [MS. IV. *Edam*] *ruſticus ille Doctor & Antomedon noſter vel transfero nomen.* *tz*] *MS.* II, & IV. *quam.* *ua*] *MS.* II. & IV. *aera.* *ub*] *MS.* IV. *iſte.*

A. C. MCCXVI. Taxatis transſume modis. Tamen eſto modeſtus.
Nec *uc*] ſis inflatus, nec *ud*] turgidus.
Hic *ue*) duo mixta *uf*]
Sunt, & honos, & onus. Onus eſt transſumere vocem *ug*]
950. Vt decet. Eſt & honor *uh*) cum *ui*] ſunt
uk] tranſumta *ul*] decenter,
Quando *um*] venit tali ſententia culta parata:
Ille ſonus vocum laetam dulceſcit ad *un*) aurem,
Et fricat interius *uo*) noua delectatio mentem.
Transfero. Permuto. Pronomino. Nomino. Verba.
855. Haec formant ex ſe verbalia, ſuntque colorum
Nomina, quos omnes recipit tranſumtio ſola.
Procures iſtas epulas, iſtosque colores: *up*]
Hoc epulum ſatiat. Hic potus inebriat aures.
Texuit ars alios pretio leuiore paratus.
960. Sed tamen eſt in eis grauitas, & idoneus vſus.

Sunt

---

uc] MS. II. *Ne.* *ud*] MS. II. *vel.* *ue*] MS. IV. *Haec.* *uf*] MS. IV. *iuxta.* *ug*) MS. IV. *verbum.* *uh*] MS. II. & IV. *bonos.* *ui*] MS. II. *quod.* *uk*] MS. II. & IV. *fit.* *ul*] MS. II. *translata.* *um*] *Inde MS.* II. *un*] *MS.* II. *in.* *uo*] *MS.* II. *iuuat ulterius.* *up*] MS. II. & IV. *liquores.*

Digitized by Google

Sunt hinc inde decem. Sex hinc, & qua- A. C.
tuor inde MCCXVI.
Flores verborum. Denarius iſte colorum
Verba coloret *uq*) ea grauitate, quod eſt
alieno,
Non proprio, vox ſumta modo. Genus
omnibus vnum.
Scilicet improprius vocum ſtatus, & pere-
grina 965.
Sumtio verborum, ne *ur*] forſitan haeſitet
inde
Mens incerta. Fidem faciant *us*) exempla
ſecuta.
Prodeat in medium talis ſententia: *Lan-*
guens
Affectat medicum; Lugens ſolamen; Egenus
Subſidium. Melius florent hoc ſchemate
verba: 970.
Languor eget medico; Solamine luctus; Egeſtas
Subſidio. Verbis hic *ut*) eſt innata voluptas
Ponere ſic *uu*) formam pro re. Sic *uw*) ver-
tere languens
In languor; lugens in luctus; egens in e-
geſtas.
Quid dat formido? pallere. Quid ira?
rubere. 975.
Quidue ſuperba lues? turgere. Reſumimus
ergo.

uq] *MS.* II. & IV. *colorat.* *ur*] *MS.* II. *seu.* *us*] *MS.* II. *facient.* *ut*] *MS.* II. *his.* *uu*] *MS.* II & *iuuat in.* *uw*] *MS.* II. *concretum.*

A. C. *Formido pallet. Rubet ira. Superbia turget.*
MCCXVI. Dulcescitque magis meliusque saporat in aure,
Quando, quod effectus sibi vendicat, applico causae:
980. *Praeloti capitis discriminat* ux) *ordine crines*
Pectinis officium. Forpex a crine rescindit uy)
Omne supervacuum, renovatque uz) *novacula vultum.*
Sic instrumento. Docet ars dare more venusto, *wa*)
Quod tamen est vtentis eo. *wb*) Sic surgit ab arte *wc*)
985. Euitare vias tritas, *wd*) & honestius ire.
Lucet item *we*] sermo sic sumtus: *Corpora ferro;*
Argento loculos; digitos spoliavimus auro.
Non quia Zeugma suo depingit verba colore
Sed quia dicturus rem totam, supprimo formam,
990. Exprimo materiam. Rudior modus exprimit ambo.
Subticet ars vnum, *wg*] seruitque duobus in vno.
Hic *wg*) modus inductus *wh*) secum tria commoda ducit,

Cur-

ux) MS. II. *discriminet.* *uy*) MS. II. *recidet.* *uz*) MS. II. *renovetque.* *wa*) MS. IV. *faceto.* *wb*) MS. II. *eis.* *wc*) MS. IV. *Consumata ab arte.* *wd*) MS. IV. *Et tritas vitare vias.* *we*) MS. IV. *Currit adhuc.* *wf*) MS. II. *Ars unum retinet.* *wg*) MS. IV. *Qui,* *wh*) MS. IV. *in dictis.*

Digitized by Google

Curtat enim vocum diſpendia; remque colorat; A. C. MCCXVI.
Et metro promittit opem. Diſpendia curtat
Dictio vox brevior, quam ſermo. Remque colorat 995.
Vocis in hac forma ſumtæ prudentior uſus.
Et metro promittit *wi*) opem: ſi poſtulat ipſam *wk*)
Quod liquet ex iſto: *Digitus laſciuit in auro.*
Aurum: vox breuior, productior: anulus auri.
Ipſam rem loquitur vox haec, ſubtilius *wl*) illa. 1000.
Caſibus hinc cedunt. Sunt inde rebellia metra.
Rem, vice contenti, quae continet accipe, ponens
Verbum vel fixum, vel mobile, quod libet. Apte
Inſere ſic fixum. *Potatrix Anglia. Teſtrix wm*)
Flanderia. Iactatrix Normandia. Mobile nomen 9005.
Sic appone: *Fora clamoſa. Silentia clauſtra. Luctiſonus carcer. Domus exhilarata. Quieta Nox. Operoſa dies.* Sic ſumtis vtere verbis:

wi] *MS.* IV. *producit.* *wk*] *MS.* II. *illam. MS.* IV. *iſtam.* Addunt *MS.* II. & IV. *Obliqvas cuius vitet* [*MS.* IV. *vitat*] *conſortia verſus.* *wl*) *MS.* II. *ſubtilior.* *wm*] *MS.* II. & IV. *textrix.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. 1010. 1015. 1020.

In wn) *morbis ſanat medici* wo) *virtute Salernum*
Aegros. In cauſis Bononia wp) *legibus armat*
Nudos. Pariſius diſpenſat in artibus illos
Panes, vnde cibat robuſtos. Aurelianis
Educat in cunis autorum wq) *lacte tenellos.*
Currat hyperbolicus, ſed non excurrat *wr)* inepte,
Sermo. Refrenat eum ratio, placeatque modeſtus
Finis, vt exceſſum *ws)* nec mens, nec horreat *wt)* auris.
Sicut in *wu)* hac forma notas: *ww)* Transverberat hoſtes
Telorum quaſi grando pluens. Siluas imitatur
Haſtarum confracta ſtrues. Fluit vnda cruoris
Æquoris exemplo. Vexantq; cadauera valles
Mirifice laudes minuit modus iſte, vel auget.
Et *wx)* placet exceſſus quem laudat & auris & vſus. *wy)*
Dicturus: ſtudui tribus annis; verba colores
Pulhrius. Iſte color *wz)* color *xa)* eſt rudis *xb)* & veteranus

Hoc

---

wn) *A.* MS. II. *wo*) MS. II. & IV. *medica*. *wp*) *MS.* II. *Vincentia*. *wq*) MS. II. *auctorum ſuggeſtu*. *wr*) MS. IV. *diſcurrat*. *ws*) MS. II. *excurſum*. *wt*) MS. II. & IV. *abhorreat*. *wu*) MS. II *Scilicet*. *ww*) MS. II. & IV. *vocis*. *wx*) MS. II. *Sic*. *wy*) MS. II. *finis & ortus*. *wz*] MS. II. & IV. *modus*. *xa*] MS. II. *modus*. MS. IV. *rudis*. *xb*] MS. IV. *modus*.

Digitized by Google

Hoc rude ſic formes. Illud vetus ſic *xc*) A. C.
tua lima MCCXVI.
Innouet: *In ſtudio me tertia repperit aeſtas.* 1025.
Tertius inuoluit autumnus. Tertia curis
Intrauit xd) *hyems. Tria tempora verna*
peregi.
Suppreſſo toto ſubtilius exprimo dictum:
Quando modis dictis a partibus innuo to-
tum. 1030.
Pars anni madeat: *Annus madet.* Areat:
Aret.
Ferueſcat. *Feruet.* xe) Tepeat: *Tepet.* Ero-
go toti,
Quod pars eius habet, forma rationis ea-
dem.
Tu varia pro parte tui cenſebere Gyon
Turbidus, & liquidus: Anguſtus & am-
plus: amarus. 1035.
Et ſapidus. Rurſum ſimili cenſenda tenore.
Sicca dies, & aquoſa tamen pro parte, Co-
lorum
Cum ſit vterque *xf*) placens placeas vtro-
que colore. *xg*)
Eſt etiam verbi ciuilis abuſio, quando
Verbum nec proprium, nec certum, *xh*)
ſumitur, imo 1040.
Finitimum proprio. Puta ſi praeponitur
xi) iſtud:

xc) MS. II. & IV. *haec* *xd*) MS. IV. *Incruſtauit.* *xe*) MS. II. *Frigeſcat friget.* *xf*) MS. IV. *vtroque.* *xg*) MS. IV. *colori* *xh*) MS. IV. *tritum,* *xi*) MS. II. & IV. *proponitur.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. *Paruae ſunt vires Itaci, ſed mens* xk) *tamen eius*
Magni conſilii. Sic vertat *xl)* abuſio verbum.
Sunt vires in Vlyſſe breues, in pectore cuius xm)
1045. *Longum conſilium* xn) Quia ſunt confinia quaedam
Iſtarum vocum: longum, magnum, breue, paruum.
Praeſcriptis formis quaedam pictura coloris, *xo*)
Et *xp*) quidam *xq*) grauitatis, ineſt, quae *xr*) naſcitur *xs*) inde
Quod res in medium facie non prodit aperta.
1050. Nec ſua vox deſeruit ei, ſed vox aliena.
Et ſic ſe quaſi nube tegit, ſed nube ſerena.
Surgit item quaedam grauitas ex ordine ſolo
Quando, quae ſociat conſtructio, ſeparat ordo.
Vt ſit in hanc forma peruerſio rege ſub illo;
1055. Tempus ad illud; ea de cauſa; rebus in illis:
Aut huius generis transiectio: *Dura* xt) *creuis*
Peſti-

---

xk) MS. II. *pectus.* *xl*) MS. II. *vertit.* *xm*) MS. II. *pectus tamen eius.* *xn*) MS. II. *longi conſilii.* *xo*] MS. IV. *colorum.* *xp*] MS. II. *Vel.* *zq*] MS. IV. *quoddam.* *xr*] MS. II. & IV. *quod.* *xs*] MS. II. *prouenit.* *xt*] MS. IV. *Dira.*

Digitized by Google

Peſtiferam fortuna famem. Letalis egenam A. C.
Gente fames ſpoliabit humum. Sic ordine MCCXVI.
diſtant,
Quae conſtructa tamen prope ſtant. Structura propinqua.
Declarat leuius *xu*) ſenſum. Sed plus ſedet auri,
Plusque ſaporis habet, moderata remotio vocum. *xw*) 1060.
Si niti grauitate velis, his vtere verbis. *xx*)
Hunc portum teneas. Hic *xy*) fixa ſit anchora mentis.
Sic tamen eſto grauis, ne res ſub nube tegatur.
Sed faciant voces id, *xz*) quod de iure tenentur. 1065.
Quae *ya*) clauſum referent *yb*) animum ſunt verba reperta,
Vt quaedam claues animi. Qui vult aperire
Rem clauſam, nolit verbis inducere nubem.
Si tamen induxit, facta eſt iniuria verbis,
Fecit enim de claue ferам. Sis clauiger ergo, 1070.
Remque tuis verbis aperi. Si namque per aures
In-

xu] MS. II. & IV. *melius.* .*xw*] MS. II. *vocis.* *xx*] MS. II. & IV. *velis.* *xy*] MS. IV. *Haec.* *xz*] MS. II. *ad* *ya*] MS. II. *us.* *yb*] MS. IV. *referans.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. Intret in aſpectus *yc*) animi, ſine luce loquela
In fluuio *yd*) fundat, in ſicco plantat, in aura
Verberat, in *ye*) ſterili ſulcum deducit arena.
Si qua feras *yf*) igitur peregrina, vel abdita, verba,
Qui poſsis ex hoc oſtendis, iusq; loquendi
Non attendis. Ab hac macula te *yg*) retrahit *yh*) horror, *yi*)
Oris; & obſcuris oppone repagula verbis.
Vtere conſilio, licet omnia noueris, unus. *yk*)
Maior in hoc aliis. In verbis ſic tamen vnus
Ex aliis, Ne fis elati, ſed ſitialis, *yl*)
Eloquii. Veterum clamat doctrina: Loquaris
Vt plures; ſapias vt pauci. Nec tamen ex hoc *ym*)
Vilescis ſermone. Potes ſimul eſſe facetus
Et facilis. Proprias igitur ne *yn*) reſpice vires,
Imo ſuas, cum quo loqueris. Da pondera verbi *yo*)

Ae-

yc] MS. II. *ad inſpectus.* *yd*] MS. II. & IV. *fluido.* *ye*] MS. II. *&.* *yf*] MS. IV. *ſcias.* *yg*] MS. IV. *ſe.* *yh*] MS. II. *ſubtrahat.* *yi*] MS. II. & IV. *error.* *yk*] MS. II. *Si noueris omnia ſolus.* *yl*] MS. II. & IV. *ſocialis.* *ym*] *MS.* II. *inde.* *yn*] MS. IV. *non.* *yo*] MS. II. *verbis.*

Aequa ſuis humeris, & pro re verba loquaris. A. C. MCCXVI.
Cum *yp*) doceas artes, *yq*) ſit ſermo domeſticus arti
Quaelibet ars gaudet propriis. Sed *yr*) ſint ſua verba
Limitibus contenta ſuis. Cum veneris extra
In commune forum, placeat *ys*) communibus vti, 1090.
In re *yt*) communi, communis. In appropriatis
Sit ſermo proprius. Sic rerum cuique geratur
Mors ſuus. In verbis eſt iſte probatior *yu*) vſus.
Si ſermo velit eſſe leuis, pulchriq; coloris, 1095.
Tolle modos omnes grauitatis, & vtere planis,
Quorum planities turpis, ne terreat aures.
Vnde colorentur quos ſumas ecce colores:
Res mala. Res peior aliis. Res peſſima rerum.
yx) *O malum! miſerum malum! miſerabile malum!* 2000.
yy) *Cur tetigit te guſtus Adae? Cur vnius omnes* Cul-

yp] MS. II. *Si.* *yq*] MS. II. *artem.* *yr*] MS. II. *Si.* MS. IV. *Sic.* *ys*) MS. IV. *licent.* *yt*] MS. IV. *iure.* *yu*] MS. II. *paratior.* *yw*] Repetitio. *yx*] Conuerſio. *yy*] Complexio.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI.

Culpam flemus Adae? yz) *Fuit haec guſtatu mali*
Publica cauſa mali. za) *Pater, in nos tam ferus hoſtis,*
Se perhibet non eſſe patrem. zb) *De divite pauper.*
De felice miſer. De tanta luce retruſus
1105. *In tenebras.* zc) *Vbi nunc paradiſus, & illa voluptas,*
Cuius eras dominus? Tibi dico potiſſima rerum.
Vnde tibi tantum ſcelus? zd) *Erras mente fauendo*
Vxoris facto; vetitum guſtando; loquela
Facta tuendo; Fauens igitur, guſtansque tuensque,
1115. *Nonne ruis merito? Dic ergo: Cur tetigiſti*
Pomum tam nocuum? Mihi coniunx obtulit, Vt ze) *quid*
Guſtaſti? Suaſit mihi rem non zf) *eſſe nociuam.*
Quare fautor eras? Timui feciſſe moleſtam.
Poſt factum zg) *cur ſegnis eras deflere reatum*
1120. *Ad veniam flectendo deum, ree* zh) *mortis?*
In hac re
Quae ratio? Solus fuit error pro ratione,
xi) *Li-*

---

yz] Traductio vel reductio. *za*] Contentio. *zb*] Exclamatio. *zc*] Interrogatio. *zd*] Ratiocinatio. *ze*] MS. IV. *ad*. *zf*] MS. II. & IV. *rem noſcens*. *zg*] *MS.* IV. *facinus*. *zb*] *MS.* II. & IV. *dic*.

Digitized by Google

zi) *Liber is eſt vitii* zl) *qui non eſt ſeruus.* zk) A. C.
At ille zm) MCCXVI.
Cum ſeruus fuerit, zn) *an libertate fruetur.*
Si tanta virtute potens non reſtitit hoſti? 1120.
Vnde reſiſtemus fragiles. zo) *Et capit* zp) *ab hoſte*
Lapſus, & arte ſua lapſi ſumus, & ſine lapſu
Viuere corrupti non poſſumus. zq) *Vtile lapſis*
Hoc genus auxilii: lacrimae; ieiunia pſalmi.
zr) *Cui potior Deus eſt, quam mundus, non nocet illi* 1125.
Spiritus immundus. Qui ſpem non ponit in hoſte zs)
Vnde timere poteſt hoſtem? Grauis ad nocumenta zt)
Si ſolis ſolet eſſe ſuis, lex non ſinit aequa zu]
Vt ſimus de plebe ſua, ne forte procellae
Nos mergant grauitate ſua. zw) *Seruemus honeſta,* 1130.
Et mala vitemus: quia virtus optima rerum
Peſſima res vitium, nihil aeque perniciosum.
zx) *Hoc erat expertus, cuius fuit ille miſertus*
zy) *Qui dignatus naſci venit de morte renaſci;*
zz) *Vnus* aaa) *qui potuit, quod profuit omnibus: Eſſe* 1135.

Hac

---

zi] *Sententia.* zk] *MS.* II. *inſeruit.* zl] *MS.* II. *vitiis.* zm] Contrarium. zn] *MS.* IV. *fuerat.* zo) *membrum.* zp] *MS.* II. & IV. *coepit.* zq] articulus. zr] contignatio. zs] MS. IV. *hoſtem.* zt] MS. II. *nocumentum.* zu] MS. IV. *eſſe.* zw] MS. II. *ſui.* zx] *ſimiliter cadens.* zy] ſimiliter deſinens. zz] Agnominatio.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. *Hac* aab] *in carne ſine carie, nec criminis hamo*
Captus. Homo ſimplex & ſupplex luſit iniquum
Serpentem, qui nos luſit. aac] *Eſt hoſtia factus*
Hoſtem confregit, aad] *& eum moriendo remordit.*
1140. aae) *Serpens invidiae, noſtraeque propaginis hoſtis.*
Cur cruce damnaſti Chriſtum? meruitne? ſed expers
Omnis erat maculae. Corpus phantasma putaſti.
Sed veram carnem ſumſit de virgine. aaf) *Purum*
Credebas hominem. Sed ſe virtute probauit
1145. *Eſſe Deum. Quare merito damnare. Memento:*
Seruus, qui damnat dominum, damnatur ab illo.
Sic in eo aag) *iuſte damnatio deſiit, a quo*
Coeperat: Hoſtis enim prius aah) *damnauerat Euam;*
Eua ſecunda virum; vir tertius omne quod eius
1150. *Stirpis erat; ſtirps quarta Deum; Deus vltimus hoſtem,*

Cui

---

aaa) MS. II. *Munus.* *aab*] *MS.* IV. *Hic.* *aac*] *MS.* II. *eliſit. MS.* IV. *deluſit.* *aad*) *MS.* II. & IV. *confecit.* *aae*] Subiectio. *aaf*] Gradatio. *aag*) *MS.* II. & IV. *eum.* *aah*) *MS.* II. & IV. *primus.*

Digitized by Google

Cui mors ipſe fuit. Fuit & ſic profuit orbi. aai) C. A. MCCXVI.
Profuit & potuit. Potuit quia cuncta redemit.
aak) *Si de poſſe ſuo contenderet, absque labore*
Omnia ſaluaſſet. Eſt eius namque poteſtas
Omnipotens virtus, & cui datur omnia poſſe 1155.
Nutu vel verbo, vel ſolo velle. aal) *Videtis*
Quid aam) *potuit. Sequitur cur noluit: Ecce tenorem*
Cauſae. Si fieret hoſti violentia, aan) *posſet.*
Imo pateret in hoc aao) *id agens iniurius eſſe.*
aap) *Vnde. Sed vt notum pertranſeo. Regula* 1160.
iuris
Dixerit: aag) *Vt ſic* aar) *hominem fallaciter* aas) *hoſtis*
Mortificauit, aat) *ea forma ſubtiliter hoſtem*
Mortificaret homo, captum duritatis aau) *ab hamo.*
aaw) *Hac ratione Deus in vera* aax) *carne morari*
Nobiscum venit. A carnis labe notari 1165.
Non potuit, tandemque ſuo nos ſanguine lauit.

aai) MS. IV. *illi.* *aak*) diffinitio. *aal*] Tranſitio. *aam*) MS. II. & IV. *Quod* *aan*) Correctio. *aao*) MS. II. & IV. *probaretur.* *aap*) Occupatio. *aaq*) MS. II. & IV. *Dixerat.* *aar*) MS. II. & IV. *ſicut.* *aas*) MS. II *ſubtiliter.* *aat*) MS. II. *Mortificarat.* *aau*) MS. II. & IV. *deitatis.* *aaw*) Diſiunctum. *aax*) *mortis.* MS. II. Conjunctum.

A. C. MCCXVI. aay) *Qui vitae mortisque potens hanc rupit, & illam.*

aaz) *Rupit enim vitam moriens, mortemque resurgens.* aba) *Nec praesumta suos, sed vita resumta redemit.*

1170. abb) *Proditor humanae naturae, proditor inquam,*

Vis vbi nunc tua? vis haec, abc) *mors tua, vincula rupit.*

Rupit abd] *vi mira tua vincula mors sua. Quam mors*

Felix! quam felix mors! Illa redemtio nostra.

abe) *Haec sua mors animae sanauit vulnera; lauit,*

1175. *Sordes; amouit culpas.* abf) *O quam pia Christi*

Gratia! quam grata pietas! abg) *Tibi fons pietatis*

Ex hoc abg) *me totum voueo Da Tolle flagella. Parce. Iube. Prohibe. Facias vtrumlibet. Ecce Seruus ego. Domine, sicut libet, vtere seruo.*

1180. *Quicquid agas, grates* abi) *ago.* abk) *Iesu tam bone, quem te*

Dicam? Siue pium te dicam, seu pietatem Ipsam, seu fontem pietatis, seu magis addam: Maior es. Hic tantus voluit tantillulus esse

In-

---

aay) Coniunctum. *aaz*) Adiunctum. *aba*) MS. II. *reviuens.* *abb*] Conduplicatio. *abc*) MS. II. & IV. *ubi.* *abd*) MS. IV. *Rumpit.* *abe*) Interpretatio. *abf*] *Permutatio.* *abg*) Permissio. *abh*] MS. II. *Iesu.* *abi*) MS. IV. *gratias.* *abk*] Dubitatio.

Digitized by Google

In forma ſerui veniens. Euincere venit A. C.
Quas amiſit oues, quae vi abl) *raperentur* MCCXVI.
ab hoſte, 1185.
Non de iudicio, niſi forte reuinceret hoſtem
Sicut erat praeuictus abm] *homo,* abn) *ſed*
abo) *debuit eſſe*
Talis homo primus, abp) *aut angelus, aut*
Deus. Eſſe
Primus abr) *non potuit: quia purum vince-*
reret hoſtis abs)
Impurus, abt) *poſſetque leues* abu) *incur-*
rere lapſus. 1190.
Angele non poteras, quia cum natura ruiſſet
Propria, non ſtares vi noſtra. Sed tamen eſto,
Eſto quod alteruter firma virtute ſteriſſet,
Nosque redemiſſet: conſtat minus eſſe creari,
Quam redimi: Reparatus homo minus ergo
creanti 1195.
Plus quam abw) *tenerentur* abx) *redimenti.*
Sicque fuiſſet
Pluris opus factore ſuo Fuit ergo neceſſe,
Vt Deus eſſet homo, cuius ſapientia plena
Senſus humanos regeret diritatis aby) *ha-*
bena,
Cui ſoli mundus deberet vtrumque: creari, 1200.

abl] MS. IV. *ne.* *abm*] MS. IV. *deuictus.* *abn*] Expeditio. *abo*] MS. IV. *ſi.* *abp*] MS. II. & IV. *purus.* *abr*] MS. II. & IV. *Parus.* *abs*] MS. II. *purus protinus eſſet.* MS. IV *purus promtior eſſet.* *abt*] MS. IV. *Impuro.* *abu*] MS. II. *lues.* *abw*] MS. II. & IV. *Plusque.* *abx*] MS. II. *tenerentur,* *aby*] MS. II. & IV. *deitatis.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. 1205. 1210. 1215.

Et redimi, cultumq; Deo abz) *perſolueret vni.*
aca) *Sicut opus fuerat: Sic res proceſſit in actum.*
Perſonis aliis ſimplex natura acb) *remanſit.*
Filius vniuit ſe noſtrae, clauſus in aula acc)
Virginis. Incluſit vterus, quem claudere mundus
Non potuit. Coepit in tempore qui fuit ante
Tempera. Verus homo verus Deus, omnia noſtra
Pertulit, excepta culpa. Ludibria paſſus.
Mutuit. Afflictus plagis per vincula mortis
Tranſit. In dira cruce corpus mite pependit.
Spiritus emiſſus, nouus hoſpes, ad infera venit.
Poſt biduum acd) *victor propria virtute revixit.*
Abductas ſic ace) *paſtor oues ad ouile reuexit.* acf)
acg) *Res haec quanta fuit & quae! Sed transeo* ach) *nomen,*
Cum nequeat ſumi tanto conforme ſtupori.
aci) *Ergo cum redimi non poſſet, ni deus eſſet,*
Factus homo. Nec homo factus niſi vincere mortem
Diſpoſuit. Mors victa ſuos a morte redemit.
Verborum flores hoc thema redegit in vnum, In

abz] MS. II. *ſuum.* aca] Diſſolutio acb] MS. IV. *perſona.* acc] MS. IV. *aluo.* acd] MS. IV. *triduum.* ace] MS. IV. *ita.* acf] MS. II. & IV. *reduxit.* acg] Praeciſio. ach] MS. IV. *Pertranſeo.* aci] Concluſio.

Digitized by Google

In quibus eſt breuitas, *ack*) & propria ſumtio vocum, A. C. MCCXVI.
Nil perit ex numero, nec omittitur ordo colorum. 1220.
Sed *acl*) tamen improprie quandoque vocabula ſumſit.
Cum leuibus decuit mixtim *ccm*) grauitatibus *acn*) vti,
Vt quamuis ſapiat propriae *aco*) dulcedine formae,
Plus ſaperet leuitas, grauium condita ſapore. 1225.
Sic igitur *acp*) cordis digitus decerpat in agro
Rhetoricae flores eius. Sed floreat illis
Sparſim ſermo tuus, varius, *acq*) non creber, eisdem
Floribus. Ex variis melior redolentia ſurgit.
Quod ſapit inſipidum vitioſa frequentia reddit. 1230.
Sunt alii flores, quibus eſt ſententia vocum
Florida, quos omnes claudo breuitate ſub iſta:
Quando coloratur ſententia, ſic operatur:
acr) Diſtribuit variis diſtincta negotia rebus,

ack) MS. IV. *lenitas.* *acl*) MS. II. & IV. *Si.* *acm*) MS. IV. *grauioribus.* *acn*) MS. II. *mixtis.* *aco*) MS. IV. *mixta.* *acp*) MS. IV. *ergo.* *acq*) MS. II. & IV. *variis.* *acr*) Diſtributio.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. 1235. Aut in perſonas varias: *acs*) cum culpat honeſte,
Et licite, dominos, vel *act*) amicos, nemine verbis
Offenſo; *acu*) Cum plus notat in re, quam ſit in ore,
Et rem diminuit verbo, ſed more modeſto,
acw) Resque ſecuturas etiam deſcribit, & illas,
1240. Quae poſſunt de *acx*) re dicta contingere. Quadam
Cum grauitate tamen dilucidat omnia plene;
acy) Aut rem disiungens a re ratione ſecuta.
Ambas abſoluit, *acz*) vel ſingula rurſus in vnum
Conueniunt, & quae ſunt vndique ſparſa reſumit
1245. In replicando frequens *ada*) iterum variando colorem. *adb*)
Dicere res plures videor, ſed ſemper in vna
Re moror, *adc*) vt poliam rem, melius, *add*) & quaſi crebra
Expoliam, lima quod fit ſub duplice forma:
Dicendo varie, vel eandem rem, vel eadem De

acs) licentia. *act*) MS. II. &. *acu*) *Diminutio.* *acw*) Deſcriptio. *acx*) MS. II. & IV. *ex.* *acy*) Diſiunctio vel diuiſio. *acz*) Frequentatio. *ada*) Expolitio. *adb*) MS. IV. *colores.* *adc*) MS. II. & IV. *Demoror.* *add*) MS. II. & IV. *plenius.*

Digitized by Google

De re. Tripliciter varie dicemus *ade*) eandem — A. C. MCCXVI
Rem. Septemque modis varie dicemus eadem — 1250.
De re. Quos omnes lege plenius in Cicerone;
adf) Aut ad idem punctum descendo: frequenter ibidem
Commoror; *adg*) Aut aliter: quando res comparo secum; *adh*)
Contendunt positae rationes. *adi*) Saepius ex re — 1255.
Dissimili similem traho; *adk*) Vel cum nomine certi
Autoris rem, quam dixit, vel quam prius egit
Exemplum pono, *adl*) doctos *adm*) vel omitto colores.
Et color accedit alius: Collatio facta
Formae cum simili *adn*) forma sub imagine recta. — 1260.
ado) Siue color vicinus ei, cum *adp*) corporis ipsam,
In quantum satis est, effingo vel exprimo formam.
adq) Deinde quasi quasdam notulas, certissima signa

ade) MS. II. *dicetur*. *adf*) Commoratio. *adg*) MS. II. *Dum moror*. *adh*) Contentio. *adi*) Similitudo. *adk*] Exemplum. *adl*] Imago. *adm*] MS. II. & IV. *dictos*. *adn*] MS. II. *consimili*. *ado*] Effictio. *adp*] MS. II. *dum*. *adq*] Notatio.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. Pono. Quibus quae ſit hominis natura potenter *adr*)
1265. Deſcribo. Color iſte magis meliusque colorat.
ads) En alium florem perſonae: quando loquenti
Sermo coaptatur, redoletque loquela loquentem.
adt) Denique *adu*) res ipſas *adw*) alia nouitate colorans,
Cui prohibet natura loqui: modo dando loquelam,
1270. Perſonam conformo nouam, *aax*) modo ſuſpicioni
Plus do, quam vocis ſigno; *ady*) modo comprimo totam *adz*)
Rem breuibus verbis, & *aea*) eis quibus indiget ipſa,
Non aliis. *aeb*) Modo res ita ſe demonſtrat aperte,
Vt quaſi ſit praeſens oculis, quod fiet ad vnguem
1275. Iſtis quinque modis: Si monſtro quid ante; quid in re;
Quid poſt haec; *aec*) quae rem circumſtent; quaeue ſequantur.

In

adr] MS. II. & IV. *patenter*. *ads*] Sermocinatio. *adt*] Conformatio. *adu*] MS. II. & IV. *Poſtea*. *adw*] MS. II. *alias*. *adx*] *ſignificatio*. *ady*] MS. IV. *voci ſignis*. *adz*] Breuitas. *aea*] MS. II. *Vel*. *aeb*] Demonſtratio quinque modis. *aec*] MS. II. *debeat*. MS. IV. *poſt rem*.

Digitized by Google

In ſerie dicta lege quae ſint ſchemata rerum; A. C.
Quot numero: biș namque decem ſi ſub- MCCXVI.
trahis vnum;
Quam ſeriem teneant; quia non variabi-
tur ordo,
Quem tenui. Poſitis exemplis rem patefeci: 1280.
aed) *Eſt Papae leges ſacras dictare, minorum*
Praeſcriptam aef) *iuris formam ſeruare.*
aeg) *Sed errant*
Quam plures, quorum te Papa redarguit er-
ror.
Parcis, non punis, enormia lucra ſequentes.
Illicitum ach) *vendunt, & emunt, ſine vin-*
dice culpae. 1285.
aei) *Papa potens, cuius non eſt breue poſſe,*
memento
Vindictae. Manſuete pater, *quandoque mu-*
cronem
Exime. aek) *Si dormit vindicta, vagabitur*
errans,
Vt ael) *lupus inſultans, aut vt vulpecula*
damno aem)
Inſidians. Operabitur hinc, meditabitur
inde 1290.
Nequitias. Occultus in hoc, manifeſtus in illo.
Plenus vtrinque malo. aen) *Duo ſunt mala:*
Fraus Simoniae;

aed] Diſtributio. *adf*] Editio fragmenti Flaciana: *Praeſcripti.* *aeg*] Licentia. *aeh*] MS. IV. *Illicite.* *aei*] Diminutio. *aek*] MS. II. *Exſere.* MS. IV. *Extrabe.* *ael*] MS. IV. *Et.* *aem*] MS. II. *damae.* *aen*] Diuiſio.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. *Frigus auaritiae. Perplectitur* aeo) *istud, & illud*
Non detestatur. Sed inani voce laboro.
1295. *Quicquid in hunc* aep) *dicam: laterem lauo. Si probo, non est*
Hoc eius meritum. Si reprobo, non mouet eius
Crimen eum. aeq) *Lege* aer) *quicquid habet de felle. Legetur.*
Praesens blanditor. Absens detractor. Amicus
Apparens. Hostis tectus. Possessor auarus.
1300. *Exactor durus. Praedo grauis. Ambitiosus*
Institor. Illicitus emtor. Celer ad aes) *simoniae* aet)
Tam generale malum. aeu) *Scelerum, pater optime, iudex* aew)
Ad scelus hoc appone aex) *manum.* aey) *Prudentia Papae*
Vult & habet sepelire nefas. Non est alienum
1305. *Hoc opus a Papa prudente, nec ista voluntas.* afc) *Papa bonus* acz) *tractes* afa) *ista* afb) *tecum saepius: O quam*
Mira Dei virtus! afd) *Quam magna* afe) *potentia! Quantus*
Sum! Quantillus eram? Subito de stipite parvo
In

---

aeo] MS. IV. Complectitur. *aep*] MS. IV. *hoc*. *aeq*] Frequentatio. *aer*] MS. II. *Sed*. *aes*] MS. II. *Pereat*. *aet*] MS. IV. *simoniam*. *aeu*] Commutatio. *aew*] MS. II. & IV. Flac. *Vindex*. *aex*] MS. II. *extende*. *aey*] MS. IV. *malum*. *aez*] MS. II & IV. *diu*. Flac. *potens*. *afa*] Flac. *tractas*. *afb*] MS. II. & IV. *ita*. *afc*] Sermocinatio. *afd*] MS. II. & IV. *pietas*. *afe*] MS. IV. *mira*.

Digitized by Google

In cedrum creui magnam. Deus ille deorum A. C.
Mirificauit aff) *opus proprium. Sub flore iu-* MCCXVI.
ventae 1310.
Me voluit caput esse senum. Mirabile donum:
Dat iuueni claues regni coelestis, & orbis
Imperium. afg) *Nondum decurso* afh) *tempo-*
re multo
Cor gessi sciolum; fuit os rude; posse pusillum;
Iam afi] *cor, & os, & posse meum, sic extu-*
lit, & sic 1315.
Praetulit ex afk) *aliis, vt sim stupor vnicus*
orbis.
Istud opus non est humanum. Gratia summi
Me fecit summum. Mihi nec laus inde, sed illi
Grates, de cuius dono afl) *suscepimus omnes.*
Vnde magis teneor, & strictius obligor illi: 1320.
Ponere quod poni disponit; tollere, tolli
Quod statuit; velle quod vult; odisse, quod odit.
Et cupio quia afm) *sic astringor, & omnia po-*
nam,
Quae poni; tollam quae tolli iussit; in vno afn)
Sollicitus: velle quod vult; odisse quod odit. 1325.
afo] *Quis nam tam cerebri vacuus? tam pectо-*
ris expers?
Tam sine se? quin laudet opus, quin iudicet
illud

Prae-

---

aff] MS. II. *magnificauit.* *afg*] MS. IV. *In paribus.* *afh*] MS. IV. *transacto.* *afi*] MS. II. & IV. *Nunc.* *afk*] MS. II. & IV. *hoc.* *afl*] Flac. MS. II. & IV. *pleno.* *afm*] Fl. MS. II. & IV. *quod.* *afn*] MS. IV. imo. *afo*] Excitatio.

Digitized by Google

A. C. MC CXVI. *Prudentis venae.* afp) *Prudens ita Papa laborem* afq)
Totum fundat in hoc. Et ob hoc, afr) *quia tanta poteſtas*
1330. *Illi ceſſit: ad* afs) *hoc maculas vt tolleret orbis;*
Vt mundum faceret mundum, quem aft) *limite dextro* afu)
Duceret in coelum, quia ſic Deus extulit illum.
Hoc ad opus: refert illius, vt hoc operetur.
Ergo remiſſus in afw) *hoc, fons eſt & origo duobus*
1335. *Damnis. Nam pariter ſuus eſt & publicus hoſtis.*
afx) *An melius mundo ſomno torpente nocere,* afy)
Quam vigili prodeſſe cura. afz) *Memento natare:*
Inſtar Papa boni paſtoris ab ore lupino
Seruat ouile ſuum; vel quomodo phyſica curat
1340. *Corpora: ſic animas vel* aga) *vulnera ſanat* agb] *earum.*
Phyſicus & paſtor noſter deus, agc] *omnia ſanans:*
Propter oues animam poſuit. Sic agd] *virationis* Con-

---

afp] F. *veniae.* *afq*] Species expolitionis. *afr*] MS. II. & IV. *orbis.* *afs*] F. *in.* *aft*] F. *quia.* *afu*] F *dextra.* *afw*] F. *ad.* *afx*] per contrarium. *afy*] MS. II. *iacere.* *afz*] per ſimilitudinem. *aga*] Hac. MS. II. & IV. *Et.* *agb*] MS. II. & IV. *curat.* *agc*] per exemplum. *agd*] Fl. MS. II. & IV. *Sed.*

Digitized by Google

Conſtat, & exempli: tollenda nefaria mundi. A. C.
agc] *Ergo nefas ſepeli, pie Papa, ſubambule* MCCXVI.
Petri.
Cumque ſuo Simone detur ſimonia ruinae. 1345.
agf] *Propria quemque* agg] *grauat ſordes.*
Te praegrauat vnum
Publica pernicies. Haec vnica ſubruit omnes,
agh] *Sit quod eos nullum mortale remorde-*
at: illud agi]
Dum tamen obſit agk] *eis, animae mors pen-*
det ab agl] *vno,*
Sicut & a multis. Vt nauis non minus vna, 1350.
Quam varia rima, cauſam praeſtante ſub
ortis
Abſorbetur aquis. Sed idem facit vtraq; peſtis.
agm] *Vix tamen eſſe poteſt, vt homo ſine cri-*
mine viuat
Ethicus. Vnde caro. agn] *Nemo ſine crimine*
viuit.
ago) *Ille malignantis naturae Spiritus, hoſtis* 1355.
Publicus, occultis agp] *hominem circumvo-*
lat alis:
Anxius: vt reuocet quem agq] *perdidit. Ab-*
ſtulit illum agr]
Ille pugil ags] *noſter: mira* agt] *virtute le-*
onis; *Aſtu*

---

age] per Concluſionem. *agf*] Contentio. *agg*] F. *quae-que*. *agh*] Similitudo. *agi*] MS. II. & IV. *iſtud*. *agk*] F. *obſtat*. *agl*] F. *in* *agm*) Exemplum. *agn*] MS. II. *Cato*. MS. IV. *Catho*. *ago*] Imago. *agp*] MS IV. *occidentus*. *agq*) MS. II. *quos*. *agr*) MS. II. & IV. *illi*. *ags*) MS. II. *gigas*. *agt*) MS. II. *miri*.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. 1360.

Aſpa ſerpentis; & ſimplicitate columbae;
agu] *Ille. Quis? Ille quidem* agw] *naturae duplicis; expers*
Totius maculae; ſubrufus imagine; viſu
Dulcis; & angelicum ſpeculum; ſpecioſa figura
Praeformis hominum; ſpecialis imago priori;
Ille agx] *ſecundus Adam, qui nobis oſtia vitae*
1365. *Claue ſuae mortis patefecit. Ad illa vocati*
Gaudia, quid facimus? Torpemus imagine pigri.
agy) *Sciſne moram pigri: Si mane vocetur,* agz) *obaudit.*
Si citetur adhuc iterata voce ſonora:
Nare vigil ſtertit. Tandem clamore coactus,
1370. *Ore tamen lentius,* aha] *linguam mouet: Hei* ahb] *mihi quid vis?*
Inquit. Surge, veni. Nox eſt; permitte quieſcam.
Imo dies eſt: Surge. Deus meus: Ecce ahc] *ego ſurgo:*
Vade: ſequar. ahd] *Nec eum ſequitur, quem decipit.* ahe] *Et tunc:* ahf)
Non venies? Dudum venisſem, ſed mihi veſtes
1375. *Quaero: nec inuenio. Nihil eſt. Te birria noui,*
Surge cito. Domine ſum praeſto. Nec eſt tamen. Imo *Vel*

agu] Ellictio. agw] MS. II. & IV. *gigas.* agx] MS. II. *Iſte.* agy] Notatio. agz] MS. IV. *vocatur.* aba] MS. II. & IV. *lento.* abb] MS. II. & IV. *Et.* abc] MS. II. & IV. *En.* abd) MS. II. *ſequor.* abe] MS. II. *negligit.* MS. IV. *decipis.* abf] MS. II. & IV. *tu.*

Digitized by Google

Vel caput huc, illuc, vertit; vel bracchia A. C.
ſcalpit; MCCXVI.
Membra vel in longum diſtendit. Sic quaſi
ahg) *quasdam*
Vnde libet morulas quaerit. Semper venit
ore,
Non pede. Sed veniens nunquam venit. Ipſe
ahh) *coactus*
Forte, mouens greſſum trahit a teſtudine mo- 1380.
tum.
Huius imago ſumus ad gaudia vera vocati.
Deliciis variis capti, vel pectoris aures ahi)
Obſtruimus; vel ſi patet auris ab illa venire,
Semper differimus; vel, ſi fortaſſe venimus. 1385.
Nolentes tracti, motu teſtudinis imus.
Immemores noſtri domino ahk) *praeponi-*
mus hoſtem. ahl)
Heu miſeri! cur non volumus meminiſſe diei
Conſilii ahm) *qua nos manus eius ab vngue*
ahn) *redemit*
Hoſtili? O aho) *meminiſſe decet quid,* ahp)
qualia, quanta, 1390.
Pertulit in poenis, in verbis ridiculoſis.
ahq) *Pontificis ſeruus domini reſponſa ma-*
ligne
Arguit, & feriens: Reſpondes taliter, inquit,
Pon-

---

abg] MS. II. & IV. *ſibi.* *abh*] MS. II. *ille.* MS. IV. *ecce.* *abi*] MS. II. *aurem.* *abk*] MS. II. *dominum.* *abl*) MS. II. & IV. *poſtponimus huſti.* *abm*) MS. II. & IV. *Vindictae.* *abn*) MS. II. *angue.* *abo*) *deeſt in* MS. II. & IV. *ahp*] MS. II. *quibus quae.* MS. IV. *quidem quae.* *abq*) Sermocinatio.

A. C. MCCXVI. *Pontifici? Subiecit* ahr) *ad haec manſuetus:*
Amice
1395. *Si male quid dixi: dic in quo. Si bene: cur*
ahs) *me*
Caedis? Item aht] *Pilate tibi pro poſſe rebellis* ahu]
Iuſremuit ahw] *Iudaea frequens;* ahx] *crucifige, reſumens,*
Et clamans iterum: crucifige. Subintulit alter
Ictibus incuſſis haec: Ridiculoſa Propheta
1400. *Chriſte! quis eſt qui te percuſſit? Et addidit*
iſtis
Improperans alius: Alios ſaluauit & in ſe
Defuit. ahy] *In domino ſperauit: liberet illum,*
Si vult. Sic voluit tractari ridiculoſe,
Qui virgis caeſus; ligno ſuſpenſus; aceto
1405. *Potatus; ferro transfixus; arundine quaſſus;*
Cuſpide ſpinarum ſeptus ahz] *caput; omnia*
paſſus
Triſtia; tam varias mortes concluſit in una. aia)

aib)

---

abr) MS. II. *reſpondit.* MS. IV. *reſpondet.* *abs*] MS. II. *quid.* *abt*) MS. II. *adhaec* *abu*] MS. II. & IV. *rebelli.* MS. II. & IV. *Intonuit.* *abx*] MS. II. & IV. *fremens.* *aby*) MS. II. & IV. *Deficit.* *abz*) MS. IV. *ſeptum.* *aia*) MS. II. & IV. *addit*:

Sputa, flagella, minae, probra, claui, lanceae, ſpinae,
Felici fine ſunt noſtrae meta ruinae,
His homo deliciis, hac te crucis arte redemit,
Fortiter infirmus dum mortem morte peremit.

aib] *Dum* aic) *mortem pateretur, ait natu-* A. C.
ra: necesse aid) MCCXVI.
Est aie] *patiar. Dominus patitur. Complan-*
gite mecum
Omne genus rerum. Coelum tua lumina
claude. 1410.
Aer caliga. Mare clama. Terra tremisce.
Omnia flete simul elementa. Perhorruit ergo
Planctibus, & totam aif) *se rupit. Signa de-*
dere aig)
Omne genus rerum; Coelum sua lumina
claudens;
Aer caliginis; aih) *mare clamans; terra*
tremiscens; 1415.
Omnia cum lacrimis elementa; Nec accidit
istud
Ex solita rerum serie, sed vim quasi aii) *mortis*
Passus erat dominus naturae. Vim simul
ipsam aik)
Passa fuit natura suo compassa dolori.
ail) *Sola deum risit morientem natio praua,* 1420.
Cuius in opprobrium sunt posteriora. Propago
Perfida, gens duræ ceruicis! Disce cor illud
Sic induratum mollire. Memento ruinae,
Terribilisque ducis aim) *Pharaonis. Disce*
beari.

aib) Conformatio. *aic*) MS. IV. *Cum. aid*) MS. II. & IV. addunt: *Est. aie*) MS. II. & IV. *Vt. aif*) MS. II. *motum. aig*) MS. II. & IV. *dederunt. aih*) MS. II. & IV. *caligans. aii*) MS. IV. *quia. aik*) MS. II. & IV. *istam. ail*) Significatio. *aim*) MS. II. *Terribilis duri.* MS. IV. *Terribilis diri.*

Digitized by Google

A. C. *Singula de Chriſto ſcrutare. Videbis aperte.*
MCCXVI. *Nonne pati Chriſtus ſic debuit? indice ſcripto:*
1425. *A ligno dominus regnauit, ibique triumphans*
Vicit, & eiecit hoſtem, mundumque redemit.
ain) *Sic homini pugnauit homo, ſed homo deus ipſe,*
1430. *Tunc certans,* aio] *modo ſceptra* aip) *tenens,*
aiq) *iudexque futurus.*
air) *Quod* ais) *Deus, & nullus alius, quod* ait) *filius ipſe,*
Non perſona patris, vel ſacri flaminis, eſſe
Debuit ipſa ſalus hominis, ſic collige paucis:
Ciuibus angelicis coelo naſcente creatis,
1435. *Lucifer, egregiae lucis, de luce creantis*
Plus aliis ſumſit, ideo aiu) *praeſumſit. Et inde*
Turgidus in lucem ſummam praeſumere coepit.
Vidit enim: gigni lumen de lumine; verbum
De patre. Vidit item: ſacrum aiw) *procedere flamen:*
1440. *Ex vtroque. Trium naturam vidit eandem.*
Perſonas varias tres illas aix) *vidit. Et vni*
Invidit ſoli verbo, voluitque creatus
Patris adaequari genito. Diſpono aiy) *ſedere*

Ad

---

ain) breuitas. aio) MS. II. *pugnans. aip)* MS. II. & IV. *regna. aiq]* MS. II *tenet. air]* deminutio. *ais]* Fragmentum MStum Gvelpherbytanum. MS. II. & IV. *Cur. ait]* MS. Gvelph. *Cur.* ita & MS. II. & IV. *aiu]* MS. II. *accepit eo. aiw)* Fragm. MS. Gvelph & MS. II *ſanctum. aix]* MS. Gvelph. *Et has perſonas diuerſas.* MS. II. & IV. *Et tres diuerſas perſonas. aiy]* MS. II, *propono.*

Ad partes aquilonis, ait, similisque videri aiz) A. C.
Summo. Sic voluit fieri scelus incola coeli. MCCXVI.
Sed breuis hospes erat, quia scelum ferre sce- 1445.
lestum
Non potuit. Sed, vbi fuerat mox lucifer aka)
ortus,
Occidit, & versum fuit illud akb) *mane re-*
pente
Infero ; bonitas in peius ; apex in abyssum ;
Spiritus in daemonem. akc) *Fueratque* akd)
biformis in hora: 1450.
Clarus & obscurus ; bonus, & malus ; altus,
& imus ;
Angelus & daemon, qui passus ad ima rui-
nam
Omnibus ordinibus decimam detraxit & aeq;
Vnicuique suam. Post cursum ake) *quinque*
dierum
Sexta dies formauit Adam, formauit &
Euam: 1455.
Conciues, paradise, tuos. Quibus actor eorum
Omne genus ligni gustare bonique malique:
Notitiae lignum ne tangite. Subdidit ante
Causam: ne gustu morerentur morte. Quid iste?
Vidit eos, & ad hoc formatos, vt repararent 1460.
Angelicum numerum, qui corruit, & frue-
rentur

aiz] MS. G. MS. II. & IV. *sedebo.* aka) MS. G. *ibi mox lucifer ut fuit.* ita & MS. II. & IV. akb] Fragm. MS. Gv. MS. II. & IV. *illi.* akc] MS. II. & IV. *Sanctum in daemonium.* akd] MS. IV. *fuerat.* ake] MS. II. & IV. *cursus.*

Digitized by Google

A. C. MCCXVI.

Delitiis illis, quas perdidit angelus. Inde
Quid faciet verſans. Serpentis imagine ſumta
Rectus & erectus veniens, clam venit ad Euam:
Affari non auſus Adam. Cur, inquit, ab eſu
Praefati ligni prohiberis? Subdidit illa:
Hoc ideo, ne forte per hoc moriamur. Ad illud
Forte minus fortem credentem vidit, & inde
Fortior his illam vicit: Non ſic, ait, imo
Veſcere. Sicque ſciens potes eſſe boniq; maliq;,
Sicut dii. Tumefecit eam ſpes irrita tanti
Polliciti. Vetitum guſtauit. Idemque maritus,
Ne turbaret eam, quamuis ſibi conſcius egit.
Ille fuit primus error. Sed culpa ſecunda
Deterior: Non velle ſuum deflere reatum,
Nec precibus pulſare deum. Sed & ille retorſit
Crimen in vxoris vitium. Quid & vxor? Et illa
In fraudem ſerpentis. Et haec defenſio culpae
Fons maioris erat offenſae. Sed cecidere
De ſolio, paradiſe, tuo. Damnatus vterque.
Sic genus humanum periit. Nec profuit illi
Vel ius naturae, vel ius legale vel vlla
Virtus quin animas glutiret tartarus omnes.
Tanta tot excurſis annorum millibus ira
Infremuit, nec adhuc tam dira procella quieuit.
Filius ergo dei, ait ſecum: Quia Lucifer in me
Praeſumſit. Ruit, & periit. Fuit illa ruinae
Iſtius radix. Sic ſum quaſi cauſa remota
Hu-

Huius peſtis. Ergo vicinae cauſa ſalutis. A. C.
Si certare velim propria vi, corruet hoſtis MCCXVI.
De facili. Sed ſic ſi vicero: viribus vtar. 1490.
Et non iudicio. Quare cum vicerit hoſtis
Calliditas hominem, ductu rationis oportet,
Vt ſit homo qui vincat eum, lapſusque reſurgat,
Qui cecidit, ſeſeque potens euellat ab eius 1495.
Vnguibus, & liber incedat vertice recto.
Qui ſeruile iugum, ſubiit, viuatque beatus
Qui miſer perdit. Sed oportet, vt ille Deus ſit.
Non aliter virtus hominis proſterneret hoſtem,
Ni Deus indueret carnem: qui ſic erit vna 1500.
Cum virtute Dei virtus humana. Neceſſe
Eſt igitur, ſicut hominem proſtrauit, ab ipſo
Sternatur; Sic a ligno vicit, & inde
Vincatur; Laqueo, quem fecit, eo capiatur.
Filius haec. Eius fuit ergo paraclitus autor 1505.
Conceptus, propriaque manu contexuit illi
Humanos habitus, qui clam deſcendit in aulam
Virginis, & foribus clauſis egreſſus ab aula
Virginea, porta clauſa. Res vndique mira:
Ingreſſus mirus; egreſſus mirus; & omnis 1510.
Vice progreſſus mirus; Nihil hoſtis in illo
Repperit eſſe ſuum. Sed rem tamen eſt alienam
Aggreſſus: damnans illum, damnatus ab illo.
Morte crucis damnauit eum. Tulit in cruce noſtras
Non eius maculas. Ibi crimina noſtra delebat. 1515.

A. C. MCCXVI. *Et quae non rapuit, tunc exſoluebat. At ipſa*
Mors non euaſit, dum ſic innaderet illum,
Quæ dum ſorberet hominem, diritatis ab he-
mo
Interempta fuit, & ſic abſorpta putauit
1520. *Vincere. Sed ſtupuit vinci, quia Spiritus eius*
Tartara iure ſuo ſpoliauit, & eius amicis
Conuertit tenebras luctus in gaudia lucis,
Quos regio mortis tenuit. Sic ſola redemit
Gratia. Propter quem coepit, ſic deſtitit ira.
1525. Stemmata ſic rerum plene ſcruteris in illis
Omnibus. Oſtendit ſumma rem manifeſte.
Sola duo tolles, ubi rem non ponit aperte.
Hoc ita propoſito: *Non eſt mea parua po-*
teſtas
Non exilis honor. Plus innuo, quam loquor,
& res
1530. Et ipſo verbo maior, pro parte meorum
Si veniam, ſi fortaſſe loquor. Modus iſte
loquendi
Eſt ſapor, & tali ſermone modeſtius vtor.
Sic cooperta venit ſententia, non aperitur
Res plene. Plus eſt in re, quam ſermo ſit in ſe
1535. *Exque tot & tantis opibus a patre relictis*
Dilapidator opum nec habet quo tegmine velet
Pauperiem, nec habet teſtam, qua praetulit
ignem.
Sicque de re minima dico. Nimis immo-
derate
Arguo, quod non eſt moderatum. Nec mo-
dus in re.

Nec

Nec modus in verbo, ſed res moderatior ore. A. C. MCCXVI.
Sermo tamen minimus in re minus innuit eſſe. 1540.
Ille vir egregius. Vox haec ſonat optimus, aut vir
Peſſimus. Oblique nos reſpicit. Hic ſonat haec vox
Transuertit viſum. Vel peccat viſus in iſtis
Ambiguis. Res eſt cooperta, ſed uſus apertus: 1545.
Inſpectis virgis pueri rubor ora reliquit
Et facies exanguis erat. Talis color ipſum
Significat timuiſſe. *Rubor perfunderat ora*
Virginis. Haec facies notat hanc puduiſſe.
Vagando
Crinibus inceſſit comtis. Modus iſte reportat 1550.
Luxuriaſſe. Datae da ſigna frequentia formae:
Profer res ipſas, ſed eas ne profer, vt ipſas.
Imo notas rerum ſoleas: pallere timorem:
Comptura venerem; ſubitoque rubore pudorem:
Remque notis certis oſtende, ſequente priorem. 1555.
Hic color. Hic ſexus. Haec aetas. Iſta figura.
Nuper in alterius thalamo. Sed dicere nolo.
Taliter abſcindo vocem, nec dico quod iſtae.
Imo, quod iſtius aetatis ſine figurae.

Digitized by Google

C. A. MCCXVI. *Magnus es, & genibus flexis tibi ſupplicat orbis.*

Cum poſſis noli ſaeuire. Memento Neronis.
Sic re collecta nil amplius addo. Vel ecce
Exemplum vario clauſum ſermone ſub iſto
Magnus Alexander cum bella pararet Athenis,
Nulla reformandae placuerunt foedera pacis,
In pignus niſi forte datis ſapientibus vrbis
Vnus prudentum reſpondit ad iſtud, & iſta:
Forte lupus bellum paſtori mouit. Vtrinque
Tractatum de pace fuit Sed formula pacis
Nulla lupo placuit, ni pignus & obſes amoris
Traditus eſſet ei cuſtos gregis. Hoc ita facti
Ante fuit timidus, ſed nunc ſecurior, hoſtis.
Subſtitit hoc dicto. Rem voluit aſſimilari
Exemplo. Prudenter enim partem dedit auri,
Partem ſeruauit animo. Modus iſte periti:
Dimidio verbo vim totam claudere verbi.
Talibus egregium ſententia nacta colorem
Non detecta venit, ſed ſe per ſigna reuelat.
Lucet ab obliquo, nec vult procedere recte
In lucem. Specien ſunt quinque, ſed eſt color idem.
Verborum flores & rerum confer in vnum.
Area ſermonis reſperſa ſit his ſpeciebus.
Florum ſurgit enim quidam concurſus odorum.
Et redolet plene permixtus vterque colorum.
Quid deceat noſti, dicisque decentia dici,

For-

Forte tamen ductus casu, non arte, nec in re, A. C.
Sentis, quid primo visu speculeris, & in quo MCCXVI.
Profundes studium? Quis sit locus vnde studendi
Anticipas cursum? Quo gignat origo decorem
Verborum? Sed mens hac parte vagatur, & illa. 1590.
Et vaga sunt mentis dubiae vestigia, tanquam
Coeci palpantis. Quae vel qualis sit via, cuius
Est oculus baculus, & dux fortuna. Quid ergo
Arte domes animum, qui, ne quasi scurra vagetur.
Sume locum certum. Tria tantum sunt loca: Primus: 1595.
Dictio flexibilis per tempora; Proximus illi:
Dictio per solos casus inflexa; supremus:
Dictio persistens immota. Modusq; sit iste:
Ecce locum primum puta verbum. Transeat istud
In nomen fixum, quod vel descendit ab illo, 1600.
Aut ab eo quod ei sensu praeponderet aequo,
Vel satis expressa similetur imagine verbum.
De verbo nomen, tanquam de stipite ramus

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. 1605. Exit, & ex eius retinet radice ſaporem.
Sed quia nomen idem facit, & non ſufficit ad rem,
Appoſitis verbis aliis, & acumine mentis,
Ex hac ſcintilla totus reparabitur ignis.
Hoc igitur ſtudium fundens, rem ſic age: Nomen
Quemlibet in caſum varies, & cuilibet aptes
1610. Talem iuncturae ſeriem, quae ſeruiat aptè
Propoſito. Sed adhuc deſuda pectore toto.
Mentis in incude ſtudioſe cude. Recude.
Denique quod deceat excude. Sed ordo ſit iſte:
Ante modos omnes in pectore collige. Poſt haec
1615. Elige quid melius, ſub quo ſententia caſu
Auribus inſtillet iucundis. Hic operetur
Iudex diſcretus. Diſcrete cerne. Sed iſtud
Vt bene diſcernas, opus eſt ſimul artis, & vſus.
Luceat exemplo res iſta. Sit hoc rude thema:
1620. *Ex hac re doleo.* Sic vtere lege ſtatuta:
Ex hoc fonte mihi manat dolor. Hic mihi ſurgit
Radix, vel ſemen, vel frons, vel origo doloris.
Res haec materiam præſtat, cauſamq; dolori.
Seminat, aut gignit, aut ingerit, ipſa dolorem.
1625. *Vulneribus duris in me, dolor anxie, ſaeuis*
Mens quaſi ſuccumbit male ſoſpes & aegra dolore.
A verbo doleo ſic nomen ſume doloris.
Quemlibet in caſu ſic mutes. Cuilibet addas

Stru-

Structuram vocum similem, quae compe- A. C.
tat ipsi. MCCXVI.
Materiae. Vel item sic sumes nomen ab illo, 1630.
Seu magis a simili, verbo signante dolorem.
Qualia sunt: suspiro, querer, gemo, lacri-
mor. Inde
Nomina sunt: lacrymae, gemitus, suspiria,
questus.
Sic ergo sensum verborum nomina dicant.
Ex animo veniunt suspiria; questus ab ore; 1635.
In faciem manant lacrymae; gemitusque
resume
Continuos. Sed dic festiuius istud. *Ab imo*
Pectoris erumpunt suspiria; questibus aer
Exclamat; lacrimas deriuat fons oculorum;
Et gemitus rumpunt animum. Sic nomina
verbis 1640.
Artifici quodam nectit transumtio nodo.
In proprie sumtis satis est iucunda venu-
stas,
Et bene transumtis magis est connexa vo-
luptas.
Dictio per solos casus inflexa fruatur
Duplice consilio. Quoddam desiderat
ipsum 1645.
Mobile, sed secus est in fixo. Consulis isti
Ex alia. Sed in hac forma praeconsule
primo.
Regula, quae supra docuit conuertere ver-
bum.
Mobile, sub simili forma conuertit. Eisdem
Pas-

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. Paſſibus hic curras, & ibi: quia ſeruat eandem
Curſus vterque viam, quod themate lucet in iſto.
Candidus eſt vultus. Sic iſtud mobile mutes,
Et poſitam legem ſerues. *Illuminat ora*
Candor. Candoris radio vel luce coruſcat.
Nubis candori facies. Solis gerit inſtar
Candorem maxilla ſuum, mundoque dieſcit
Ex ſolo candore genae. Sedet hic modus apte.
Vſus hyperbolycus miro de more vel auget,
Vel minuit, laudes, & culpam criminis. Haec ſunt
Crimina, vel laudes ipſius idonea ſedes.
Sic candor ſumes a candidis, vt variatis
Caſibus occurrat melior modus, aut nihil inde
Sume. Sed a niuenus, quod ei ſimilatur, & inde
Elicies fixum, puta nix. Hunc accipe curſum:
Non diſtant forma nix & gena. Candor in ore
Tanta luce nitet, quaſi ſit vnus aemulus. Ora
Accedunt candore niui. Proprioque nitore
Et facies imitata niuem. Tertiusque triumphi
Cum niue decorat vultus. Pertranseo quintum,
Qui ſumendus erit, cum poſcit apoſtrapha ſumi.
Mobile ſic mutes in fixum, quod fit ab ipſo Siue

Siue ſuo ſimili natum, vocesque coaptet A. C.
Prudens miſcetor, ſeriemq; venuſtet carum. MCCXVI.
Vt ſeries vocum fixo cum fixa prioris
Materiae teneat mentem, varietque colorem. 1675.
Et ſonet illud idem, quamuis non ſit ſonus idem.
Nunc fixo praefige modum. Si ſtet benefixum,
Nunc eget artificis ſtudio. Si non ſtet honeſte
In Caſu dicto, fiat detorſio caſus
In ſeriem, caſumque ſtude contexere vocum, 1680.
Vt rude thema nouae formae ſibi ſumat amictum.
Thematis eſt rudis haec facies: *Ego rem ſceleratam*
Conſilio feci. Faciem innuo verbi:
Conſilium ſtimulus faciendi vel ſcelerati
Actor erat facti. Vel ſic: *Suggeſtio praui* 1685.
Conſilii ſceleri cauſam ſe praebuit, aut ſe
Cauſam permiſit. Vel in hoc genus inuide verbi:
Conſiliis aſcendit opus. Vel: *Paruit illi*
Flagitioſa manus Vel taliter elice verbum:
Conſilium ſclerata manus produxit in actum. 1690.
Si quis item, quaſi rem crudam, tibi proferat iſtud:
Hoc factum dicunt omnes. Ita decoque verbum:

Hoc

A. C. MCCXVI. *Hoc factum vox eſt populi.* Vel: *Publica fama*
Eſt teſtis facti. Vel. *Facto nulla reclamat*
1695. *Lingua, ſed id clamat vox plebis, & omnis, & vna,*
Proſequar an plures? Ad quid? Sententia nullum
Reſpuit, vna quidem caſus aptatus ad omnes.
Poſſe ſtude reperire viam. Patitur reperiri,
Si reperire pores. Si cui via non ſit aperta
1700. Non per eam, ſed ſtat per eum, cui deficit artis
Conſilium. Nec habet ſocium, quem conſulat, vſum.
Rem tria perficiunt: Ars cuius lege regaris;
Vſus, quem ſerues; meliores, quos imiteris.
Ars certos; vſus promtus; imitatio reddit
1705. Artifices aptos. Tria concurrentia ſummos.
Locum: *Quae flecti nequeunt immobile vulgus;*
In ſermone licet tolerabile, tollitur apte:
Saepius & melius plebs illa recedit ab aula.
Sub quadam forma ſeruanda. Forma ſit iſta.
1710. Inſpice quid talis vox innuat. Exprime tandem
Nomine, vel verbo, rem, quam notat. Vt noua forma
Prodeat, & melior quam prima. Sit hoc breue thema:

Tunc

Digitized by Google

Tunc veniet. Tunc, eſt nota temporis. Exprime tempus A. C. MCCXVI.
Illud per nomen, talem ſeruando tenorem:
Ille dies transmittet eum. Si thema ſit illud: 1715.
Huc veniet; verbis addet modus iſte decorem:
Hic locus admittet venientem. Vel: *Venienti Hoſpes erit, ſiue nocturnus, ſiue diurnus.*
Dicere ſeu mauis ornatius, accipe rurſum
Iſtud dicturus: Semel, aut bis, ſiue frequenter
Delinquo. Dicas: Eſt vnica, ſiue ſecunda, 1720.
Siue frequens animi contagio. Vel: *ſcelus ipſum*
Incipit, aut in me redit, aut crebeſcit in vſum.
Lege pari pones, vbi ponitur iſte, vel ille;
Alter & alteruter. Si ſubdisiunctio fiat
Pones alteruter. Si res disiunxerit alter. 1725.
Sed neque ſic dices: *Si venerit ille, recedet Iſte.* Sed: *Acceſſus operabitur ille receſſum Iſtius.* Ille fuit rudis, & hic modus artis
Eſt genus illud idem: *Currit plebs vndique circa*
Vrbem. Plebs vrbis celeri pede circuit vrbem. 1730.
Iuſte punitur pro crimine. Congrua cauſa Eſt crimen poenae. Ne quos exemta fatigent,
Plurima ſub paucis, & caetera claudo ſub iſtis.
Si vim ſcire velis maiorum ſiue minorum: 1735.
Sic

A. C. MCCXVI. Sic ſe maior habet, ſicut minor. Inſpice pauca
Quae lex eſt paucis, & pluribus. Inſtruit actor
In topicis, vt pauca magis ſpeculatio, maior
Eſt via. Ne longis igitur ſermonibus errem,
1740. Non eat exemplum per ſingula, ſed potiore
Conſilio ſunt multa breui concluſa ſigillo.
Oblatrator ades, Das thema: *Reſiſtere tentas.*
Rem petis inſtanter. Spatium peto. Poſtulo mentis
Conſilium. Nimis es praeceps exactor. Ad horam
1745. *Non poſſum. Tolera. poterit mora, quod nequit hora.*
Non venit ex facili res iſta, nec absque labore
Sed mens quando ſtudet, tanquam pugil, anxia pugnat.
Pugnat enim ſecum. Petit vt ſibi conſulat, & non
Conſulit ipſa ſibi. Repetit, patiturque repulſam.
Ipſa ſecunda fui. Feruentius inſtat, & ipſa
1750. Perſtat adhuc contra ſe. Curis anxia torquet
Se tandem. Quod vult extorquet vi violenta

Digitized by Google

A se. Sed laeto si vis gaudere triumpho, A. C.
Quod minus est supple; quod plus abra- MCCXVI.
de; quod hirtum
Come; quod obscurum, declara; quod vi- 1755.
tiosum,
Emenda. Curis istis sunt omnia sana,
Adiice praemissis, quia dictio quae sonat
vna,
Et quasi mater hyles, quasi res rudis & sine
forma.
Des illi sociam. Dabit haec adiectio for-
mam.
Quae magis vt niteat, pingat transsumtio 1760
clausam
Quando duae coeunt tali compagine:
Pratum
Ridet. Vel: *studium floret.* Vel collige voces
Complexas & eas multas, & in aggere tali:
Venit in opprobrium mensae mensale luto-
sum;
Panis furfureus; cibus asper; potus amarus; 1765.
Vernula pannosus. Vel mobile sic variemus:
Mensa fuit pauper & paruula; mappa ve-
tusta
Et contrita; cibus incoctus & horridus; ipse
Potus acetosus & turbidus; assecla mensae 1770.
Vilis & illepidus; totum fuit absque decore.
Aut ita se fixum determinet: Es cato mente;
Tullius ore; Paris facie; Pyrrusque vigore.
Aut ita transsumes: *Rosa vultus; lilia frontis;*
Dentis ebur; flamma labiorum; balsamus oris.

A. C. MCCXVI. Aut lic improprie, ſeu hoc eſte: *Typhus amoris*;

1775. *Dalila Sanſonis; vel Marcia pone Catonis.*
Mobile ſub ſimili caſu determinet ipſum,
Et ſub diſſimili fixo determino fixum.
Mobile ſic etiam determinat, aut genitivus.

1780. Scilicet his verbis: vt ſi dicatur auarus:
Plenus opum; vacuus virtutum; auidiſſimus rerum.
Prodigus alterius rerum; retinensq; ſuarum.
Siue dicas, vt hic ſi proſequar ore Neronem:
Mens ſua tot vitiis damnabilis eſt alienis
1785. *Facta maligna, ſuis peior, ſibi peſſima, nulli*
Vtilis, & cunctis damnoſa. Vel ecce ſequentes
Caſus. *Hic inter epulas illotus in omnem*
Eloquio, ſemperque gula feruente paratus
Ad nimium. Nec vina probans, nec ſumta redundent
1790. *In vomitum. Foedare ſolet conuiuia, Spirans*
Coenum, deſpumans vinum, fundensque venenum.
Hic ſonus extremus eſt oris Sydoniani,
Sed melius duplicem ſociet ſibi mobile caſum.
Quod patet hic: *Menſale placet nouitate decorum*
1795. *Et candore; cibus pretio conditus, & arte.*
Potus tam vino ſapidus, quam nectare. Vna.
Mo-

Digitized by Google

Moribus insignis & veste. Facetia dandi A. C.
Et vultus dantis. Duplex est gloria mensae. MCCXVI.
Lege quidem simili rectos ita congero verbis:
Iam mihi contrahitur pellis. Quatitur cor. Anhelat 1800.
Pulmo. Riget lumbus. Curuatur spina. Tremiscit
Corpus. Et ad limen stat mors. Aut applico rectum
Sub tali forma: *Verba sapit vt Cato. Dicit*
Vt Cicero. Viget vt Pyrrus, Nitet vt Paris. Audet
Vt Capaneus. Amat vt Theseus. Modulatur vt Orpheus. 1805.
Aut ita subiicias obliquos nominis: *Ira*
Aestuat. Aspectu terret. Lingua tonat. Ense
Insurgit. Gestu furit. Aut sic collige clausas:
Cordis contriti pietas diuina miserta
Debita dimittit; peccata remittit; amorem 1810.
Ipsius omittit, & verae gaudia vitae
Promittit; sed eam, nisi perstet in eius amore
Amittit. Vel sic aptes adverbia verbis:
Histrio mane vomit. Cupide bibit. Immoderate
Dissipat. Immunde viuit. Vel dic ita mixtim: 1815.
Colligit hic tales rapide. Speculatur acute.
Argute voluit. Instanter mittit. Amice
Compellit. Patiens expectat. In his bene tactis
Ad placitum mentis tam citus sedet. Non male ridet.

A. C. MCCXVI. 1820. *In neutris animo turbatur. In his & in illis Philoſophatur.* Hic eſt modus & mos Sidonianus,
Et modus egregius. Clauſarum tantus aceruus
In duplici caſu facit inculcatio verſum.
Et ſunt hi caſus laudes & crimina rerum.
Laudando cumulat haec inculcatio plauſum 1825.
Et culpando. Frequens eſt malleus ad feriendum.
Sydonii calamus magis hunc ſibi deputat vſum:
Pluribus inductis clauſis producere verſum.
Diſtat ab hoc calamo Senecae contrarius vſus.
1830. *Liber is eſt vitii, qui non eſt ſeruus. Abundat Cui ſatis eſt quod habet. Pauper qui plus cupit.* Hic mos
Eſt Senecae: verſum celeri concludere fine
Dignus vterque tamen, ſed vtrumque ſequntur, & iſtum,
Aut illum, nouitas quia plus iuuat, & modus idem
1835. Plus ſatiat. Nec ero velut hic, nec ero velut ille.
Nec tantum vel ero longus, vel ero breuis, imo,
Et breuis & longus, de neutro factus vterq;
Si bene dicta notes, & rebus verba coaptes,
Si

Digitized by Google

Si proprie dices, Si mentio namque ſit orta A. C.
Forte rei, ſexus, aetatis, conditionis, MCCXVI.
Euentus, ſi forte loci, vel temporis. Haec eſt 1840.
Debita proprietas, quam vult res, ſexus, & aetas,
Conditio, euentus, tempus, locus. Iſta venuſtas
Eſt electa, quia bene cum determino totum,
Termino ſub tali forma. Res condita tota 1845.
Eſt condita. Notam teneas, ſeruesque tenorem.
Haec nota tam pro ſe quam metro, ſeruit, & vna
Ars ad vtrumque facit, quamuis in diſpare forma.
Legibus armatur metrum, ſed proſa vagatur
Liberiore via, quia proſae publica ſtrata 1850.
Admittit paſſum, rhedas, & plauſtra. Sed arcta
Semita verſiculi non vult tam groſſa, ſed ipſas
Voces in forma grácili, ne corpus agreſte
Verbi mole ſua perturbet, & inquinet illum,
Vultque venire metrum tanquam domi cellula compto 1855.
Crine, nitente gena, ſubtili corpore, forma
Egregia. Seriem tantae dulcedinis auri
Neſcit ha' ere parem iucunda decentia metri.
Proſacius verſus res groſſior. Omnia verba

A. C. CCXVI. Inuitanter amat, niſi quae poſtrema reſervat.
Qualia ſunt, quorum penultima tendit in altum,
Caetera non decuit finem ſeruare ſupremum.
In ſimili forma retractat Agellius iſtud
Et ſubiicit cauſam: ne vocum debilis eſſet,
Et non ſufficiens, numerus concludere verſum.
Si ſit, vt eſſe ſolet, finalis dictio clauſae
Alterius formae, tamen iſta decentior, vt quam
Cauſa probat melior, & teſtis Agellius actor.
Caetera non variat ratio, ſed carmine metri
Legibus aſtricto, vel ab eius lege ſoluto
Ars eadem ſemper, quamuis quod pendet ab arte
Non ſit ſemper idem. Sic verba domentur vtrinque:
Arida non veniant, ſed eis ſententia ſuccum
Imprimat, & ſucco veniant & ſanguine plena.
Nec quicquam puerile ſonent. Sint pondere grandi
Sed non praegrandi: Sic ſunt oneri quod honori.
Nec veniant facie turpi, ſed & intus & extra
Sit color: impingat manus artis vtrimque colorem. At-

Digitized by Google

Attamen eſt quandoq; color vitare colorem, A C.
Exceptis, quos ſermo capit vulgaris & vſus MCCXVI.
Offert communis. Res comica namque 1880.
recuſat
Arte laboratos ſermones. Sola requirit
Plana, quod explanat paucis res iſta iocoſa:
Tres ſumus impenſae ſocii, puerique caremus.
Hoc prolege damus: vt prandia noſtra paremus 1885.
Tempore quisque ſuo. Famulantibus ante duobus,
Tertius ecce dies, & me vocat hora cocquinae.
Ignem faturus flatu pro follibus vror.
Poſcit opem defectus aquae. Manus arripit vrnam
Fons petitur. Lapis obicitur. Pes labitur. Vrna 1890.
Frangitur. Ecce duplex damnum prouentus, & vrnae,
Et defectus aquae. Quid agam? Dum conſulo mentem
Intro forum. Sedet vnus ibi circumdatus vrnis.
Aſſumit as dum verto manu, dum pernoto viſu,
Ille videns inopem, furtum timet, & mihi verbis 1895.
Turpibus inſultat. Confuſus abinde reuertor.
Inuenio ſocium. Rem narro. Reuertor. Ad illum
Inquio. Tuque ſequens proclames funera patris,
Diſſimulo, repetoque locum. Manus haec capit vrnam,

A. C. MCCXVI.

Haec aliam. Socius proclamans: Quid facis, inquit,
Quid facis hic? miserande! Pater qui languit, ecce
Mortuus est; manibus concussis conterit vrnas
Nostra manus. Fugio. Qui me confudit agrestem
Confundo talique modo probra dicta refello.
Hac ratione leui signatur sermo iocosus.
Ex animi leuitate iocus procedit, & est res
Immatura iocus, & amica virentibus annis.
Et leue quid iocus est, cui se iucundior aetas
Applicat. Ex facili res tertia. Si leuis, ergo
Omnia sint leuia. Sibi consonat vndique totum:
Si leuis est animus, & res leuis, & leue verbum.
Seria si tractes, sermo sit serius, & mens
Seria: maturus animus, maturaque verba.
Praescriptisque modis, & res, & verba, colora.
Sed tamen inprimis mundes a sordibus ipsum
Carmen, & explantes vitium, quae, qualia, quot sint.
Quae vitient seriem sermonis, collige paucis;
Ecce deae aethereae venere. Perhorret hiatus
Vocis in hac serie Legem vocalibus istam
Ars dedit, vt non sit creber concursus earum. Cou-

Digitized by Google

Concurſum tolerat. Crebrum vetat, & quaſi creber A. C. MCCXVI.
Ille ſonus vocem deformat & auget hiatum
Tu cite te tute tanta virtute tueris.
Littera ſic eadem pudor eſt repetita pudenter.
Et nimis aſſidue decor eſt repetita decenter. 1925.
Cum non ſit ratio rationis de ratione:
Hinc non eſt ratio, praebere fidem rationi.
Sic verbum vileſcit idem, tam ſaepe reſumtum,
Tamque ſupervacuum, moderata reſumtio vocum, 1930.
Infantes, ſtantes, lacrimantes, vociferantes.
Quatuor haec generant vitium. Contagio quinta:
Quando venit ſuſpenſa nimis conſtructio longa.
Adiiciunt ſextam: quando traiectio verbi
Inconcinna venit. Vt: Luci miſimus elyn. 1935.
Ecce dedi pecten, quo ſi ſint pexa relucent
Carmina, tam proſae quam metra. Sed an bene pexa
Hoc ſpeculo poteris plene discernere formam.
Cum faciem verbi ſpecularis, an inquinet illam
Forte latens aliquis naeuus, non ſola ſit auris, 1940.
Non ſolus iudex animus. Definiat iſtud

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. Iudicium triplex: & mentis; & auris; & vſus.
Eſt modus iſte mihi ſuadenti verba polire.
Caſtigo mentem, nè ſtando moretur in vno.
1945. Sordet enim more ſtantis aquae. Sed transferor ardens
Huc & illuc, & rem nunc iſto pingo colore,
Nunc alio. Nunc voluo ſemel, ſed ſaepe reuoluo.
Mens agilis demum, cum fecerit vndique girum,
Eligit ex multis vnum. Reſpirat in illo
1950. Vtque putat ſine labe, loco. Sed fallitur augur
Caſibus in multis. Dum ſunt in mente ſepulta,
Multa ſedent animo, quae non tamen approbat auris.
Eſto quod, ut mulcet animum, ſic mulceat aurem,
Et duo complaudant in idem. Non ſufficit iſtud.
1955. Nec dum credo niſi replicem. Speculatio prima
Nec bene nec plene diſcernit. Quando revoluo
Rem, magis euoluo. Si ſit foetentis odoris,
Mota magis res peius olet. Si plena ſaporis
Plus repetita ſapit. Sit iudex ergo triformis
1960. Propoſiti verbi: Mens prima; ſecunda ſit auris; Ter-

Digitized by Google

Tertius & ſummus totum qui terminet vſus. A. C. MCCXVI.
Omnia quae reperit ratio, vel ſuggerit ordo
Vel polit ornatus. Si vis meminiſſe memento
Huius conſilii, quamuis breuis officioſi.
Cellula quae meminit eſt cellula diuitiarum, 1965.
Deliciasque ſitit non taedia. Visne placere
Iſti? Non oneres illam. Vult illa benigne
Tractari, non mole premi. Quaſi lubrica res eſt
Et rerum turbae non ſufficit. Hanc ita nutri:
Quando famem reficis dapibus, non ſis ita plenus, 1970.
Vt nihil apponi queat amplius. Eſto refertus
Plus ſemipleno, pleno minus. Ingere ventri,
Non quantum poſcit, ſed quantum profit. Alenda;
Non oneranda quidem, natura eſt. Sed inter vtrumque,
Et citra plenum, ſubſiſtere, ſanior vſus. 1975.
Sic etiam potans, potum ratione refraenes,
Potiſſes, & non potes. Sumatur honori,
Non oneri, potus. Bibe parcus, non temulentus.
Pulcrius accuſat ſitiens, quam vina recuſat
Ebrius. Et ſimili guſtanda ſcientia lege, 1980.

Quae

A. C. MCCXVI. Quae cibus & potus animae. Sic nutriat illam,
Vt ſe praeſtet ei iucundam, non oneroſam.
Scire ſitis hanc rem totam: ſit ſecta minutis
Particulis pluresque ſimul ne ſume, ſed vnam
1985. Fer ſemel, & partem minimam, multoque minorem
Quam valeant humerique velint. Erit ergo voluptas,
Et nullum pondus, in pectore. Sit comes vſus,
Dum res ipſa recens eſt, & noua. Verte frequenter
Et replica. Poſt hoc paulum ſubſiſte. Morare.
1990. Reſpira. Morula quadam medianta vocetur
Altera, quae cum ſit ſimili ratione retenta
Praeſcriptae cellae demum compaginet ambas,
Et bene conſolidet, & eas conglutinet vſus.
Tertia ſit nodo ſimili coniuncta duabus.
1995. Quarta tribus. Sed in his peccas, niſi ſemper agendis
Taliter inſiſtas, vt citra taedia ſiſtas.
Haec ratio vires ſenſus extendit ad omnes.
Obtuſos acuit. Duros emollit. Acutos
Et molles ad plus extollit. Quod minus iſtis
2000. Hoc minus eſt illis. Ideo lex dicta coaptet

Pon-

Digitized by Google

Pondus vtrisque ſuum. Speculum ſit o- A. C.
mnibus vnum: MCCXVI.
Adde modos alios, quibus vtor, & expe-
dit vti.
Viſa vel audita, vel praememorata, vel ante
Acta mihi meminiſſe volens, ita confero
mecum.
Sic vidi. Sic audiui. Sic mente reuolui. 2005
Sic egi. Vel tunc, vel ibi. Loca Tempo-
ra; Formae;
Aut aliqaue ſimiles notulae, mihi ſunt via
certa,
Quae me ducit ad haec, & in his intelli-
go ſignis
Iſtud & illud erit, & imaginor illud & illud.
Tradit imaginibus peregrinis Tullius artem, 2010
Quam meminiſſe decet. Sed ſe docet, &
ſibi ſoli.
Subtilis ſubtile ſuum quaſi ſolus adoret.
Sed ſubtile meum placeat mihi. Non pla-
cet illi.
Cui placet & prodeſt quaſi delectatio ſola
Vim memoratiuam validam facit, vnde
nec iſtis 2015.
Sed neque credo nobis aliis. Si ſint tibi
durae,
Si minus acceptae. Sed ſi vis tutius ire.
Fingi tibi notulas, quaſcunque dat optio
mentis,
Dum te delectent, dum tu docearis in illis.
Sunt aliqui qui ſcire volunt, ſed non operari 2020
Hoc

A. C. MCCXVI. Hoc ſtudium, poenamque pati. Modu iſte catinus
Vult piſcem ſed non piſcari. Non loquo illis.
Sed ſi quos tam ſcire iuuat, quam poen ſciendi.
In recitante ſonent tres linguae: prima ſi oris;
Altera rhetorici vultus; & tertia geſtus.
Sunt in voce ſuae leges, & eas ita ſeruet
Clauſula dicta ſuas pauſas, & dictio ſeruet
Accentus. Voces, quas ſenſus diuidit, illas
Diuide; quas iungit, coniunges. Domes ita vocem,
Vt non diſcordet a re. Nec limite tendat
Vox alio, quam res intendat, eant ſimul ambae.
Voxque quidem ſit imago rei. Res ſicut habet ſe,
Sic vocem recitator habe. Videamus in vno.
Ira genus flammae, materq; furoris ab ipſo
Felle trahens ortum cor & interiora venenat.
Felle cremat flamma cerebrum turbatque furore
Exteriora cremat flamma, turbatq; furore.
Exit in hac ipſa forma: vox fellea; vultus
Accenſus; geſtus turbatus. Et interiorem
Exterior ſequitur motus, pariterque moventur

Vnus

Vnus & alter homo. Perſonam ſi geris huius, A. C. MCCXVI.
Quid recitator ages? Veros imitare furores.
Non tamen eſto furens. Partim mouearis vt ille,
Non penitus. Motusque tuus ſit in omnibus idem,
Non tantus. Sed rem ſicut decet innue. Geſtum
Praeſentare potes. Agreſtis & eſſe facetus.
Vox vocem, vultus vultum, geſtusque figuret
Geſtum. Per notulas haec eſt moderata venuſtas.
Hic modus in lingua recitante venuſtus, & auri
Hic cibus eſt ſapidus. Sic ergo feratur ad aures,
Vt cibet auditum vox caſtigata modeſte.
Vultus & geſtus gemino condita ſapore
Vis venit a lingua. Quaſi mors & vita cohaerent
In manibus linguae, dum forte iuuetur vtroque
Vultus & geſtus moderamine. Sic ſimul ergo
Omnia concurrant, iuuantia commoda: ſermo
Concinnus; ſeries vrbana; retentio firma.
Non plus laudis habet, ſi res recitetur inepte

Quam

A. C. MCCXVI.

Quam ſine praemiſſis. Recitatio facta venuſtet.

EPILOGVS ad Papam.

Iam mare transcurri. Gades in littore fixi,
Et mihi te portum ſtatuo, qui maxima rerum,
Nec Deus es, nec homo, quaſi neuter es inter vtrumque,
Quem Deus elegit ſocium. Socialiter egit
Tecum partitus mundum. Sibi noluit vnus
Omnia, ſed voluit tibi terras, & ſibi coelum.
Quid potuit melius? quid maius? cui meliori?
Vel cui maiori? Dico minus. Imo vel aeq;
Magno, vel ſimili. Pater ergo, vicarie Chriſti,
Me totum committo tibi, ſapientia cuius:
Vt fons ſcaturiens; rationis acumen: vt ignis
Scintillas iaciens; velox facundia: tanquam
Torrens praerapide currens; & gratia mira.
Omne quod humanum transſcendens dicere vellem
Plene. Sed res eſt longe foecundior ore

AD IMPERATOREM.

Imperialis apex, cui ſeruit poplite flexo
Roma caput mundi, cuius prudentia remus
Totius imperii, qui plenus nectare dulci
Muſarum redolet, conditus aromate morum. Pace

Pace tua loquar, & pacis cum plurima posſis, A. C. MCCXVI.
Posſe modum ſeruare velis. Haec imprime menti:
Quando nocere potes noli. Satis eſt nocuiſſe,
Posſe nocere. Nihil facies, quod poſtea velles
Non fieri. Sed ſit mens cauta praeambula facti.
Nonne vides, ſi vera notes, in principe noſtro?
Nonne crucis ſeruus, & Chriſti miles, & enſis
Totius eccleſiae? Deuotio poſcit amorem,
Non odium; laudem, non culpam; praemia poſcit,
Non poenam. Toleres igitur, qui caetera vincis,
Te vinci, vincique velis, regemq; reuerti.
Flos & apex cleri! Solita dulcedine ſtillant
Praedulces ex corde faui. Mihi porrige partem
De mellis dulcore tui. Pro principe noſtro
Supplico. Sum minimus. Es maximus. Attamen eſto
Flexilis, & melius ſtet ei ratione potentis.

AD ARCHIEPISCOPVM.

Quod Papae ſcripſi munus ſpeciale libelli
Accipe flos regni. Primo potiaris honore

A. C. MCCXVI. Huius ſecreti. Nec id vnum ſume, ſed vna.
Do tibi me totum, Guillerme, vir aurea. Totus
Sum tuus ad votum, cuius cor in omnibus amplum
2100. Non capitur minimus, ſed ſemper anhelat in altum.
Nobilitas dandi, quam non nouere moderni,
Eſt innata tibi, qui ſolus gemma decoris.
Das ita, ne qua manus ſit dando latior, aut mens
2105. Lotior aut morula breuior. Tu ſolus es ille,
Cui deuas effudit, quicquid decet. Vt puta pectus
Magni conſilii, quo pectore pectora regum
Se fulcire ſolent ad magna negotia regni,
Magnus es in dando; prudens in agendo; modeſtus
2110. In geſtu; rigidus in iure; fidelis in omni
Re. Semper tuos diuina praeambula virtus
Vrget ſucceſſus, & ſemper in ardua creſcis.
Sed licet omnis apex tibi creſcat honoris honore,
Creſcere non poteris, quantum de iure mereris.

Explicit.

II. Ad *Guilhelmum Cancellarium* l. 1. Initio. *Quod papae ſcripſi munus ſpeciale*; cuius me-

---

b) Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 38.

Digitized by Google

meminit Io. BALEVS, *br*) eſt ſolum appendix exigua poetriae nouae, legiturque verſ. 2095. ſeqq. A. C. MCCXVI.

III. De *ſtatu curiae Romanae* Lib. I. Initio: *Nuper Apoſtolica Galfridus ſede relicta bs*) Extat inter varia doctorum piorumque virorum de corrupto eccleſiae ſtatu poemata per Matth. FLACIVM ed. Baſileae 1556. *bt*) titulo: *Ganfredus de ſtatu curiae Romanae & de eius ironica recommendatione*. Exſtat & carmen hoc velut anonymi cuiusdam & ineditum in Io. MABILLONII Analector Veter. Tom. IV. ed. Pariſ. 1685. *bu*) Scopo & titulo prorſus contrariis exemplari Flaciano. Inſcribitur enim: *Veteris poetae carmen apologeticum, interlocutoribus Ganfrido & Aprile, aduerſus obtrectatores curiae Romanae.* Sane praefatio illa 48. verſuum, qua caret editio Flaciana, expreſſe v. 25. ſs. ſcopum carminis defenſionem Papae & curiae Romanae facit. Differunt editiones Flacii & Mabillonii, quoniamque prior rarior eſt operae duco pretium diuerſitates lectionum, easque rectiores & potiores notare v. 50. edit. Mabillon. *senet*; ed. Flaciana *tenens*. v. 57. M *Factura es? & quid.* Fl. *Facture quid eſt quod* v 60. M. *Reſpondet*, F. *Reſpondit*. v. 65. M *agri* F. *arae*. v. 67. M. *horti* F. *arae*. v. 75. M. *ſonat* F. *refert*. v. 87. M. *in excelſos* F *per celſos*. v. 88.

bs) v. BALEVS. l. c. *bt*) p. 418. *bu*) p. 585.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. M. & F, *Nec.* ibid. M. *obesse* F. *abesse.* v. 90. M. *vena boni, mellea dona.* F. *praedulci venaque melle* v. 96. M. *Fur.* F. *vir!* v. 99. M. *Bachica* F. *Grandia* v. 112. M. *ibi* F. *illic* v. 113. M. *altos* F. *aptos.* v. 126. M. *ingressus* F. *gressus.* v. 131. M. *Auferet* F. *Non trahet* v. 137. M. *est an* F. *num sit* v. 139. M. *pelorum* F. *virorem* v. 143. M. *aliqua* F. *etiam* v. 151. M. *non.* F. *nec.* v. 156. M. *trahant* F. *ferant* v. 157. M. *confundat* F. *compescat* v. 165. M. *vbi* F. *sine* v. eod. M. *pugnant* F. *tractant* v. 166. M. *Quaeque suo, cessant murmura, lingua silet.* F. *& cessant linguae murmura, cuncta malae.* v. 172. M *solito* F. *grauius.* v. 173. M. *electus ideo fuit.* F. *electum pepulerunt.* v. 177. M. *Quicquid* F. *Si quid* v. 187. M. *Litis ante ingressum.* F. *lite recens orta.* v. 194. M. *qui.* F. *vt.* v. 204. M. *sacros oculos.* F. *pedes sacros.* v. 205. M. *pontus* F. *pelagus* v. 206. M. *Sic vniuersos vrbs trahit illa viros.* F. *Roma frequens hominum sic genus omne capit* v. 211. M. *Annon vt.* F. *Nonne velut* v. 212. M. *sic varios homines Roma videre solet.* F. *sic huc diuerso longius axe meant* v. 215. M. *Aethnae* F. *Hyblae* v. 219. M. *numeri non clara mente.* F. *clara non nomina voce.* v. 220. M. *solet* F. *solent* v. 221. M. *omnes* F. *eos.* Eod. M. *deprehendere* F. *comprehendere.* v. 228. M. *si potes absoluti tempore.* F. *Absolnat si te tempus.* Eod, M. *breui,* F. *breue.* v. 232. M. *Contrahat* F. *Conterat.* v. 233. M. *sit ad* F. *datur* v. 245. M. *Hoc impossibile est & ni sint* F. *Non est quod timeas & ni loquor.* p. 256.

M,

M. *scriptoris qui* F. *scriptores quis.* v. 262. M. *Castra, super Rhodani fonte leuabit aquas.* F. *Chartam subrosam fonte lauabit aquae* v. 268. M. *Corda gemunt* F. *crede gemit* v. 271. M. *Qui iubet* F. *Quaelibet* v. 272, M. *tibi demet* F. *vel demet.* v. 277. M. *dimittat* F. *tibi mittat* v. 278. M. *veniat ne cibus absque sale.* F. *vacuum ne salis intret olus.* v. 281 M. *mihi quidam,* F. *quidem mihi ceu* ibidem. M. *ipsos* F. *omnes* v. 284. M. *curtat* F. *cudit* v. 285 M. *vt sit producta.* F. *Quid producenda.* v. 287. M. *corripit.* F. *concutit.* v. 290. M. *lima* F. *cura.* v. 291. M. *remittitur* F. *reuertitur* v. 292. M *Dic lacerum digito* F. *Fortassis perdam* v 303. M. *animi* F. *tanta ac.* v. 305. M. *quid mini* F. *nimirum.* v. 306. M. *vnde* F. *inde.* v. 314. M. *Atque iterum* F. *vt rursus.* ibid. M. *reddit* F. *reddat* v. 316 M. *rite* F. *sponte* v. 319. M. *Contradicatur* F. *Contradictarum.* v. 323. M. *qua.* F. *quod* v. 324. M. *subit* F. *datur.* v. 326. M. *Nec* F. *Tunc.* ibid. M. *veteri* F. *ventis.* v. 337. M. *iustitiae libram* F. *Iustitiam subito* v. 341. M. *Nullus: & a simili.* F. *Scilicet haud aliter.* v. 344. M. *Quo studio longum tempus abire videt* F. *Ducere quo studio tempora longa solet.* v. 345. M. *mediaque* F. *mediaeque* v. 346. M *parte leuare solet* F. *ferre laborat onus* v. 355. M. *Non rogus.* F. *Ignis & ibid.* M. *sic sic.* F. *nonsic.* v. 359. M. *honore* F. *odore* v. 365. M. *iungitur* F. *ungitur* v. 375 M. *exigua* F. *immonso.* ibid. M. *ponto* F. *fundo.* v. 385. M. *illis* F. *illa.* v, 386. M. *pro quibus* F. *Hoc duce &* v.

A. C. MCCXVI.

A. C. MCCXVI.

414. M. *ſonat* F. *docet*. v. 415. M. *Spargatis* F. *Spargamus* v. 427. M. *ſeruatur* F. *& conſeruatur* v. 453. M. *ponimus* F. *poſcimus* v. 427. M. *terraeque marisque*. F. *Terraque marique* v. 460. M. *qui in dominica non fuit*. F. *quod hac dicta non ſit in* v. 465. M. *perdite* F. *proditor* v. 471. M. *Quid valet hic? Simonis ignotum nomen in vrbe eſt*. F. *Simonis ingratum valeat quid nomen in vrbe* v. 473. M. *Simonis de corpore*. F *tali de nomine*. v. 492. M. *nigri*. F. *magis*. v. 495. M. *cornua tangam* F. *facta recuſent* v. 505. M. *terrae* F. *petrae*. v. 508. M. *& niuei* F. *eſt inquam* v. 509. M. *Si me trahat* F. *vel me trahet* v. 510. M. *aliquem* F. *alium*. v. 523. M. *retrogradis* F. *retrogradus* v. 529. M. *ſoli Romae*. F. *Romae ſolum* v. 532. M. *rigor*. F. *vigor* v. 538 M. *iuſtificare* F. *admonuiſſe* v. 555. M. *Caſtranum* F. *Caſertanum* v. 557. M. *patris dotem* F. *manſis centum*. v. 558. M. *vtpote rure, domo* F. *vt puto prata duo*. v. 575. *a Roma*. F. *aroma*. v. 585. M. *Ecce aliquis*. F. *atque aliquem* v. 586. M. *Atque ad inhumanos* F. *Ecce ad inhumanas*. Ib. M. *viros* F. *vias* v. 596. M. *iaſpidis* F. *fulguris* v. 597. M. *igitur* F. *ſunt* v. 607. M. *perpetui gaudent iuuenеſcere* F. *perpetuo gaudentque vireſcere*. v. 621 M. *vel car*. F. *quo ſic*. v. 628. M. *bonis* F. *cibis*. v. 631. M. *Roma* F. *ratio* v. 634. M. *mater* F. *vitis* v. 638. M. *Et placeat timidas*. F. *Apponant timor eſt*. v. 639 M. *primo*. F. *primus*. v. 641. M. *quater hanc viderunt limina frontem*. F. *quoties verſant haec omnia mentem*.

V.

Digitized by Google

v. 642. M. *Et* F. *Nam.* ibid. M. *operta F. aperta* v. 647. M. *vbi* F. *vt* ibid. M. *pererrant* F. *perorant* v. 648. M. *posito* F. *positi* v. 653. M. *Vindicis F. Iudicis* v. 657. M. *continuo* F. *continua.* ibid. M. *sermone perora* F. *procede loquela* v. 659. M. *sacer est* F *supereſt.* v. 663. *M. vt.* F. *ceu* v. 665. *M. quomodo* F. *quaestio* v. 667. M. *Num* F. *Non* v. 668 M *premit.* F. *premunt* v. 670. M. *arcus vterque* F. *mundus vbique.* v. 672. M. *timidos* F *tumidos* v. 678. M. *inseruisse* F. *imposuisse.* v. 679. M. *Dauid noster* F. *nouus Dauid* v. 680. M. *Corruit in* F. *Concidit a* v. 683. M. *sacrae* F *sacro* v. 691. M. *toto dat lumen* F. *tenebras depellit* v. 695. M. *sidus generale.* F. *generaleque sidus* v. 697. M. *nec solis aduritur* F. *nimioque absumitur* v. 700. M. *munere.* F. *numine.* v. 703. M. *toto quoque.* F. *totoque e.* v. 714. M. *& longis* F. *& a longis* v. 716. M. *finge sedere* F. *sceptra tenere.* v. 718. M. *Vultibus vt* F. *Dulcibus &* ibid. M. *Et reuerentur eum* F. *vt venerentur herum* v. 725. M. *causa* F. *frustra* v. 727. M. *vt facta est sincera* F. *at fuerat cum facta* v. 728. M. *Papa* F. *rite* v. 731. M. *diffibulat* F. *determinat.* v. 732. M. *terminat ore breui* F. *finiet hora breuis* v. 736. M. *habet* F. *amat.* v. 740. M. *& numerus fratrum cingit vtrimque virum.* F. *Nil tamen absque suo cardine porta valet* v. 747. M. *habendo* F. *habendus* v. 748. M. *in postis* F. *impositis.* v. 749. M. *cuius si ille finit nostrae* F. *cui nisi defuerint a me.* ibid. M. *musae.* F. *missa.* v. 751. M. *prius.* F. *post.* v. 773. M. *pater*

A. C. MCCXVI.

quoniam genus hoc de ſemine. F. quorum genus A. C.
eſt de ſanguine. v. 942. M. *Pullalat, unde lues* MCCXVI.
creſcere nulla ſolet. F. Naturae fas eſt ſemina ferre ſuae. v. 946. *M. Quae iam pene. F. Pene quod haec.* v. 947. *M. vultus. F. vultum.* ibid. *M. omen F. adſit.* v. 948. *M. volens. F. ſolent.* v. 957. *M. coarctat. F. coercet.* v. 963. *M. mihi. F. tunc.* v. 989. *M. Inſidiis Roma. F. inſidiae fierent.* v. 995. *M. quibus pietas. F. aliqui precibus.* v. 996. *M. Illuc. F. illic.* v. 999. *M. perfecte. F. plane quoque.* v. 1003. *M. ſi non in F. niſi ſoluat.* v. 1020. *M. & quod naturam callida verba trahunt. F. Omnia quae mea mens callet aperta dabo.* Ad verſ. 1026. editionis Mabillonianae adiiciuntur ſequentes in Flaciana:

Opto Ganfrede quod ſint tibi mille valete.
GAN. O miſer Aprilis, hic fuit antiphraſis.

IV. Scripſiſſe & videtur Ganfredus de *querelis Eccleſiae*, teſte praefatione operis memorati, ubi: *Ille mihi dixit: Tu, qui nuper cecinisti Eccleſiae lacrymas, ſcribe, reſume ſtylum.* Niſi forte, quae in Poetria noua verſu 1281. ſeqq. leguntur, a ſcriptore indicantur, vel Liber de *promotionibus & perſecutionibus Galfredi* Eboracenſis Archiepiſcopi, qui latet MS. Cantabrigiae in Collegio S. Benedicti, quem memorat Io. PITSEVS. *bx*)

V. Tribuit & Galfredo *Monodiam in obitum Regis* Lib. I. Ioh. BALEVS, *by*) quae forte

bx) de Illuſtr. Angl. Scriptor. p. 262. *by*) de ſcriptor. Britann. Cent. 3. n. 38. p. 239.

Digitized by Google

A. C. MCCXVI. non differt a carmine in poetria verſu 366. ſeqq. Initio: *Neuſtria ſub clypeo.*

VI. Carmen *ad Caeſarem Henricum pro liberando Rege*, quod ſingularis libri loco recenſet Io. BALEVS, *bz*) idem eſſe puto cum carmine in Poetria noua verſ. 2075-2094.

VII. An etiam de *rebus ethicis* lib. I. huc ſpectet, dequo BALEVS, *ca*) non auſim definire.

XIII.
INNOCENTIVS.

Huius nominis Papa tertius. Anno MCXCVIII. ſedere coepit & Ao. MCCXVI. viuere deſiit, *a*) d. XVI. Iulii. *b*) Scripſit Hymnum in *Chriſtum & eius matrem.* *c*)

XIV.
ADAMVS.

Barkingenſis. Inter Clarofontanos ſiue Schirburnenſes Benedictinae familiae monachos. Claruiſſe fertur A. MCCXVI, *a*) vel A. MCCXVII. ut vult Io. PITSEVS. *b*) Scripſit *Rhythmos & carmina* Lib. I. *c*)

XV.
IOANNES.

De S. Omero, ex Nordovolgiae comitatu ori-

---

bz) l. c. *ca*) l. c.

XIII. *a*) v. Aub. MIRAEI Sc)ol. ad Henrici Gandav. de Script. Eccleſ. Cap. 37, *b*) Gv. CAVEVS do S. E. p. m. 692. *c*) v. CAVEVS l. c.

XIV. *a*) v. Jo. BALEVS. Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 72. *b*) de illuſtr. Angl. Scriptor. p. 308. *c*) v. BALEVS l. c.

Digitized by Googl

oriundus. *a*) Claruit BALEO coniiciente A. MCCXVI. Scripſit rythmis *Norfolcianae deſcriptionis impugnationem* Lib. I. Init: *Edictum fingitur factum a Caeſare.* *b*) A. C. MCCXVI.

XVI.

ANONYMVS.

Monachus Petroburgenſis tempore Ioannis de S. Omero, qui in *Nordouolgianos* ſtomachatus rhythmos quosdam famoſos edidit. In quibus patriae illius atque inhabitantium quorundam hominum agreſtes mores, ironice ac facete deſcripſit, quique ſic incipiunt: *Edictum exiit, Auguſto Caeſare, Qui mittens nuncios iuſſit deſcribere Mundi prouincias ſummo cum opere.* v. IO. BALEVS *Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 71. ed. Baſil. 1557. p. 261.*

XVII.

GERVASIVS.

De Melkeleya. Claruit A. MCCXVII. *a*) vel A. MCCXIX. *b*) Poeta, iudice BALEO, per illud ſeculum felix. MCCXVII.

Scripſit I. De *verſibus edendis.* Lib. I. II. *Epigrammata* quaedam. Lib. I. *c*)

III. Epitaphia quorundam virorum illuſtrium: quorum Londini unum vidit BALEVS pro quodam Gvilhelmo Mariſcallo, quod inci-

---

XV. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 71. *b*) v. BALEVS l. c.

XVII. *a*) v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 3. n. 77. *b*) v. Joh. PITSEVS de illuſt. Angl. Scriptor. n. 315.

Digitized by Google

incipit: *Sum quem Saburnum ſibi ſenſit Hi-*
A. C. MCCXIX. *bernia ſolem.*

XVIII.
GVALTERVS.

Cambrici generis Britannus. Apud Demetas Auſtralis Cambriae gentes Morganenſis Abbas coenobii. *a*) Claruit circa Annum MCCXIX. *b*)

Scripſit carmine I. De *animalibus.* Lib. I. II. De *auibus.* Lib. I. III. *Carmina* diverſa Lib. I. IV. Alia *verſu* *c*)

XIX.
RICARDVS.

MCCXX. Eligenſis. Monachus Anguillarianus *a*) Claruit Ao. MCCXX. Scripſit *carmina* diverſa Lib. I. *b*)

XX.
ALEXANDER.

Prior canonicorum regularium D. Auguſtini Eſſebienſis. *a*) Claruit A. MCCXX. Inter rariſſimos ſuae tempeſtatis rhetores ac poetas merito celebrandus. Ouidium Naſonem Palladium Methonaeum & Decium Auſonium imitatus, de faſtis ſeu ſacris diebus elegiaco metro tractatum edidit. In quo maiora feſta, ac ſanctorum per anni circulum vi-

---

XVIII. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent 3. n. 65. *b*) v. Jo. PITSEVS de illuſtr. Angl. Scriptor. n. 316. *c*) v. BALEVS l. c.

XIX. v. Jo. BALEVS ſcriptor Britannn. Cent 3. n. 82. *b*) v. BALEVS l. c.

XX. *a*) v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 4. n. 29.

Digitized by Google

vitas pulchre deſcripſit. Et licet eius carmina non habeantur omni ex parte emuncta, nitida & pura ut haec peteret aetas; ſunt tamen eruditionis plena, ac plerumque Virgilianum aliquid ſpirantia: iudice BALEO. *b*) A. C. MCCXX.

Scripſit I. Carmine heroico ad Lethardum *argumenta Bibliorum*, vel compendium hiſtoriarum Bibliae Lib. I. Init. *Ante dies omnes mundi fuit omnis.*

II. De *ſacris diebus* Lib. I. Init. *Omnia cum nequeam ſanctorum ſcribere.*

III. *Vitam S. Agnetis* Lib. I. Init. *Agnes Sacra ſui pennam ſapientis.*

IV. *Epiſtolas* & *carmina* Lib. I. Init. *Laborem in ludum vertit fructus.*

V. Alia *carmine.* *c*)

VI. De *miraculis ſanctorum* libri duo carmine exſtant inter codices ex dono Thomae Bodleii n. 2. in Bibliotheca Bodleiana n. 1841. *d*) Idem puto liber eſt qui titulo: *Alexandri Eſſebienſis Geſta & Paſſiones Sanctorum verſibus expreſſa*; occurrit inter codices dictos n. II. Tr. 4. in Biblioth. Bodlei. n. 2219. *e*)

XXI.

GVILIELMVS.

Antiſiodorenſis primum, dein Pariſienſis ille nomine ſecundus Epiſcopus. *a*) Obiit Anno MCCXXII. MCCXLII.

b) l. c. *c*) v. BALEVS l. c. *d*) v. Catalogos MSS Angliae & Hiberniae p. 89. *e*) v. l. c. p. 116.

XXI. *a*) v. Aub. MIRAEI Auctarium de ſcript. Eccles. n. CCCCI.

Digitized by Google

A. C. MCCXXIII. *b*) Puto hunc esse Guilhelmum,
MCCXXIII cuius vt poetae meminit AEGIDIVS Parisiensis in Karolino tempore Coelestini III. ab Anno 1191. ad. A. 1198. P.R. scripto vbi libro IV. ita:

Tu quoque qui non es noster non esse fatendus
Vir meritis accepte tuis, si dicere fas est,
Auaro sensu, Romaque frequente recursu
Regalis Willelme domus famose sodalis
Mecum olim in studiis, nunc major doctor adauges
Hos vatum titulos, & dum in sublimia scandis
Parisii magno ciues extollis alumno. *c*)

XXII.

GVILIELMVS.

Brito Aremoricus.

Scripsit I. Poema titulo *Philippidos* carmine hexametro quod exstat inter Historiae Francorum scriptores per Franciscum du CHESNE Tom. V. ed. Paris. 1649. p. 93. Prodiit postea seorsim hoc rubro: Gulielmi Britonis Aremorici Philippidos libri duodecim. Caspar. BARTHIVS recensuit, & animaduersionum commentario illustrauit. Genuinus huius operis titulus sit speculum boni, paceque & bello, pii, cordati, & fortunati Principis: qualis describitur & reuera fuit, Francorum Rex Philippus Augustus a Deo datus qui

b] v. MIRAEVS l. c. *c*) v. Franc. DVCHESNE Histor. Francor. Scriptor, T. V. ed. Paris. 1649. p. 824.

qui regnauit ab A.C. MCLXXX. vsque ad A. MCDXXIII. seminclusum. Cygneae 1657. q. A. C. MCCXXIII Poema hoc, iudice BARTHIO, nulli ab octingentis retro annis postponendum, quodque facilitate sermonis spiritum Ouidianum maxime repraesentat.

II. *Karlotidem* in gratiam Petri Carlotti Regis Philippi spurii.

XXIII.

FRANCISCVS.

Oriundus ex Assisio ciuitate Italiae *a*) in Vmbria. *b*) Ordinis minorum institutor. Claruit sub Frederico Imperatore secundo A. MCCXX. *c*) Obiit A. MCCXXVI. *d*) IV. Non. Octobr. Scripsit *Canticum solis* atque alia duo de *Amore diuino f*) MCCXXVI.

XXIV.

AEGIDIVS.

Parisiensis floruit ante A. MCCXXVI. quo defunctus est Rex Francorum Ludouicus VIII. ad cuius institutionem scripsit Karolinum, quem Romae composuit Pontifice Coelestino III. qui mortuus A. MCXCIIX. vt docet excerptum ex cap. IV. Karolini.

Scripsit *Karolinum*, quod opus in quinque libros est diuisum. In prioribus exponit, quo-

XXIII. *a*) v. Joh. TRITHEMIVS de scriptor Eccles. n. CCCCXXIX. *b*) v. Aub. MIRAEI Auctarium de S. E. n. 387. *c*) v. TRITHEMIVS l. c. *d*) v. MIRAEVS l. c. *e*) v. Gu. CAueus de S. E. p. m. 624, *f*) CAVE l. c. p. 622.

Digitized by Google

A. C. MCCXXVII quomodo in quatuor virtutibus ſcilicet Prudentia, Juſtitia, Fortitudine & Temperantia ſe geſſerit Karolus. In quinto vero quid ad has & quid contra easdem fiat, perſonas oſtendit; deinde prouocat Ludouicum ad amorem virtutis per exemplum Karoli Magni. Excerptum ex capite quarto libri quinti. Aliudque ex calce libri quinti exhibet Franc. DVCHESNE Hiſtor. Francor. Scriptor. Tom. V. ed. Paris. 1649. p. 323. Prius incipit: *Haec ego Romulea cum iam diuurnus in vrbe. Quando ego curriculum iam tanti temporis egi*, Poſterius: *Paucis te Ludovice volo, tua Numina rebus -- Vaſis inexhauſti paruo de ponte Johannem.* Poſterius exhibet eruditos eius temporis Pariſienſes I. Tiboldum, 2. Philippum, 3. Leonem. 4. Petrum. 5. Aegidium. 6. Stephanum. 7. Anſellum. 8. Anſelmum, 9. Philippum. 10. Stephanum. 11. Wilhelmum. 12. Adamum 13. Johannem.

XXV.

ALEXANDER NECKAM.

Abbas Exceſtrienſis. *a*) Mortuus A. MCCXXVII. *b*) Habebatur poeta inſignis narrante BALEO *c*)

Scripſit I. *Nouum Anianum* Lib. 1. Initio: *Vincere quos leuis nequit.*

II. *Nouum Aeſopum* Lib. 1. Init. *Ingluvie cogente lupus dum deuor.*

III.

XXV. *a*) v. Io. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 86. *b*) BALEVS, l. c. *c*) l. c.

III. *Carmina* diuerſa Lib. 1. Initio: *Cortice nudato Tiſarantus.* MCC-XXVII. A. C.

IV. *Prometicon* carmine & proſa Lib. 1. Initio: *Sponteſua genius me prouocat.*

V. Alia *verſu d*)

VI. *Scintillarium poeſeos* exſtat MS. inter Codices ex dono Thomae Bodleii n. 2. Tr. 3. in Bibliotheca Bodleiana n. 2019. *e*) Idem ſcintillarium Poeſeos, in quo de Diis gentium, & nominibus Deorum & Philoſophorum de eis opiniones vbi & de origine idololatriae. Principio: *Fuit in Aegypto vir ditiſſimus* &c. Exſtat inter Codices Bibl. Bodl. MSS. n. 2581. Tr. I, *f*]

VII. Ex Alexandro Neckam de naturis rerum, *tetraſtichon de 7. Lapidibus*; exſtat MS. in codice quodam ex dono Thomae Bodleii n. 6. Tr. 42. p. 51. Bibliothecae Bodlei. Tr. 2067. *g*)

XXVI.

HELINANDVS.

HELMANDVS dictus Ioh. TRITHEMIO *a*) Monachus frigidi montis, *b*) dioeceſis Bellouacenſis, ordinis Ciſtercienſis. *c*) Claruit ſub Henrico ſexto A. MCC. *d*) ſcripſit hiſtoriam

d) v. BALEVS l. c. *e*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hibern. p. 105. *f*) v. Catalogos p. 138. *g*) v. Catalogos cit. p. 108.

XXVI. *a*) de Scriptor. Eccleſ. n. CCCCX. *b*) v. TRITHEIMVS l. c. *c*) v. Aub. MIRAEI Auctar. de S. E. n. 388. *d*) v. TRITHEMIVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCC-XXVIII. ab orbe condito ad sua vsque tempora A. C. MCCXII. *e*) Obiit A. MCCXXVII. *f*) *Rythmos* eius tam eruditos & fluidos habet Antonius LOISELLIVS, vt nullis antiquis aut modernis quicquam debeant. g]

XXVII.

STEPHANVS LANGTON.

Natione Anglicus. *a*) Parisiis liberalium artium scholis praefuit *b*) Gymnasii scilicet Parisiensis magister in Theologia, & ad sanum D. Mariae canonicus secularis, ac tandem supremus cancellarius. Denique Archiepiscopus Cantuariensis. *c*) Claruit circa tempora imperii Henrici sexti regis, Imperatoris autem a Papa coronati quinti A. MCC. *d*) Mortuus A. MCCXXVIII. *e*) Eum esse arbitror cuius vt poetae meminit AEGIDIVS Parisiensis in Karolini Lib. V. his verbis:

Nec nulla est cleri, quantum permittitur annis,
Gloria, dulcisonae gratus modulamine vocis,
Gratus & in metricis, ille a pastore priori
Parisii Stephanus nutricius alter. *f*)

Scri-

e) v. MIRAEVS l. c. *f*) v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 623. *g*) v. CAVEVS l. c.

XXVII. *a*] v. HENRICVS Gandauensis de Scriptor. Eccles. cap. 27. *b*) v. HENRICVS l. c. *c*) Io. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 3 n. 87. *d*) v. Ioh. TRITHEMIVS de S. E. n. CCCCXXII. *e*) v. BALEVS l. c. *f*) v. Franc. DVCHESNE Histor. Francor. Scriptor. Tom. V. ed. Paris. 1940. p. 324.

Scripsit *Hexameron* carmine Lib. I. *g*) A. C. MCCXXX.

XXVIII.
IOANNES.

MonahusBertinianus coaeuus B.Bernardo poenitenti qui obiit A. 1182. Henschenius eum habet eundem cum Ioanne abbate Bertiniano qui monasterio ab A. 1187. ad A. 1230. praefuit, scripsit *vitam B. Bernardi poenitentis* cui carmina aliqua inseruit vt Lib. I. n. 23. *In linguas totus si vertar, vel mihi detur* a) *Me, Bernarde, tibi laudes persoluere cogit.* Item epitaphium: *Hic bene poenituit, quem Christus iustificauit.* Item hymnus: *Commendemus nos Bernhardo, pio patri suaui nardo;* item votum auctoris: *Hoc modicum qui fecit opus, rogat vt sibi detur.* b)

XXIX.
RICHARDVS de S. GERMANO.

Scripsit *Chronicon* rerum per orbem gesta- MCCXLIII
rum ab excessu Guilelmi Siciliae Regis A. MCLXXXIX. ad annum vsque MCCXLIII. Quibus auctor se vixisse testatur. Quod edidit Ferdinandus VGHELLVS Italiae sacrae Tom. III. *a*) Inserta illi sunt bina *carmina rythmica. b*)

XXX.
IOANNES.

g) v. Baleus l. c.

XXVIII. *a*) v. Acta sanctorum Aprilis per D. HENSHENIVM & D. PAPEBROCHIVM ed. Antwerp. 1675. T. II. p. 679. n. 82. *b*) v. Acta l. c. p. 680.

Digitized by Google

A. C. MCCL. Canonicis ordinis S. Auguſtini. *a*) Claruit MCCL. Scripſit *Poematum* librum vnum. *b*)

XXXI.

MICHAEL BLAVNPAYN.

Patria Cornubienſis, *a*) ob illuſtria quaedam facta Magiſter cognominatus, claruit A. MCCL. Condendorum carminum peritiam tanquam ab ipſis fontibus hauriebat, vnde poeta ſuo tempore per Angliam & Galliam percelebris fuit. *b*)

Scripſit I. *Contra* quendam Normannum, *Henricum Abrincenſem*, ſuae artis peritum verſus ac poemata Lib. I. Init. *Archipoeta vide quod non ſit.* *c*) Liber contra Henricum exſtat MS. in bibliotheca Lunleiana, indicante Jo. PITSEO. *d*) Michaelis Cornubienſis verſus contra Magiſtrum Henricum Abrincenſem, coram Domino Hugone Abbate Weſtmonaſterienſi & aliis exſtant inter Codices MSS. bibliothecae Bodleianae n. 3041. Tr. 6. *e*)

II. *Epiſtolas* & *Carmina* Lib. I. *f*)

XXXII.

ROBERTVS GROSSETEST.

MCCLIII. Patria lingua GROVTEHEADE; Latine CAPITO

XXIX. *a*) p. 953. *b*) p. 955. & 980.

XXX. *a*) v. Io. PITSEVS de Illuſtr. Angl. ſcriptor. ed. Paris. 1619. p. 324. *b*) v. PITSEVS. l. c.

XXXI. *a*) v. Io. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 4. n. 10. *b*) v. BALEVS l. c. *c*) v. BALEVS l. c. *d*) de illuſtr. Angl. Scriptor. ed. Pariſ. 1619. p. 322. *e*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 155. *f*) v. BALEVS l. c.

to dictus. *a*) RVTBERTVS GRODI CAPITIS VOCA- A. C.
tur in Codice quodam manuſcripto biblio- MCCLIII.
thecae Paulinae Lipſienſis. *b*) Naſcitur in Stoia, *c*) vel in Sudovolgia Nordoricenſis dioeceſis prouincia. *d*) Primum Legiceſtrienſis Archidiaconus, poſtea Lincolnienſis poſt Hugonem Welleſium epiſcopus. *e*) Anno MCCXXXV. factus eſt Epiſcopus Lincolnienſis XV. Cal. Julii, *f*) conſecratus in feſto S. Michaelis. *g*) A. MCCLIII. Obiit Robertus Groſſeteſte epiſcopus Lincolnienſis IV. Non. Octobr. ut referunt Annales Eccleſiae Wintonienſis; *h*) vel VI. Id. Nouembr. vt vita Rob. Groſthed ex Annalibus de Lancroſt *i*) narrat; vel d. VII. Id. Octobr. ut habet BALEVS. *k*)

Scripſit I. *Diſputationem* metricam leoninam *inter corpus & animam.* Seruatur ea manuſcripta in Bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. *l*)

II. De *Ciuilitate morum* lib. I. Initio: *Stans*

XXXII. *a*) v. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 4. n. 18. *b*) v. Joach. FELLERI catalog. p. 158. n. 33. *c*) v. vita Roberti Groſthed Epiſcopi Lincolnienſis authore RICHARDO monacho Bardenienſi. c. V. in *Anglia Sacra P. II. p. 326.* *d*) v. TRIVETVS apud *Baleum l. c.* *e*) v. BALEVS l. c. *f*) v. Annales Eccleſiae Wintonienſis ab A. 733. ad A. 1277. authore Monacho Wintonienſi in *Anglia Sacra P. I. p. 307.* *g*) v. Vita Roberti Groſthed ex Annalibus de Lancroſt in *Anglia Sacra P. II. p. 341.* *h*) l. c. p. 309. *i*) in Anglia ſacra P. II. p. 342. l. c. p. 307. *l*) v. FELLERVS l. c.

Digitized by Google

A. C. *puer ad menſam domini.* *m*) Roberti Groſteſt
MCCLIII. de civilitate morum, initio: Stans puer ad menſam; exſtat inter libros manuſcriptos Thomae Gale n. 266. *n*)

III. Rich. HAMPOLE Tract. in Job, cum *verſibus* aliquot in fine Tractatus per R. Goſthead, exſtat inter Codices MSStos Bibliothecae Bodleianae n. 2712. Tr. I. *o*)

IV. Roberti Groſtet *Cato* & *alia*, initio: *Os, facies, mentum*; exſtat inter libros manuſcriptos Thomae Gale n. 266. *p*)

XXXIII.

INNOCENTIVS IV.

MCCLIV. SYMBALDVS ante vocatus ciuitate Genuenſi oriundus, *a*) illuſtri Fliſcorum ſtirpe. *b*) Pontifex Romanus ab A. MCCXLIII. 24. Jun. uſque ad MCCLIV. 7. Dec. *c*) Prae multis eruditus, poetarum quoque ſuauitatibus imbutus fuit. Hinc pulchre ad Fridericum II. Imp. ſcripſit:

Niteris incaſſum navem ſubmergere Petri:
Fluctuat, at nunquam mergitur illa ratu.

XXXIV.

RICARDVS.

Mo-

m) v. BALEVS l. c. p. 306. *n*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. II. p. 191. n. 6100. *o*) v. Catalogos cit. T. I. p. 146. *p*] v. Catalogos T. II. p. 191. n. 6100.

XXXIII. *a*] v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 447. *b*) v. Auberti MIRAEI Auctar. de S. E. n. 404. *c*] v. Io. Alb. FABRICII not. p. ad Trithemii l. c.

Digitized by Google

Monachus monaſterii Bardenienſis. *a*) A. C.
Scripſit I. Epiſtolam in metro ad Guliel- MCCLV.
mum Epiſcopum Lincolnienſem, de *vita & actibus Roberti Groſthead* quae exſtat manuſcripta in bibliotheca Cottoniana Otho C. XVI. 3. *b*)

II. *Martyrium S. Hugonis* pueruli; apud Lincolniam a Judaeis caeſi, anno MCCLV. metri, quod manuſcriptum habetur ibidem n. 4. *c*]

XXXV.

GREGORIVS HVNTYNGTON.

Monachus, deinde Prior Coenobii Rameſienſis. Claruit A. MCCLV.

Scripſit I. *Regulas verſificandi* Lib. 1. Init: *Litera eſt minima pars vocis.*

II. *Sententias* per verſus Lib. I. init: *Aut videat quisquis divinum. a*]

XXXVI.

RAYNERIVS.

Seu REYNERIVS CAPOCCIVS. Natione Italus, MCCLVIII
patria Viterbienſis. Religionem Ciſtercienſem profeſſus in Coenobio trium Fontium iuxta Romam, unde A. 1212. ab Innocentio III. euocatus creatus fuit Cardinalis diaconus, tituli S. Mariae in Coſmedin. Obiit Viterbii A. 1258. 6. Kal. Jun.

Poſteris rythmice ſcripta reliquit, ut illa ferebant tempora.

XXXIV. *a*] v. Thomae SMITHI Catalog. bibliothecae Cottonianae p. 74. Otho C. XVI. 3. *b*] v. l. c. *c*] v. l. c.
XXXV. *a*] v. Io. BALEVS ſcript. Britann. Cent. 4. n. 32.

Digitized by Google

A. C. I. Hymnum, *Coelorum candor* &c.
MCCLVIII II. Hymnum, *Plange turba paupercula* &c.
III. Alia quaedam.

Vide latius VGHELLVM Italiae sacrae tom. I. inter episcopos Viterbienses fol. 313. p. 2. GVIDONEM Claraeuallensem, lib. de viris illustr. Ordinis Cisterc, & IONGELINVM in purpura diui Bernardi. *a*)

XXXVII.
IVSTINVS.

MCCLX. Lippiensis. Claruit circa A. MCCLX. *a*]

Eius *Lippiflorium*, siue poema elegiacum de primordiis comitatus Lippiensis, & rebus gestis aliquot Comitum Lippiensium primum luci datum ab Henrico MEIBOMIO exstat in H. MEIBOMII rerum German. T. I. *b*]

XXXVIII.
ANDREAS.

MCCLXII. Archiepiscopus Lundensis ante annos 450. clarus. Eius *Hexameron* MS. carmine heroico memorat STEPHANVS notis ad Saxonem Grammaticum p. 11. *a*]

XXXIX.
THOMAS.

MCCLXIII De Cantiprato, natione Brabantinus, *a*]
Leu-

XXXVI. *a*] v. Caroli de VISCH bibliotheca scriptorum ordinis Cistercienſis ed. Colon. 1656. p. 284. 2.

XXXVII. *a*] v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 640. - *b*] p. 575.

XXXVIII. *a*] v. Io. Alb. FABRICII Biblioth. Latin. ed. Hamb. 1712. Suppl. p. 301. 302.

XXXIX. *a*] v. Ioh. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccles. n. 469.

Leuuis S. Petri, Brabantiae municipio altero lapide a Bruxella natus. Primum fuit Canonicus regularis in Cantiprato ad muros urbis Cameracenſis. *b*] Poſtea ordinis Praedicatorum Louanii habitans. *c*] Fuit Epiſcopus ſuffraganeus Antiſtitis Cameracenſis. *d*] Claruit ſub Rudolpho Imperatore A. MCCLXX. ſcribente Joh. TRITHEMIO, *e*] qui tamen a Joh. Alb. FABRICIO *f*] corrigitur, eo quod Rodulphus electus A. 1273. Thomasque iam A. 1273. obiit d. XV. Mai. *g*) A. C. MCCLXIII

Scripſit hymnum de B. *Iordano* qui exſtat in Actis Sanctorum per Jo. BOLLANDVM &c. Febr. T. II. *b*)

XL.
SIMON.

STOKIVS dictus, quod a duodecimo aetatis anno eremum incoluit, & in putri caua quercu cellam ſibi conſtituit *a*) A Carmelitis ſit. A. MCCXLV. vniuerſalis totius per Europam ordinis praeſes. Mortus A. MCCLXV. & die XVI. Maii ſepultus eſt. *b*) MCCLXV.

Scripſit I. *Ad Chriſtiparam virginem* Antiphonam Init: *Flos Carmeli vitis florigera.*

II. Ad *eandem* Antiphonam Init. *Aue ſtella matutina c*)

b] v. Aut. MIRAEI ſchol. ad Henricum Gandav. de S. E. c. 51. *c*] v. HENRICVS Gand. l. c. *d*] v. MIRAEVS l. c. *e*] l. c. *f*] nota d. ad. h. l. *g*] v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 638. *b*] p. 738.

XL. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. IV. n. VII. *b*) v. BALEVS l. c. *c*) v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

A. C.

XLI.

MCCLXV. *THEODORVS VALLISCOLOR.*

Vixit tempore Vrbani IV. Pontificis Romani mortui A. MCCLXV.

Scripsit *vitam Vrbani quarti* carmine elegiaco, ex quo versus aliquos adducit Ferdin. VGHELLVS Italiae sacrae Tom. I. p. 303. 304.

XLII.

ANNONYMVS.

MCCLXIX. Coaeuus ablationi (A. 1259.) & relationi (A. 1269.) corporis S. Venantii martyris *a*) Scripsit *Historiam ablati & relati corporis S. Vincentii*, hexametro. init. *Gentibus vt pateat, Venanti sancte, futuris*; editam a Ferdin. VGELLO tom. I. Italiae sacrae ed. Romae 1644. *b*) in Actis Sanctorum Maii Tom. IV. ed. Antwerp. 1685. *c*) ex editione Ferdinandi Vghelli, collata cum apographo Camilli Lilii. Castigationes textus & coniecturas dedit Daniel PAPEBROCHIVS ad marginem historiae. *d*) Notas subiunxit Daniel PAPEBROCHIVS. *e*)

XLIII.

JOANNES.

MCCLXX. GRAMMATICVS dictus. *a*) Claruit Baleo con-

XLII. *a*) v. D.P. de S. Venantio n. 3. in Actis Sanctorum Maii per Godefridum HENSCHENIVM &c. Tom. IV. d. 18. Maii p. 137. C. *b*) col. 601, *c*) p. 137. *d*) l. c. *e*) l. c. p. 138.

XLIII. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor Britann. Cent. IV. n. 40.

Digitized by Google

coniiciente A. 1270. Rhetor ac poeta insignis habebatur. *b)* A. C. MCCLXX.

Scripsit I. De *arte metrica* Lib. I. Initio. *Parisiana iubar diffundit gloria*

II. *Compendium Grammatices* Lib. I. Init: *Grammaticam triuialis apex si.*

III. *Carmina* quaedam Lib. 1. *c)*

XLIV.

GERARDVS.

Monachus S. Quintini in insula. *a)* Claruit sub Rodulpho Imperatore A. MCCLXX. *b)* Vtraque literatura varia composuit opuscula teste TRITHEMIO *c)* in quibus forte sunt *Responsoria & cantus de B. Elisabetha Landgrauia. d)*

XLV.

BONAVENTVRA.

In Baptismo IOANNES dictus & FIDANTIVS a cognomento paterno, a Graecis in Concilio Lugdunensi EVTYCHIVS, ab aliis EVSTACHIVS, quod Bonauenturae nomini correspondet, appellatus. Balneo-Regii in Pontificia ditione Etruriae finitima lucem aspexit. Anno aetatis 22. ob votum a matre pro puero languente, vt ipse scribit in prologo ad vitam S. Francisci, emissum Ordinem Minorum ingressus. In litteris sub praeceptore MCCLXXIV.

b) v. BALEVS l. c. *c)* v. BALEVS l. c.

XLIV. *a)* v. HENRICVS Gandauensis de S. E. cap. 52. *b)* v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 486. *c)* l. c. *d)* v. HENRICVS l. c. & TRITEMIVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCC-LXXIV.

ptore Alexandro Alensi ita profecit, vt decimo monachatus anno in Cathedra Parisiensi successerit Joanni de Rupella. Joanni Parmensi tertio decimo ab ingressu anno vniversorum Patrum suffragiis succesit in Generalatu. Obiit Lugduni A. MCCLXXIV. d. 15. Jul. Etsi TRITHEMIVS dicat decessisse A. MCCLXXXIII. *a*)

Scripsit I. Prosam illam, *Lauda Syon Salvatorem. b*) Joannes RICCHE affirmat eius opus esse prosam illam, seu metrum Lauda Sion Saluatorem, quod in Missa solemnitatis Corporis Christi recitatur. Et quidem redolet stylum & facilitatem rhythmorum Bonauenturae, in quorum svaui concentu erat felicissimus. Quid si totam Missam ille composuerit, & S. Thomas Aquinas officium? *c*)

II. *Compendium* metricum *super 4. libros sententiarum.* Incipit: *O fons splendoris. d*)

III. Canticum nuncupatum *Philomena*, incipit: *Philomena praeuia temp. e*) Exstat Operum Bonauenturae ed. Vaticanae sub Sixto V. a Constantio Cardinale Sarnano collectae T. VI.

XLV. *a*) v. Lucae WADDINGI scriptores ordinis Minorum Romae 1650. n. 61. 62. *b*) v. Bartholomaeus PITSANVS vel qui continuator est eius Jeremias BVCCHIVS conformitate octaua apud WADDINGVM l. c. p. 63. *c*) v. WADDINGVS l. c. p. 96. *d*) v. MARIANVS Florentinus in fasciculo Chronicorum Ordinis Minorum MS. Lib. 2. Cap. 25. apud WADDINGVM p. 65. l. c. *e*) v. MARIANVS l. c. apud WADDINGVM l. c. p. 66.

Digitized by Google

VI. *f*) Philomelae melos, amplius explicauit verſu Italio Jacobus de PORTV. Venetiis 1586. Multiplici carmine & proſa magno volumine id diffuſius expreſſit Joannes Baptiſta ROSSVS Societatis Jeſu Romae 1645. *g*) Tribuitur ab aliis JOANNI Houedeno *h*) A. C. MCC-LXXIV.

IV. Opus *Contemplationis* metricum incipiens: *Jeſus ineffabilis. i*)

V. Carmina ſuper *canticum Salue Regina*: *Salue Virgo Virginum.* Exſtant in operibus Bonauenturae ed. Vaticanae ſub Sixto V. a Conſtantio Cardinale Sarnano collectae T. VI. *k*)

VI. Metrum in *Cantica Canticorum. l*)

VII. *Compendium* metricum Scholaſticum *vtriusque Teſtamenti* verſibus dimetris Jambicis, libera, ſolutaque ſyllabarum lege, quos ita diſponit, vt ſingula Tetraſticha ſummam vnius capituli contineant, eius initium: *Mundus fit in principio. m*)

XLVI.
THOMAS.

E Comitu Aquinorum genere in finibus Campaniae oriundus. Naſc. 1224. *a*) Alberti

f) v. WADDINGVS l. c. p. 67. *g*) v. WADDINGVS l. c. p. 75. *h*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britan. Cent. V. n. 79. — *i*) MARIANVS l. c. apud WADDINGVM l. c. p. 66. *k*) v. Lucae WADDINGI ſcriptores Ord Minorum p. 67. *l*) v. WADDINGVS l. c. p. 69. *m*) v. SIXTVS. Senenſis lib. 4. Bibliothecae apud WADDINGVM l. c.

XLVI. *a*) v. Chriſtoph HENDREICH Pandect. Brandenburg. p. 239. a.

Digitized by Google

A. C. MCC-LXXIV. ti Magni in conuentu Colonienſi auditor & diſcipulus. Ordinis fratrum praedicatorum. Moritur ſub Arnolpho (Rodulpho:) Imperatore A. Domini MCCLXXIV. Indictione II. *b*)

A poetica facultate non fuiſſe alienum, patet ex hymno eleganti: *Pange lingua gloriosi corporis myſterium.*

XLVII.

JOANNES.

MCC-LXXV. HOVEDENVS dictus. Londini oriundus. Alienorae reginae, matris Edwardi primi, Anglorum regis, capellanus. Denique paſtor Houedenus. Obiiſſe fertur A. MCCLXXV. *a*) Poeta non vulgaris iudice J. PITSEO. *b*) Scripſit I. *Ex vtroque Teſtamento ſententias* collectas & in rythmica metra redactas. *c*) II. *Philomelae* canticum Lib. I. initio: *Philomela praevia temporis amoeni. d*) [Eius libellus qui Philomela vocatur, ſiue meditatio de natiuitate, paſſione, & reſurrectione D. Saluatoris edita. manuſcripta habetur in Bibliotheca Cottoniana Nero C. IX. 18. *e*) Philomela: verſus rhythmici per Joannem Houedenum, Capellanum Alianorae, Reginae matris R. Eduardi I i. e. Canticum pium de planctu animae ſub iſtius nomine. ex-

b) v. Jo. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccleſ. n. 468.

XLVII. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. V. n. 79. *b*) de illuſtr. Angl. Scriptor. p. 356. *c*) v. BALEVS l. c. *d*] v. BALEVS l. c. *e*] v. Thomae SMITHI Catalogum p. 55.

Digitized by Google

exſtat manuſcriptum in eadem bibliotheca Cleopatra A. XII. 3. *f*) Adſcribitur & Bonauenturae. *g*) A. C. MCCLXXV

III. *Cantica* quinquaginta Lib. 1. init: *Summe Deus paſtor potens. h*) Joannis de Hovedeno, Clerici Alionorae, Reginae Angliae, Matris Regis Edwardi Cantica L. ſiue meditatio in honorem D. Saluatoris, exſtat manuſcripta in bibliotheca Cottoniana Nero C, IX. 20. *i*)

IV. *Canticum diuini amoris* Lib. 1. init: *Princeps pie Jeſu bone. k*) Eius Canticum amoris verſibus rhythmicis exſtat manuſcriptum ibid. n. 25. *l*)

V. De *beneficiis Dei* ex Bernardo Lib. 1. init: *Jeſu Chriſti celeri interceſſione. m*)

VI. *Salutationes* 50. *Mariae* Lib. 1. init: *Aue ſtella maris virgo ſingularis. n*) Salutationes B. Virginis, quibus inſeritur memoria Dominicae paſſionis ad honorem Virginis Matris & laudem Domini Saluatoris, exſtant manuſcriptae in Bibliotheca Cottoniana Nero C. IX. 22. *o*)

VII. Quindecim *gaudia Mariae*. Lib. 1 init: *Virgo vincens balſamum odore. p*) Quindecim gau-

---

f] v. SMITHVS l. c. p. 136. *g*] v. ſupra hoc ſec. n. XLV. ſcript. III. *h*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. v. n. 79. *i*] v. Thomae SMITHI Catalogum p. 55. *k*] v. BALEVS l. c. *l*] v. SMITHVS l. c. *m*] v. BALEVS l. c. *n*] v. BALEVS l. c. *o*] v. SMITHVS l. c. *p*] v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

A. C. gaudia virginis glorioſae exſtant manuſcri-
MCCLXXV pta ibidem n. 19. *q*)

VIII. *Lyram* dulciſonam Lib. 1. *r*) Eius Lyra, extollens B. Virginem exſtat manuſcripta ibidem n. 24. *s*)

IX. *Hymni* varii Jo. de Howeden, B. Auguſtini & aliorum exſtant manuſcripti inter Codices quos Gv. Laudus Bibliothecae Bodleianae donauit S. n. 3. Tr. 6. *t*)

X. Meditatio de Saluatoris redolentiſſima paſſione, *Cythara* dicta, exſtat manuſcripta in Bibliotheca Cottoniana Nero C. IX. 21. *u*)

XI. Laus de B. Virgine, quae *Viola* vocatur, exſtat manuſcripta ibidem n. 23. *w*)

XLVIII.

INNOCENTIVS.

MCC- Pontifex Romanus, eius nominis quintus,
LXXVI mortuus A. MCCLXXVI.

Exſtant *Virtutes Agni Dei*, carmine, ab Innocentio V. ad Impetatorem cum Agno Dei miſſae: inter libros manuſcriptos collegii Corporis Chriſti in Oxonia n. 237. *a*]

XLIX.

BARTHOLOMAEVS.

Neo-

---

q] v. SMITHVS l. c. *r*] v. BALEVS l. c. *s*] v. SMITHVS l. c. *t*] v. Catalogus MSS. Angliae & Hiberniae p. 71. n. 1343. *u*] v. SMITH l. c. *w*] v. l. c.

XLVIII. *a*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. I. p. 55. n. 1704.

Neocaſtrenſis Siculus. Vixiſſe putatur circa An. 1277. A. C. MCC-LXXVI.

Poemata condidit verſibus hexametris, quod opus libris conſtat XV. & *Meſſana* inſcribitur. De rebus a Petro, Aragoniae Rege, in Sicilia, aduerſus Carolum, eius nominis I. Siciliae Regem, Tametſi non aliquo ſagacis, aut bonae mentis inſtinctu, aut artificioſa conſtructione; ſed enormi & pingui contextu. Res vero, cauſae, euentus, inaeſtimabiles ſunt, ut Hieron. Surita in Praefat. in Ganfredum Monachum Tom. III. Hiſpan. illuſtratae loquitur. *a*]

L.

IOANNES.

De Hayda. A. MCCLXXX. claruiſſe eum coniicit Io. BALEVS. *a*) MCCLXXX

Scripſit verſu I. *Vitam Malchi* monachi Lib. I. Init. *Praelia geſturus, ludos pius & quaſ.*

II. *Formam vitae honeſtae* Lib. I. Init. *Hei quicunque legit Martini muſa.*

III. De *Iona propheta* Lib. I. Init. *Vos qui neſcitis nunc dicite de.*

IV. *Paſſionem D. Laurentii* Lib. I. Init. *A Decio temptus, gladioque furen.*

V. *Alia* carmine. *b*)

LI.

WALTERIVS de MVDA.

XLIX. *a*) v Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 437. 438.

L. Scriptor Britann. Cent. 4. n. 54. *b*] v. BALEVS I. c.

Digitized by Google

A. C. MCCXXC-IV. Religiosus B. Mariae de Tholan, vulgo Doest in Flandria circa annum Domini 1284. Scripsit metrice *Compendium vitae B. Torphimi.* Episcopi Hamariae, in Norwegia. Compendium hoc hexametrum initio: *Spirat odore nimis Flos hac in Hamo tumulatus;* in antiquo MS. Codice repertum inseruit Carolus de VISCH bibliothecae scriptorum ordinis Cisterciensis ed. Coloniae Agrippinae 1656. *a)*

LII.

HENRICVS ROSLA.

MCCXXC-VII. Nienborgensis Saxo. Eius *Herlingsberga* siue poemation hexametrum de bello inter Henricum Mirabilem, Ducem Brunsuicensem & Lunaeburgensem, ac confoederatos Saxoniae Principes gesto ob arcem Herlingsbergam A. 1287. primum luci datum a Io. Henr. MEIBOMIO Rerum Germanicar. Tom. I. *a)*

LIII.

NICOLAVS.

MCCXC. De Bibera Thuringiae opido. Claruit Erfordiae sub Rodulpho Imperatore Anno MCCXC.

Scripsit librum, cuius titulus est *Occultus*, quem carmine & soluta oratione composuit Erfordiae, *De cauendo malo* Lib. I. Init: *Carminis auditor lec. a)* Impressam opus esse Erfordiae vult Christophorus HENDREICH. *b)*

LIV.

LII. *a*] p. 771.

LIII. *a*] Joh. TRITHEMIVS de S. E. u. DIV. *b*] Pandectar. Brandenb. p. 567. a.

Digitized by Google

LIV.

IOANNES PECKAM.

A. C. MCCXCII.

In Ciceſtrienſi oriundus dioeceſi. Ordinis Franciſcanorum. *a*) Primum Oxonii ſacrae Theologiae ſupremam lauream Doctor, & primam in eadem facultate Cathedram profeſſor accepit. Deinde Pariſiis publicitus Magiſtrum ſententiarum praelegit. Nec multo poſt tempore fuit Ordinis ſui per Angliam Prouincialis. *b*] Romae etiam in Palatio Theologiam docuit. *c*) Romam profectus vtrique Iuri nauauit operam & ibi ſacris Pontificiis adhibitus, tandem a Nicolao Papa tertio euectus eſt ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem & Angliae totius Primatum. *d*) Obiit A. MCCXCII. 6. Idus Januarii, *e*) non A. MCC. ut vult Aubertus MIRAEVS. *f*)

Scripſit I. *Canticum pauperum* Lib. I. initio. *Confitebor tibi domine rex & col.* *g*) Tractatus Joannis Pecham de ordine Fratrum Minorum, & Archiepiſcopi Cantuarienſis, intitulatus, Canticum pauperum pro dilecto; exſtat manuſcriptus in bibliotheca Cottoniana Veſpaſianus D. XIII. 9. *h*)

II. *Carmina* diuerſa Lib. I. *i*)

LIV. *a*] Io. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 4. n. 64. *b*] v. Lucae WADDINGI Scriptor. Ordin. Minor. p. 217. *c*] v. Ioh. BALEVS Scriptor. Britann. Cent IV. n. 64. *d*] v. WADDINGVS l. c. *e*] v. BALEVS l. c. *f*] in Auctario de S. E. n. 405. *g*] v. BALEVS l. c. *h*] v. Thomae SMITHI Catalogus p. 114. *i*] v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV

LV.
ALANVS.

Insulis oriundus. *a*) Thomas DEMSTERVS in Ecclesiastica Historia gentis Scotorum an. 1627. Bononiae impress. l. I. Alanum origine scripsit fuisse Scotum, in mona Insula natum. Hieremias DREXELIVS in suo Daniele c. 18. §. 3. Operum tom. 2. fol. 582. vocat illum Siculum forte quia legerat illum oriundum de Insula, per Insulam antonomastice Siciliam intelligendam credidit. Gaspar IONGELINVS in purpura sua Gallum putat. Angelus MANRIQVEZ scribit illum a quibusdam haberi Hispanum, ab aliis Gallum. Verum communis caeterorum omnium Authotum sententia, qui de Alano mentionem faciunt, Belgam censet, natum in ciuitate Insulensi, Gallo Flandriae Metropoli: quo etiam reduci possunt hi, qui illum Germanum scripserunt. De hoc omnis cessaret controuersia, si certo constaret Alanum hunc verum esse Authorem Commentariorum in Prophetiam Merlini Angli, quae anno 1608. sub eius nomine impressa fuerunt Francofurti. In his namque Commentariis lib. 5. folio 198. expresse testatur Author se fuisse origine Belgam natum Insulis in Flandria. At plura eorum inscriptionem non parum suspectam reddunt, quorum unum est, quod Co-

LV. *a*] v. HENRICVS Gandav, de Scriptor. Eccles. cap. 21.

Comitem Theodoricum ab Insulanis homi- A. C.
nibus, Gandensibus quoque atque Brugen- MCCXCIV
sibus, advocatum esse se puerulo dicit a terra sua in Flandriam tanquam legitimum, Flandriae haeredem. Cum autem passim Annales Belgici referant Theodoricum de Alsatia a Flandris fuisse electum in Comitem, circa annum Domini 1128. aut 1130. Si Alanus tunc fuerit puerulus, non potuit vixisse usque ad annum 1294. *b*) Mihi nullum est dubium, quin Alanus quidem de Insulis fuerit commentariorum in Prophetias Merlini auctor, non tamen noster sed Episcopus ille Antisiodorensis.

Parisiis ecclesiasticæ scholae praefuit, *c*) per annos multos. *d*) Ibi cognomentum accepit Doctoris *Vniuersalis*. Cum enim in omni scientia admirandus esset praecipue tamen in Theologia ac Philosophia excellens vniversitatis vocabulo insigniri meruit. *e*)

Tandem Cistercium adiens habitum ibidem Conuersorum, seu Laicorum fratrum induit, oues pauit, aliisque abiectissimis occupationibus se exercens diu ignotus mansit,

b] v. Caroli de VISCH historica relatio de vita Alani Magni praefixa Alani Operibus P. I. *c*] v. HENRICVS Gandav. de S. E. c. 21. *d*] v. Antonius SANDERVS in libro de Scriptoribus Flandriae littera A. *e*] v. Hartmannus SCHEDEL in Chronica Mundi ad A. 1300. & Jacobus PHILIPPVS Bergomensis in supplemento Chronicorum ad A. 1300.

ted by Google

A. C. donec in Generali Concilio tempore Inno-
MCCXCIV. centii tertii anno 1215. Romae celebrato co-
gnitus fuit. Historiam referunt Joannes BVZELINVS in Gallo Flandria tom. 2. lib. 7. ad annum Domini 1294. Matthias BONHOMIVS in prooemio Commentarii in Librum Parabolarum Alani A. 1501. sine nomine Authoris Lugduni typis editi, & ex eo Chrysostomus HENRIQVEZ in Menologio ad 30. Januarii, ac alii plures. *f*)

Obiit A. MCCXCIV. eiusque sepulchrum marmoreum apud Cistercienses exeuntibus ex oratorio etiamnum ostenditur hac inscriptione:

Alanum breuis hora breui tumulo sepeliuit,
Qui duo, qui septem, qui totum scibile sciuit,
Scire suum moriens dare vel retinere nequiuit.
Labentis saecli contemtis rebus egens fit
Intus Conuersus, gregibus commissus alendis,
Mille ducenteno nonageno quoque quarto
Christo deuotus, mortales exuit artus. *g*)

Falluntur ergo Jo. TRITHEMIVS *h*) qui eum sub Alberto Imperatore A. MCCC, claruisse perhibet; ALBERICVS monachus trium fontium qui in Chronico suo scripsit Alanum obiisse

f] v. VISCH l. c. §. II. III. & in blibliotheca scriptor. Ord. Cisterc. ed. Colon. 1656. p. 12. 13. v. & Epitaphium Gallicum in VISHII relatione cit. §. V. *g*] v. Valerii ANDREAE Bibliotheca Belgica ed. Lovan. 1643. p. 33. *h*] de Scr. Eccl. n. 527.

Digitized by Google

iiſſe anno 1203. Albericus Chronicon ſuum non produxit niſi uſque ad A. 1241. Hinc ſequitur vel erroneum eſſe Epitaphium ſepulchrale Alani, vel vitiatum Alberici Chronicon; *i*) Aubertus MIRAEVS *k*) obiiſſe noſtrum dicit A. MCLXXXII. eundem cum Alano Epiſcopo Antiſiodorenſi confundens; Thomas DEMSTERVS qui in hiſtoria ſua eccleſiaſtica gentis Scotorum anno 1627. Bononiae impreſſa ſcribit Alanum natione fuiſſe Scotum, & monaſticem profeſſum in monaſterio Scotorum, Diuo Jacobo ſacro, extra muros Herbipolis, ibique diem obiiſſe anno 1300, & ſepultum, ſub hoc Epitaphio: A. C. MCCXCIV

Scotia me genuit, Germania condit Alanum.

Quae omnia ex ſolo Trithemio ſufficienter refutari poſſent, qui poſt reſignationem Abbatiae Spanheimenſis, annis pluribus ipſi Abbatiae S. Jacobi iuxta Herbipolim Abbas praefuit, ſcripſitque exactum eiusdem Abbatiae Chronicon, in quo non niſi unicum agnoſcit Alanum, iſtius Coenobii Monachum & poſtea 24. Abbatem qui obiit A. 1455. *l*)

Mortuus eſt die XXX. Januarii aetatis ſuae CXVI. *m*)

Inter aeui ſui poetas facile familiam duxit, iudice Valerio ANDREA. *n*)

i] v. Caroli de VISCH biblioth. ſcriptor. ordin. Ciſterc. ed. Colon. 1656. p. 15 16. *k*] Schol. ad Henrici Gand. de S. E. cap. 21. *l*] v. Car. de VISCH hiſtorica relatio de Vita Alani Magni §. IV. *m*) Ludouicum JACOBVM de claris Cabilonenſibus p. 145. *n*] l. c. p. 32.

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV. Scripsit I. metrice Poeticen, excogitata materia de viro optimo, & in omnibus perfectisſimo: quem librum vocauit *Anti Claudianum*. *o*) Inſcribitur &: *Anticlaudianus Alani de Anti Ruſino*. *p*) Dicitur Anticlaudianus, ratione materiae, quia materia huius libri contraria eſt principio materiae Claudiani. Cum etenim in principio ſui libri Claudianus introducat vitia ad peruertendum Rufinum, in principio huius operis introducuntur virtutes, ad formandum hominem beatum. Vnde & homo ille, de quo agitur in hoc libro, vocatur Anti Rufinus, quaſi contrarius Rufino. *q*) Rationem nominis impoſiti hanc adfert Thomas DEMSTERVS Hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Scotorum anno 1627. Bononiae impreſſa, quod ad imitationem Claudiani ſcriptum ſit, non vero contra Claudianum. Quomodo (inquit) Ennodius Ticinenſis Epiſcopus, dum imitari vult Claudiani Epigramma, Epigraphen ſuo Epigrammati fecit: Aduerſus Claudianum de Mulabus. *r*) Sciendum eſt Rufinum fuiſſe a Theodoſio Praefectum prouinciis aliquot: Verum cum regni cupiditate incenſus in Principes ſuos arma ſumſiſſet, ab his deuictum periiſſe. Itaque Claudianus introducit furiam in conci-

o] v. HENRICVS Gandav. l. c. *p*] v. Summarium ex MS. antiquo Codice deſumptum praefix. ed. Viſchianae 1654. p. 320. *q*] v. Summarium ed. 1654. p. 320. *r*] v. Caroli de VISCH praefat. ad Anti-Claudianum p. 316.

cilio Vitiorum conquerentem de pace, & Regno virtutum, incitatq; vitia ad pacis hu- A. C. MCCXCIV.
ius turbationem & vitiorum expulsionem. Id quod fieri posse iudicat per Rufinum. Quem proinde diversa inuadentes vitia facile expugnarunt, & per eum grauem perturbationem in Imperio concitarunt. E contra Alanus producit naturam in Concilio Virtutum conquerentem de humani generis deprauatione, & Regno Vitiorum per uniuersum orbem, decreto autem Concilii, ad Deum ablegatur Prudentia, sollicitatura creationem hominis perfecti, qui expugnatis vitiis, virtutes orbi restituat. Atque hinc patet, ratione materiae, opus hoc esse vere contrarium Operi Claudiani, adeoque recte vocari Anticlaudianum: censente Carolo de VISCH. *s*) Caspar BARTHIVS *t*) nescit, cuius tandem tituli sit hic liber. Postea vero *u*) titulum datum esse putat, quia Alanus disputat pro Prouidentia, quam dubiam ingressu libelloruin in Rufinum facere videbatur Claudianus. Anticlaudianum vocari, quia est contra Claudiani (non Claudianum, ut habet Christophorus HENDREICH. *w*)) Ruffinum putat Chr. HENDREICH. *x*) Reiicit hanc sententiam, & existimat inscribi Anticlaudianum h. e. poema Claudianeis haud inferius,

s] l. c. p. 316. 317. *t*] Animadverss. ad Papin. Statii II. Thebaid. p. 401. *u*] Anim ad Papin. Statii II. Theb. p. 639. w) Pandect. Brandenb. p. 206. a. *x*] l. c. p. 76. b.

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV. perinde ut αὐτόχθεος est θεῶ ἴκελος: Jo. Alb. FABRICIVS. y)

Scriptus est liber carmine hexametro. Libros habet nouem non XI. ut tradit Christoph. MENDREICH. z) Quia scilicet in hoc opere agitur de quatuor artificibus, Deo Natura, Fortuna, Vitio; primi autem artificis, id est, Dei, quatuor sunt opera, opus in mente, opus in materia, opus in forma, opus in gubernatione; Naturae vero duo; unum in pura natura consideratum, ab omni corruptione alienum: Aliud varia corruptione priuatum; Fortunae duo: unum prosperitatis, alterum aduersitatis; Vnum vitii, sulicet deprauationis: liber nouem distinctionibus completur. Prius autem agitur de operibus naturae, quam de operibus Dei, quia per ea quae facta sunt inuisibilia Dei conspiciuntur. Secundo de opere diuino. Tertio de opere fortunae. Quarto de opere vitii. *aa*)

Prodiit primum. *ab*) Anticlaudianus siue de viro optimo libri nouem sine auctoris nomine Basileae 1536. *ac*) ἀχέφαλος. 8. *ad*) apud Henricum Petrum. *ae*)

Item

---

y] in Biblioth. Lat. ed Hamb. 1712. p. 619. not. (g) *z*) l. c. p. 206. a. *aa*) v. Summarium praefix. ed. 1654. p. 318. *ab*) v. Caroli de VISCH praefatio ad. Anti Claudianum p. 317. *ac*) v. Aub. MIRAEI Schol. ad Henricum Gandav. de S. E. cap. 21. *ad*) v. Valerii ANDREAE biblioth. Belgica ed. Lovan. 1643 p. 32. *ae*) v. Ludov. JACOBVM declaris scriptor. Cabilonens. p. 145.

Digitized by Google

Item Antwerpiae 1611. plane incultus, & confuſus; ſine ulla capitum diſtinctione, ſine Auctoris praefationibus, imo ſine ipſius Auctoris nomine *af*) A. C. MCCXCIV

Editum & eſſe Antverpiae 1621 typis Joach. Trognaeſii volunt Valerius ANDREAS, *ag*] & Carolus de VISCH. *ah*] Ea editio a praecedenti non videtur differre, quamuis diuerſas habeat Chriſtoph. HENDREICH. *ai*] Exſtat & in operibus Alani opera Caroli de VISCH Antverpiae 1614. *ak*) Vidit editor quinque operis huius codices manuſcriptos: In Bibliotheca Collegii Soc. Jeſu Lovanii duos magnae antiquitatis; Tertium in Bibliotheca S. Pertini Audomaropoli; Quartum & quintum apud Balthaſarem Moretum Antverpiae. Ex his vnum tantae erat antiquitatis, vt Authoris etiam aetatem attingere characterum forma perſuaderet; Aliud nonnihil recentiori manu exaratum, attamen venerandae etiam antiquitatis. Poſtrema haec duo exemplaria uſui Viſchii conceſſa fuerunt, quorum lima impreſſum exemplar poliendo, natiuo colori reſtituit Inprimis namque, Summario verum titulum, poſtremamque eiusdem partem iniuſte praeciſam; Adhaec Authoris nomen ac duas ipſius praefationes repoſuit: Inſuper & menda plurima, quibus to-

af] v. VISCH. l. c. p. 315. *ag*] Biblioth. Belg. p. 32. *ah*) Biblioth. ſcriptor. Ordin. Ciſterc. p. 13. *ai*] Pandect. Brandenb. p. 76. b. *ak*) p. 313.

Digitized by Google

totum opus obfuſcabatur, ſuſtulit. Et quan-
A. C. MCCXCIV. quam, ubi ſenſus permiſit, plura hinc inde verba reliquerit a MSS. diſcrepantia, imo etiam, integros quandoque verſus; exacte tamen in margine inferiori, diverſitatem lectionis annotauit. *al*)

Opus eſt eruditum, raroque acumine praeditum, nec non ad veram pietatem, aliasque virtutes Lectorum animis infundendum aptisſim m & nihilominus venuſto lepore vndique reſperſum; iudice Carolo de VISCH. *am*] Libros hos qui vel ſemel attente legere non pigeat, eorundem elegantiam mox percipiet, animumque ſuum mire oblectabit. Nam, vt recte annotarunt Baſileenſes ſingulari feſtiuitate, lepore, elegantia praediti ſunt, non credibili doctrina, ordine, & brevitate complectens humanas divinasque res omnes, in quibus quiuis homo occupari, meditarique debet, quasq; quemlibet ſcire, aut certe per omnia admirari, & ſuſpicere oportet: obſeruante eodem Carolo de VISCH. *an*] Opus eſt curioſisſimum & doctisſimum, adeo vt vulgo vocari ſoleat Encyclopaedia, ſive omnium ſcientiarum orbis, monente eodem. *ao*]

E contrario librum aenigmatis & Sophiſticis tormentis omnia involventem habet An-

al) v. Car. de VISCH praefat. Anticlaudianum p. 315. *am*] l. c. *an*] Praefat. ad Anti Claudianum p. 317. *ao*] in Bibloth. Scriptor. Ord. Ciſterc. p. 14.

Anticlaudianum Caſpar BARTHIVS *ap*] Idem opus dicit ingenioſi hominis ſed ſophiſtae & ſpeciatim carpit quod verbo *reſultare* abutatur. *aq*] A. C. MCCXCIV

RADVLPHVS de Longo Campo ſuper Anticlaudianum Alapi de Anti-Ruffino habetur inter codices manuſcriptos Collegii Baliolenſis in Oxonia L. 6. *ar*]

ADAMVS de Baſſeya, Canonicus Inſulenſis, qui circa A. 1400. vixiſſe creditur Anticlaudianum terſis & politis verſibus in compendium redegit, & hinc inde digreſſionibus moralibus doctisſimis, diuerſisque odis ſpiritualibus illuſtrauit. Quod opus ipſemet indigitauit: *Ludus. Adae de Baeyſſa, in Anticlaudianum Magiſtri Aalani de Inſula.* Exſtat MS. Tornaci in monaſterio Sancti Martini in duobus exemplaribus. *as*]

Notas in Anticlaudianum ſe ſcripſiſſe perhibet, iis quas ad Günteri Ligurinum lib. VII. v. 543. ſcripſit Conr. RITTERSHVSIVS. *at*]

Locum ex Lib. V. Anticlaudiani emendat Caſpar BARTHIVS, *au*] Quamuis editio Viſchiana cum cura ſit adornata, obſeruari tamen poſſe eam ex MSto quodam Helmſtadi-

---

ap] Animadvers. ad Papin. Statii II. Thebaid. p. 401. *aq*] l. c. p. 639. *ar*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P II. p. 10 n. 391 *as*) v. Car de VISCH praefat. cit p. 316. *at*) v. Caſparis BARTHII Animadvers. ad Papin. Statii II. Thebaid. p. 639. *au*) Anim. ad Pap. Statii V. Thebaid. p. 205.

A. C. dienſis Academiae Codice plurimis in locis
MCCXCIV emendari. Speciminis loco ſit Liber Anti-
claudiani primus quem ex dicto codice
transſcribam. Diverſitatem impreſſi, autem
uon addidi cum facile ab harum rerum curi-
oſo indagari poſſit, ſed vbi differebat vter-
que manuſcripti lectionem ſeruaui.

Praefatio.

Authoris mendico ſtylum, Phaleraſq; Poetae,
Ne mea ſegnitie Clio dejecta ſeneſcat:
Ne jaceat calamus, ſcabra rubigine torpens.
Scribendi nouitate vetus iuueneſcere charta
5. Gaudet, & antiquas cupiens exire latebras,
Ridet, & in tenui laſciuit arundine muſa.
Fonte tuo ſic Phaebe tuum perfunde Poetam,
Vt compluta tuo mens arida flumine, germen
Donet, & in fructum concludat germinis
uſum.

ANTICLAVDIANI LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Vt ſibi iuncta magis naturae dona reſultent,
Et proprium donet donis mixturae fauorem,
Sollers naturae ſtudium, quae ſingula ſparſim
Munera contulerat aliis, concludit in unum;
5. Cudit opus, per quod operi concluditur
omni.
Priſtina ſic operum peccata repenſat in uno,
Vt quod deliquit alias, compenſet in iſto.
Supplicat huic operi, famulans opus omne
decoris;

Digitized by Google

Et tanta cupiens veſtiri dote favoris, A. C.
Incudis deposcit opem; ſed feſſa laborat MCCXCIV
Incus, quae tantos vires expendit in uſus.
Vltra ſeſe poſſe ſtudet natura, ſuumque
Supra ſe metitur opus, ſic vincere fertur
Artifices alios, quod ſe ſuperare fatetur.
Nec ſubitos animi motus perpeſſa, repentè
Currit ad haec opera: ſed ad haec deliberat, utrum
Poſſit, & ad libram rationis ſingula penſat.
Protinus ergo ſuas vocat in ſua vota ſorores,
A quibus emeriti deſcendat tramite recto
Regula conſilii, mentisque coerceat, aeſtum.
Vt ſic freta ſuae ſcalpro rationis, in ipſos
Effectus operum mentis deducat Ideas,
Aut lima meliore diu concepta recidat.
Ergo conſilii non aſpernata rigorem,
Concilium coeleſte vocat, peregrinat ab alto
Militiae coeleſtis honor, terramque ſerenat
Luce ſua, dignatus humum veſtire beatis
Greſſibus, & noſtri tolerans, faſtidia mundi.
A ſplendore ſuo deſcendit regia coeli,
Dum lumen proprium terrae concedat ad horam.
Iam noua miratur tellus veſtigia, ferre
Gaudet onus, ſed vis oneris penſatur honore.

CAPVT II.

Pacis alumna mouet primos concordia greſſus,
Et pleno cuncta perfundens copia cornu,
Et fauor, & multo perfuſa, fauore iuuentus,

Et

A. C. MCCXCIV.

Et risus nostrae proscribens nubila mentis,
Et pudor, & certo contenta modestia fine,
Et ratio mensura boni, quam semper adhaerens
Felici gressu felix comitatur honestas,
Et decus, & multa trutinans prudentia libra,
Et pietas,& vera fides,quae fraudis in umbra,
Nobis hypocritum mentiri nescit amorem:
Et virtus quae spargit opes, quae munera fundit,
Quam penes ignorat ignauam gara quietem
Nec dormire potest thesauri massa sepulti,
Sed mutat varios totiens peregrina magistros
Vltima nobilitas, & formae laude secunda
A longe sequitur harum vestigia; quamuis
Nescio quid praesigne gerat, tamen huius ad unguem
Non poterat reliquis facies aequare decorem:
Munere fortunae melior; sed parcius ipsa
Gratia naturae dotes effundit in illa.
Haec superum soboles gressus maturat in arcem
Naturae, proprioque domum chorus afflat honore.

CAPVT III.

Est locus ex nostro secretus climate, tractu
Longo,nostrorum ridens fermenta locorum:
Iste potest solus quicquid loca cetera possunt.
Quod minus in reliquis, melius suppletur in uno,

Quid

Quid praelarga manus naturae poſſit, & in quo
Gratius effundat dotes, exponit in iſto:
In quo pubeſcens tenera lanugine florum
Sideribus ſtellata ſuis, ſuccenſa roſarum
Murice, terra nouum contendit pingere caelum.
Non ibi nascentis exſpirat gratia floris,
Nascendo moriens, nec enim roſa mane puella
Veſpere languet anus; ſed vultu ſemper eodem,
Gaudens interni iuueneſcit munere veris.
Hunc florem non urit hiems, non decoquit aeſtas,
Non ibi Bacchantis Boreae furit ira; nec illic
Fulminat aura Noti, nec ſpicula grandinis inſtant.
Quicquid depascit oculos, vel inebriat aures,
Seducit guſtus, nares ſuſpendit odore,
Demulcet tactus, retinet locus iſte locorum:
Iſte parit nullo vexatus vomere, quicquid
Militat aduerſus morbos, noſtramq; renodat
Inſtantis morbi proſcripta peſte ſalutem.
Non rerum vulgus, verum miracula gignens
Sponte, nec externo tellus adiuta colono,
Naturae contenta manu, Zephyrique fauore
Parturit, & tanta natorum prole ſuperbit.
Flore nouo gaudens, folia crinata virenti
Non demerſa ſitu, non iram paſſa ſecuris,
Non deiecta ſolo, ſparſis non deuia ramis,

A. C. MCCXCIV.

A. C. Ambit ſilua locum, muri mentita figuram.
MCCXCIV. Non florum praedatur opes, foliiq; capillum
Tondet hiems, teneram florum depaſta iuuentam,
Exilium patitur arbor, quaecumq; tributum
Germinis & fructus naturae ſoluere neſcit
Cuius mercari fructu meliore fauorem
Contendens, aliasque ſuo praecellere dono
Quaelibet & ſemper de fructu cogitat arbor.
Syrenes nemorum, cythariſtae veris, in illum
Conuenere locum, mellitaque carmina ſparſim
Commentantur aues, dum gutturis organa pulſant,
Pingunt ore lyram, dum cantus imbibit iſtos
Auditus, dulces offert ſonus auribus eſcas.
In medio lacrymatur humus, fletuque beato
Producens lacrymas, fontem ſudore perenni
Parturit, & dulces potus ſingultat aquarum.
Exuit ingemitas facies argenteus amnis,
Ad puri remeans elementi iura, nitore
Fulgurat in proprio peregrina facce ſolutus:
Praegnantis gremium telluris inebriat iſte
Potus, & ad partus inuitat vota parentis.
Arboribus ſimiles tellus non inuida potus
Donat, & affectum pariendi ſuggerit illis.

CAPVT IV.

In medio veniens euadit in aëra montis,
Ardua planities in nubibus oscula donat.
Hic domus erigitur naturae, ſi tamen iſto
Nomine cenſeri fas eſt, cum munere poſſit

Si-

Sidereas penetrare domos, Superumque penates, A. C. MCCXCIV.
Nec ſibi dignetur conferre palatia regum,
A noſtris laribus excepta beatior aula.
Aera metitur artis ſuſpenſa columnis:
Sidere gemmarum praefulgurat, ardet in auro:
Nec minus argenti proprio donatur honore:
Non ibi materies quae ſit demiſſior iſtis
Jura tenet, propriaque poteſt plebeſcere forma.
Sic hominum mores picturae gratia ſcribit,
Sic operi proprio pictura fideliter haeret,
Vt res picta minus a vero deuiet eſſe.
O noua picturae miracula, tranſit ad eſſe
Quod nihil eſſe poteſt! picturaq; ſimia veri,
Arte non ludens, in res umbracula rerum
Vertit, & in verum mendacia ſingula mutat,
Sic logicae vires artis ſubtiliter huius
Argumenta premunt, logicaeque ſophiſtica vincunt.
Haec probat, iſta facit; haec diſputat, imperat iſta
Omne quod eſſe poteſt: ſic utraq; vera videri
Falſa cupit; ſed ad haec pictura fidelius inſtat.
Illic arma parat logico, logicaeq; palaeſtram
Pingit Ariſtoteles: ſed eo diuinius ipſa
Somniat arcana rerum, coelique profunda
Mente Plato, ſenſumque Dei perquirere tentat.

A. C. MCCXCIV. 135. More ſuo Seneca mores ratione monebat,
Optimus excultor morum, mentisque colonus.
Diuitis ingenii vena Ptolomaeus inundans,
Diuectus ſuperas curru rationis in auras,
Colligit aſtrorum numeros, loca, tempora, curſus.
140. Verbi pauperiem redimit ſplendore colorum
Tullius, & dictis ornatus fulgura donat.
Virgilii muſa mendacia multa colorat,
Et facie veri contexit pallia falſo.
Hic vigor & cenſus aequali munera lanco
145. Penſant. Alciden vigor armat, ſenſus Vlyſſem.
Ne mentem fermentet opum conuictus, abunde
Fundit opes Titus, & munera cogit abire
Militat inſtantis fervens audacia Turni
Enſe tonans, ignara metus, & prodiga vitae,
150. Hippolytique pudor Veneris ſubductus habenis,
Gaudet & excepto luget Cytheraea pudore.

CAP. V.

Has ſpecies rerumque tropos, & ſomnia veri,
Regia picta tenet, tanto feſtiua decore.
Sed minus in vultu geſtans inſigne decoris,
155. Poſtremos ſubtriſtis habet pictura penates.
Vel luſiſſe parum, vel ſaltem ſomnia paſſam
Credas, vel tenues irae ſenſiſſe procellas:
Vel magis oblitam facti praeſentis in illa,
Naturam peccaſſe putes; delira videtur

Pi

Picturae facies meliorem poſcere formam. A. C.
Sed nec gemmarum radius ſplendore die- MCCXCIV.
ſcens,
Nec nitor argenti, nec fulgure gratius aurum,
Excuſare poteſt picturae crimen adultum,
Quin pictura ſuo languens palleſcat in auro.
Illic pannoſo plebeſcit carmine noſter
Ennius, & Priami fortunas intonat; illic
Meuius in caelos audens os ponere mutum,
Geſta ducis Macedum tenebroſi carminis umbra
Pingere dum tentat, in primo limine feſſus
Haeret, & ignauam queritur torpeſcere muſam.
Illic praecipiti Nero fulmine concutit urbem,
Indulgens ſceleri, cogit plus velle furorem,
Quam furor ipſe velit, quicquid diſtillat ab illo
Nequitiae, totum ſeſe partitur in orbem.
Illic diues eget, ſitit aurum totus in auro
Midas, nec metas animo conceſſit habendi.
Militis excedit legem, plus milite miles
Aiax, militiaeque modus decurrit in iram.
Fractus amore Paris, Veneris decoctus in igne,
Militat in Venere, dum militis exuit actus:
Damnoſe compenſat in hac, quod perdit in armis.
In Dauo propriam miratur noctua formam,
Et vultus peccata ſui ſolatur in illo.

A. C. MCCXCIV. 185.

Ergo naturae quicquid munuſcula plene
Percipit, aut eius modicum ſubterfugit artem.
Inſcriptum thalamis picturae fabula monſtrat.
Singula decernens ſenſu natura profundo,
Sedibus his ſua iura tenet, legesque figurat
Prouida, quas toto ſparſim promulgat in orbe:
Scrutatur rerum cauſas, & ſemina mundi:
Quis chaos antiquum vultu meliore redemit
Dum formae melioris opem vultusque decorem
Quæreret, atq; ſuum lugeret ſylva tumultum:
Quis fidei nexu ciuilia bella refrenans,
Et fratrum rixas, elementis oſcula pacis
Indidit, & numeri nodo meliore ligauit.
Terrarum motus, mugitum fulminis, iras
Oceani, ventorum praelia mente fideli
Conſpicit, & circa ſollers indagine claudit
Temporis excurſus; cur contriſtata pruinis
Languet hiems cana, ridet ver: aeſtuat aeſtus,
Effluit autumnus rerum torrente profundo:
Vel cur terra ſedet, fluit amnis, profluit aer,
Flamma volat, reliquisque fidem, non inuida ſeruat:
Non audens violare fidem curfoedera terris
Labilis unda tenet, certo contenta meatu.

CAP. VI.

Poſtquam caeleſtis aurata ſedilia caetus
Impleuit, tantaque nitens deitate refulſit

Ipſa

Ipſa domus, tanti lucem mirata diei; A. C.
Concilii ſtetit in medio natura, parumper MCCXCIV
In terram dimiſſa caput, concepta ſeueris 210.
Vultibus exponens, dextraq; ſilentia dictans.
Suſpendens animos voces exiuit in iſtas:
Saepe, diu, multum ſollerti mente retracto
Singula, quæ noſtrae pinxit ſollertia dextrae: 215.
Sed nihil inuenio quod in omni parte beate
Viuat, quin multas nobis deferre querelas
Poſſit, ſi noſtram velit accuſare Mineruam.
Sed noſtras erraſſe manus quia poenitet, error
Haud nocet, & noſtros denigrat parcius actus. 220.
Nec tamen haerentes maculas abſtergere poſſum,
Quas habitus firmi præſcriptio longa tuetur.
Nam medicina ſilet, ubi morbi cauſa ſeneſcit:
Nec morbi veteres molimina tarda requirunt.
Vnica conicto tantae ſolatia peſtis; 225.
Quae tamen effectu deſcribere nolo, priusquam
Norma iudicii veſtri mens noſtra probetur.
Hoc in mente diu ſcriptum mihi ſedet, ut omnes
Et ſimul inſtanter, caute, ſollerter, ad unum
Deſudemus opus; in quo tot munera fundat 230.
Quaelibet, ut poſt has dotes videatur egere,
Noſtrorum crimen operum redimatur in uno,

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV.

Vnius probitas multorum crimina penſet,
Vnaq; quam multas exterminet unda lituras.
Non terrae faecem redolens, non materialis;
Sed diuinus homo, noſtro molimine terras
Incolat, & noſtri donet ſolatia damnis.
Inſideat caelis animo, ſed corpore terris.
In terris humanus erit, diuinus in aſtris:
Sic homo, ſicque Deus fiet, ſic factus uterque
Quod neuter, mediaque via tutiſſimus ibit.
In quo noſtra manus & munera noſtra loquantur.
Sit ſpeculum nobis, ut nos ſpeculemur in illo;
Quae ſit noſtra fides, quae noſtra potentia, virtus
Quae ſit, & in quantum melius procedere poſſit.
Si labor accuſat noſtros in munere tanto
Defectus, oneriq; manus ſuccumbere noſtro:
Hoc decus excuſet, ſoluens obiecta laboris.
Si natura negat, animi ſuccurrere robur
Debet, & affectus effectu claudere noſtro.
Nam quod nulla valet per ſe, ſupplebit in unum
Coniurata manus: ut quae non ſingula proſunt,
Multa iuuent collecta ſimul, nam plurimus amnem
Riuulus excreſcens gignit, ſcintillaque flammam
Multa parit, multusque lapis concludit acervum. Heu

Heu pudeat noſtrum toties erraſſe laborem, A. C.
Et totics fructum male reſpondiſſe labori. MCCXCIV
Heu pudeat noſtra terris decreta ſilere,
Quod noſtri langueſcit amor, quod fama tepeſcens
Torpet, & a toto viles proſcribimur orbe;
Quod laxas mundo ſceleris concedit habenas
Theſiphone, noſtraque ſibi de gente triumphans
Gaudet, & a noſtro ſurgunt ſibi gaudia luctu.
Vincimur, & victas pedibus ſubmittit Erinnys,
Et grauibus noſtra caſtigat colla catenis.

CAP. VII.

Sic natura ſuo mentem ſermone figurans,
Fine dato verbis orantis fine perorat.
Gaudet & aſſentit naturae curia, votum
Laudat & a voto non diſtant vota ſororum.
Surgit ad haec placidi vultus, geſtusque modeſti
Circumſpecta modis prudentia, colla pererrat
Aurea caeſaries, ſed acus mediata refrenat
Litigium crinis, & regula pectinis inſtat.
Ordo ſupercilii iuſto libramine ductus,
Ne nimis exhauſtus, nec multa nube pilorum
Luxurians, ſeſe geminos exemplat in arcus.
Luminis aſtra iubar, frons lilia, balſama naris,
Dens ebur, oſque roſam, parit, offert, reddit, adaequat.
Spirat in ore color vivus, nec candor adulter

A. C. Turpiter effigiat tanti phantasma decoris.
MCCXCIV. Siderium vultus castigauere ruborem
Labia nupta rosis; & ne palloris obumbrent
Nubila candorem, defendit flamma ruboris,
Clarior argento, fuluo conspectior auro,
Lucidior glacie, crystallo gratior omni.
Menti planities roseo non denegat ori.
Non male colla sedent, humeris non dissidet alta
Cervix, sed spatio surgit distincta modesta.
Poma mamillarum modico suspensa tumore,
Nulla mollitie dependent fracta, sed ipsa
Duritie proprii describunt signa pudoris.
Explicat explicito tractu iunctura lacertos,
Amplexusq; suos deposcere brachia credas.
Imaque conciliat summis, extremaq; primis.
Conuallis laterum, modulo submissa decenti.
Cetera quis nescit meliora latere sub istis,
Quorum sola gerunt placidi praelucida vultus?
Canone sub certo diuisio; nulla retardat
Corporis excursum, vel certo fine refrenat.
Nunc magis euadens caelestia vertice pulsat.
Nunc oculos frustrans caelestibus insidet, ad nos
Nunc redit, & nostra sese castigat habena.
Vestis erat filo tenui contexta, colorem
Non mentita suum, nulloque sophismate visum
Decipit, immo rubor natiuus inebriat illam:

Non

Non ibi materies formae ſuffragia quaerit, A. C.
Ne formae peccata ſui velamina quaerunt; MCCXCIV.
Materiae neutra ſuccumbit, neutra ſorori
Cedit, & ex aequo certant, vtra vincere poſſit.
Somniat hic rerum ſpecies pictura reſultans,
Quas tamen ex parte iubet exſpirare vetuſtas:
Et formae veteris veſtigia pauca ſuperſunt.
Sed tamen in partes veſtem diffibulat iſtam
In variis ſciſſura locis, lugere videtur
Veſtis & illata ſibimet conuitia flere.
Dextra manus librat trutinam, ſua ſingula penſat
In numero, forma, menſura, pondere, cauſa.
His ornata modis, iſto, feſtiua paratu
Verba parat ſollers prudentia: cuius ab ore
Curia dependet, currunt inſtanter ad illam
Viſus & auditus, ſed voto diſpare certant.
Viſus ut in ſpecie tanta conuiuia quaerat,
Auditusque favos verborum ſugat ab ore.
His igitur verbis mentem prudentia pingit,
Dum tenet intentas attentio tanta ſorores.

CAP. VIII.

Nil niſi diuinum ſapit haec ſententia, tanti
Prouida concilii, quæ ſic rationis in igne
Decoquitur, quod nulla manent veſtigia faecis,
Non fluidum redolet animum, non mentis obeſſe
Segnitiem loquitur, ſubitis non motibus inſtat,

Digitized by Google

A. C. A ſummis exſputa labris: Sed mentis ab alto
MCCXCIV Prominet, & noſtris effert medicamina morbis.
Trans hominem mens iſta ſapit, condita ſapore
Diuinae mentis, de cuius fonte profundo
Riuulus emanat, animi diſcretio veſtri.
Non igitur jacet exanimis, non indiga recti,
Non rationis inops, non mens effrenis oberrat,
Non agitur caſu, tanto ſuffulta patrono.
Quae tantam mentem detractio moderat? aut quis
Vrgeat inuidiae ſtimulus? quis nubila livor
Miſceat? aut odium? cum limes regius illam
Dirigat, & recto producat calle iuuantem?
Ne noſtrae faciat conceptio mentis abortum
Ne res tanta ruat, ne lux moriatur in vmbra:
Sed magis expoſita praefulguret, exeat iſtud
In commune bonum, melius ſub luce patebit:
Namque bonum quod ſaepe latet, ſplendore minori
Degenerat, lucetque magis ſi luce fruatur.
Sic flos in fructus, in flumen riuus inundans
Ibit, & in meſſem pinguis procedit ariſta.
Quid melius ſperare poteſt? quid maius? & vltra
Quid poterit velle conceptus mentis honeſtae?
Si bonus eſt, hucusque licet, defigat in iſto
Greſ-

Digitized by Google

Gresſus propoſito, nec longius ire laboret. A. C.
Sed tamen hoc ſupereſt quod mentem con- MCCXCIV
cutit, obſtat 255.
Propoſito, vexat animum, concepta retardat.
Quod tanti vires operis, non pondera rerum
Tantum nescit opus, operas ſuspirat in iſtas
Noſtra manus, quae ſic hominem conducit ad eſſe
Quod non producit, facit hunc, nec perfi-
cit ipſum. 260.
Semper ad eſſe mouet, ſed nunquam promo-
vet illum.
Eius ad eſſe valet, nec ad eius praeualet or-
tum.
Dispar natura, dispar ſubſtantia, forma
Discors, eſſe duplex, hominis concurrit ad-
eſſe.
Una ſapit terras, caelum ſapit altera, caelis 265.
Inſidet haec, illa terris, mortique tributum
Cogitur iſta dare, mortis lex excipit illam.
Haec manet, illa fluit; haec durat, deperit illa:
Eſſendi nomen gerit haec, gerit altera nu-
men.
Corpus habet terras, caeleſtia ſpiritus: ergo 270.
Terram terra tenet, retinent caeleſtia caeli.
Incudem noſtram corpus mortale fatetur.
Artifices noſtros, & noſtram poſtulat artem;
Artifices alios animae natalae requirit.
Artificis melioris opem caeleſtis origo 275.
Poſtulat, & noſtram fugit eius forma mone-
tam, Di-

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV

Diuinique loquens operis miracula, noſtrum
Spreuit opus, ridens artis vulgaria noſtrae.

CAP. IX.

Qualiter ex nihilo, ſine forma, ſemine cauſa,
Materia, motu, ſenſu, ductore, miniſtro
Ingenitum, ſimplex, animabile, mobile, purum,
Prodeat exterius, nullo mediante patrono:
Sola dei nouit prudentia, cuius ab alto
Pectore procedit quicquid procedit in eſſe.
Hic elementa ſilent, languescunt ſemina rerum,
Sidus habet, natura iacet, virtusque planetae
Deficit, & propria miratur iura ſilere.
Ergo cum noſtra genituram regula talem
Neſciat, & tantam ſuperat pictura figuram,
Occaſumq; manus talem patiatur ad ortum;
Non video, non concipio, non iudico metet
Scire modos, cauſas, rationes, ſemina, formas,
Inſtrumenta, quibus noſtra mediante Minerua
Ortus caeleſtis animae ducantur ad ortum.
Ergo conſilii ſuper his libramina ferre
Neſcio, non valeo, dubito, deſiſto, retardor,
Conſilio, ratione, fide, mea cauſa tacebit
Orphana, nec certo claudetur fine voluntas,
Singula ni ratio trutina meliore repenſet.
Quam penes obſcurum fluitans, mutabile, caſſum,
Ignotum, mendax, nihil eſt, cui ſingula lucent, Cun-

Cuncta patent, dubiumque nihil, non ala vi- A. C.
dentur MCCXCIV
Aſtra, nec obſcurus aër, pelagusque pro-
fundum.
Sol animi, mentis oculus, lumenque viantis
Proſcripti patria, mortis ſolamen, origo
Iuſtitiae, virtutum regula, linea recti
Subducat dubia certis, mendacia veris,
In certo figat animum, dubiumque recidat,
Erroris tergat tenebras, verique ſerenet
Luce diem mentis, & falſi nubila pellat.
Menti concuſſae dubiorum fluctibus, aura
Gratior applaudat rationis, flamine leui
Concilians aeſtus animi, fluctusq; retardans,
Segnitiemque meam non tanti maſſa laboris
Accuſare poteſt, non tanta victa labore
Cedo, nec ignavae mendico quietis aſylum,
Aggrediar quicquid ratio dictauerit, immo
Iuſſerit, atque nihil de contingentibus ipſa
Transgrediar, finem proprium pro poſſe ſe-
cura.
Sed quia principia nullo concludere fine,
Vel dare principiis fines aliunde profectos,
Vt primo medium, medio non conſonet
imum,
Cenſetur turpe, fluitans, mutabile, ſtultum;
Cedere principiis malo, quam cedere fini.

CAP. X.

Sic ait, & tanto dubiorum turbine tota
Curia concutitur, turbataque turba ſororum
Flu-

A. C. MCCXCIV
Fluctuat in dubiis, alta cum voce fluentes
Suſpendens animos, & murmura ſola perer-
rant:
Qualiter aura fremit, fluit aër; fluctuat unda,
Quam primo Zephyrus complanat flamine
leni
Si maris excutiat Borealis turbo ſoporem,
Vel maris inſtantes cogat vigilare procellas:
Sic animi fluitant, & mentes mentibus in-
ſtant,
Quas natura prius leni perflauerat aura.
Perflat maiori flatu prudentia mentes:
Erigitur ratio, poſcitque ſilentia nutu,
Voce, manu facie; pacis tranquilla meretur
Vultus, & ad nutum morientia murmura
nutant
Virginis in facie; prudentia plurima vultu
Paret, & expreſſi ſequitur veſtiga vultus,
Suntque relatiuae facies: gerit altera formam
Alterius, ſeſeque ſibi conformat in illa.
Vna ſibi facies faciem praeſentat utramque:
Vultus diuerſi, facies diuerſa duarum;
Non diverſa tamen, quales decet eſſe ſoro-
rum,
Parfacies, habitusque pares, par geſtus in illis,
Par modus atque decor, ſed diſpar vultus in
annis.
Nam poticr ratio, ſenii vexilla gerebat,
Plenior aetate, plenis maturior annis.
Dextra manus ſpecula triplici flammata ni-
tore

Splen-

Splendet, & in triplici ſpeculo triplicata re- A. C.
ſultat MCCXCIV.
Vitrea mollities, quae tactus abdicat omnem
Inſultum, digitique leues vix ſuſtinet ictus.
Vnius ſpeculi ſeſe concedit in vſum,
Attente ratio ſpeculo ſpeculatur in iſto
Cauſarum ſeriem, rerum ſcrutatur abyſſum,
Subiecti formaeque videt connubia, cernit
Oſcula, quae miſcet concretio, quaeue propinat
Vnio natiua, formis ſubiecta maritans,
Subiectum quae forma facit, quae perficit eſſe.
Quae rem conducit, vel quae perducit ad eſſe:
Quae generat, quae mutat eam, quae ſeruat in eſſe,
Quae ſit, vel quanta, qualis, vel quomodo ſeſe
Res habeat, reliquosque ſtatus perquirit in illa.
Argenti facies faeces exuta metalli,
Infra ſe ſplendore diem ſtellasq; relinquens.
Exultat, ſpeculi forma veſtita ſecundi.
Hic ſubiecta videt formis viduata reuerti
Ad chaos antiquum, propriamque requirere matrem,
Inque ſtatu proprio puram iuueneſcere formam,
Nec ſua degeneris ſubiecti taedia flere,
Quomodo forma ſuo gaudens requieſcit in eſſe;

A. C. Nec varios fluctus ſubiecti naufraga ſentit,
MCCXCIV Qualiter ad proprium peregrina revertitur ortum,
Subiecti fugit occaſus & funera vitat.
Subiecti ſenio non defforata iuuentus,
Formarum formas ſempet facit eſſe puellas.
Cernit in offenſo vultu, mentisque profundo,
Quomodo compoſitum ſimplex, caeleſte caducum.
Diverſum fit idem, grauidum leue, mobile certum,
Obſcurum lucens, pretioſum vile, iocoſum
Flebile perpetuum mortale, volubile fixum.
Auri nobilitas, auro decoctior omni,
Vixque ſuum dignata genus ſpeciemque fateri,
In ſpeculi tranſit ſpeciem, quae tertia rerum
Vmbras mentiri neſcit, ſed ſingula monſtrat
Certius, & ſpecie meliori cuncta figurat.
Hic rerum fontem, mundi genus, orbis Ideam
Exemplar, ſpeciem, cauſam, primordia, finem,
Conſpicit, & certis metitur ſingula cauſis:
Qua ratione, quibus cauſis, cur, quomodo, quando,
Inſtabilis, genitus, fluitans, mutabilis, iſte
Mundus ab ingenito, ſtabili, certoq; figuram,
Eſſe, ſtatum, vitam, ſpeciem contraxit, & ortum.
Quomodo terreſtrem formam caeleſtis Idea Gi-

Digitized by Google

Gignit, & in noſtram ſoboiem tranſcribit abyſſum. A. C. MCCXCIV
Mittit in exilium formas, quas deſtinat orbi.
A patre degenerat proles, faciemque paternam
Exuit, antiqui vultus oblita parentis;
Qualiter inmundo phantasma reſultat Ideæ,
Cuius in offenſus ſplendor ſentitur in vmbra,
Qualiter a fonte formarum riuus aberrans
Ingenitum perdit ſubiecti labe nitorem.
Quid cogat fatum, quid caſus defleat, aut quid
Arbitrii posſit medio librata poteſtas:
Se totam ratio ſpeculis expandit in iſtis.
Sed magis ad praeſens viſus indulget habenis,
Mentem ſollicitat, animum diffundit, vt intus
Hauriat a ſpeculis aliquid ratione probatum,
Quod digne ferri tantas mereatur ad aures.

II. Scripſit librum partim metro partim proſa quem vocauit *Planctus naturae.* *aw*) In exemplari Abbatiae Cyſonienſis inſcribebatur: *Enchridion de naturis rerum*; In exemplari Coenobii S. Bertini: *Liber de conqueſtione naturae*; Frequentius tamen: *Liber de planctu naturae.* *ax*) Quia Autor ſcilicet in principio operis introducit naturam plangentem humani generis deprauationem, foe-

aw) v. HENRICVS Gandav. de Scriptor. Eccleſ. cap. 21. *ax*) v. Caroli VISCH. praefat. ad hunc Alani librum in Operib. Alani p. 279.

Digitized by Google

A. C. dumque vitiorum dominatum; maxime au-
MCCXCIV tem, infandi Sodomiae sceleris, in quod prae-
caeteris vitiis inuehitur, in tantum, vt di-
versi Autores integro libro epigraphen ad-
figant: *Tractatus contra Sodomiae vitium.* *ay*)
In his est Robertus HOLKOTH *az*) qui contra
Sodomiae vitium fecisse librum de planctu
naturae Alanum perhibet. Christophorus
etiam HENDREICH *ba*) titulum libri facit: De
planctu naturae, & contra Sodomiae vitium.
Imo Ludouicus IACOBVS *bb*) duo diuersa Ala-
ni scripta De Planctu naturae, & contra So-
domiae vitium habet.

Exstat editum in ALANI Operibus cura Ca-
roli de VISCH Antverpiae 1654. *bc*) Vsus est
editor duobus MS. exemplaribus, quorum
primum subministrauit bibliotheca Abbatiae
Parisiensis iuxta Louanium sed valde muti-
lum, principio & fine truncatum; secundum
submisit Hugo Beckmans Abbatiae Cysoni-
ensis, ordinis Canonicorum Regularium Ar-
chimandrita, quod omnino integrum & per-
fectum erat, ac insuper vetustate sua pluri-
mum commendabile. *bd*)

Commentario hunc librum illustrauit Leo
ALLATIVS, *be*) prout ipse etiam testatur Li-
bro

---

ay) v. VISCH l. c. *az*) in cap. 10. lib. Sapientiae lectione 118. lit. A. *ba*) Pandect. Brand. p. 76. b. *bb*) de claris Scriptor. Cabilonens. L. III. p. 145. *bc*) p. 279. *bd*) v. VISCHII. praefat. l. c. p. 280. *be*) v. Lud. JACOB l. c.

bro de Apibus Vrbanis edito A. 1633. Verum vt literis ad Carolum VISCHIVM datis monuit Ferdinandus VGHELLVS ſuperueniens mors opus imperfectum ſuppreſſit. *bf*) A. C. MCCXCIV

Editionem libri Viſchianam infinitis in locis emendationem admittere collatio a me inſtituta cum tribus Academiae Helmſtadienſis Codicibus MSStis me ſatis edocuit. Vt verbis fidem faciam Carmina libro inſerta exhibebo ope dictorum trium manu ſcriptorum librorum.

Metrum I.

In lacrymas riſus, in luctus gaudia verto,
In planctum plauſus, in lacrymoſa iocos:
Cum ſua naturae video decreta ſilere
Cum Veneris monſtro naufraga turba perit.
Cum Venus in Venerem pugnans illos facit
illas; 5.
Cumque ſui bg) *magica deuirat arte viros.*
Non fraus triſtitiam, non fletus fraudis adulter
Non dolus, immo dolor, parturit, immo parit.
Muſa rogat, dolor ipſe iubet, natura precatur
Vt domem flendo flebile carmen eis. 10.
Hen quo naturae ſeceſſit gratia, morum
Forma, pudicitiae norma, pudoris amor.
Flet natura, ſilent mores, proſcribitur omnis
Orphanus a veteri nobilitate pudor.
Actiui generis ſexus ſe turpiter horret 15.
Sic in paſſiuum degenerare genus,
Femina vir factus ſexus denigrat honorem,

bf) VISCH l. c. p. 279. 280. *bg*) MS. II. ſua.

A. C. *Ars magicae Veneris hermaphroditat eum.*
MCCXLIV *Praedicat & subiicit, fit duplex terminus idem;*
Grammaticae leges ampliat ille nimis.
Se negat esse virum naturae factus in arte
Barbarus. Ars illi non placet, imo tropus.
Non tamen ista tropos poterit translatio dici;
In vitium potius ista figura cadit.
Hic nimis est logicus, per quem conuersio simplex
Artis, Naturae iura perire facit.
Cudit in incude, quae semina nulla monetat,
Horret & incudem malleus ipse suam.
Nunquam materiam matricis signat idea
Sed magis in sterili littore vomer arat.
Sic pede dactilico Veneris male iambicat usus,
In qua non patitur syllaba longa brevem.
Quamuis femineae speciei supplicet omnis
Forma viri semper huius honore minor.
Quamuis Tyndaridi vultus famuletur, Adonis
Narcissique decor victus adoret eam:
Spernitur ipsa tamen, quamuis decor ipse peroret,
Et formae deitas disputet esse deam.
Qua Iouis in dextra fulmen languoret, & omnis
Phoebi cessaret otia nervus agens.
Qua liber servus fieret, propriumque pudorem
Venderet Hippolytus, huius amore fruens.
Virginis in labiis cur basia tanta quiescunt,
Cum reditus in eis sumere nemo velit.
Quae mihi pressa semel mellirent oscula succo,
Quae mellita darent mellis in ore favum.
Spiritus exiret ad basia deditus ori

Totus

Totus & in labiis luderet ipſe ſibi. A. C.
Vt dum ſic moriar, in me defunctus, in illa MCCXCIV
Felici vita perfruar alter ego. 50.
Non modo Tyndaridem Phrygius venatur adulter.
Sed Paris in Paridem monſtra nefanda parit.
Non modo per rimas rimatur baſia Thysbes
Pyramus, huic Veneris rimula nulla placet.
Non modo Pelides metitur Virginis artus, 55.
Vt ſic virginibus ſe probet eſſe virum.
Sed male naturae munus pro munere donat,
Cum ſexum lucri vendit amore ſuum.
A Genii templo tales anathema merentur,
Qui Genio decimas, & ſua iura negant. 60.

Metrum II.

Illic forma roſae, picta fideliter,
A vera facie deuia paubulum;
Aequabat proprio murice purpuram,
Telluremque ſuo ſanguine tinxerat.
Contendens ſociis propriis, adfuit 5.
Flos illic redolens gratus Adonidis,
Argentoque ſuo nobile lilium,
Praedicabat agros, imaque vallium.
Illic flore thymus diſpare diſputans
Certabat, reliquis floribus inuidens 10.
Narciſſi ſocio flore, iocantia
Ridebant tacito flumina murmure.
Vultu florigero flos aquilonius
Florum praemicuit Lucifer omnium.
Vernalisque loquens temporis otia 15.
Stellabant violae floſculus arbuta,

A. C. *Picturae facies plena fauoribus:*
MCCXCIV *Hic floris ſpeciem viuere iuſſerat*
Quae regalis erat chartula nominis,
Scribentisque tamen neſcia pollicis.
Haec ſunt veris opes, & ſua pallia,
Telluris ſpecies, & ſua fidera,
Quae pictura ſuis artibus edidit,
Florens effigians arte ſophiſtica.
His florum tunicis prata virentibus
Veris nobilitat gratia prodigi.
Haeb byſſum tribuunt, illaque purpuram,
Quae texit ſapiens dextra Fauonii.

Metrum III.

Florifer horrentem Zephyrus laxauerat annum
Extinguens boreae praelia pace ſua.
Grandine percuſſus florum, pluit ille liguſtra,
Et pratis horum cuſſit ineſſe niues.
Ver, quaſi fullo nouus, reparando pallia pratis,
Horum ſuccendit muricis igne togas.
Reddidit arboribus crines, quos bruma retondit
Veſtitum reparans, quem tulit illa prius.
Tempus erat, quo larga ſuis expandit in agris,
Ad plauſum Dryadum, gratia veris opes.
Quo dum maior ineſt virtus infantia florum,
Altius emergens, matre recedit humo.
Quo violae ſpeculum terrae cunabula linquens,
Aeris inflatus poſtulat ore nouo.
Tempus erat, quo terra caput phalerata roſarum,
Contendit coelo ſidere plena ſuo,
Quo vexilla gerens aeſtatis, Amygdalus ortum
Prae-

Praedicat, & veris gaudia flore nouat. bh) A. C.
Quo vitis gemmata suos amplexa maritos MCCXCIV.
Vlmos, de partu cogitat ipsa suo. 20.
Proscribit brumae solaris cereus umbram,
Cogens exilium rigora cuncta pati.
Multis bruma tamen latuit phantastica syluis,
Quam syluae foliis fecerat umbra recens.
Quo flori puero Iuno dedit ubera roris 25.
Quo primum partus lactat alumna suos.
Tempus erat, Phoebi quo mortua gramina virtus
Suscitat, e tumulis surgere cuncta iubens.
Quo mundum facies iouialis stella serenat,
Cum lacrymas hyemis tergit ab ore suo. 30.
Aeris ut fidei se flos committere possit,
Nec florem puerum frigoris urat hyems.
Quo mundum Phœbus hyemis torpore gementem
Visitat, & laeta luce salutat eum.
Pristina quo senium deponit frigoris aetas, 35.
Et mundus senior incipit esse puer.
Quo noctem Phoebus propriis depauperat horis,
Pygmaeusque dies incipit esse gigas.
Quo parat hospitium Phoebo, solutq; tributum
Frixeum gaudens hospite sole pecus. 40.
Quo Philomena sui celebrat solennia veris,
Odam melliti carminis ore canens:
In cuius festo sua gutturis organa pulsat,
Vt proprio proprium praedicet ore Deum.
Quo dulci sonitu citharam mentitur Alauda, 45.
Cum volat ad superos, colloquiturque Ioui.

bb) MS. I. *notat.*

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV *Splendor laſciuos argenteus induit amnes,*
In fluuiisque ſuum iuſſerat eſſe deum.
Diſcurſus varii fontis garrire videres,
Prologus in ſomnum, murmur euntis erat.
Splendorisque ſui facie fons ipſe rigabit, bi)
Vt ſua defeſſus pocula ſumat homo.

Metrum IV.

Evulgauit hoc Caſpar BARTHIVS in Aduerſariis. *bk*)

O Dei proles, genitrixque rerum,
Vinculum mundi, ſtabilisque nexus
Gemma terrenis, ſpeculum caducis,
Lucifer orbis.
Pax, Amor, Virtus, Regimen, Poteſtas,
Ordo, Lex, Finis, Via, Dux, Origo,
Vita, Lux, Splendor, Species, Figura,
Regula mundi.
Quae tuis mundum moderans habenis,
Cuncta concordi ſtabilita nodo
Nectis, & pacis glutino maritas
Coelica terris.
Quae Noys puras recolens ideas
Singulas rerum ſpecies monetas
Rem togans forma, chlamydemque formae
Pollice formans.
Cui fauet coelum, famulatur aer,
Quam colit tellus, venerantur undae bl)

Cui

---

bi) MS. II. *rigabat.* *bk*) Lib. XIX. c. IX. *bl*) MS. III. *aquae.*

Digitized by Google

Cui velut mundi Dominae, tributum A. C.
Omnia soluunt. MCCXCIV.
Quae diem nocti vicibus catenas 20.
Cereum solis tribuis diei,
Lucido Lunae speculo soporans
Nubila noctis.
Quae polum stellis variis inaurans, 25.
Aetheris nostri solium serenans
Siderum gemmis, varioque coelum
Milite comples.
Quae nouis coeli faciem figuris
Protheans mutas auiumque vulgus 30.
Aeris nostri regione donas bm)
Legeque stringis.
Cuius ad nutum iuuenescit orbis,
Sylua crispatur folii capillo,
Et sua florum tunicata veste 35.
Terra superbit.
Quae minas ponti sepelis, adauges,
Syncopans cursum pelagi furoris
Ne soli vultum tumulare possit
Aequoris aestus. 40.
Tu mihi causam resera petenti,
Cur petis terram peregrina caelis?
Cur tuae nostris Deitatis offers
Munera terris?
Ora cur fletus pluuia rigantur? 45.
Quid tui vultus lacrymae prophetant?
Fletus interni satis est doloris
Lingua fidelis.

Me-

Digitized by Google

A. C. Metrum V.

MCCXCIV *Pax odio, fraudique fides, ſpes iuncta timori,*
Eſt amor, & mixtus, cum ratione furor.
Naufragium dulce, pondus leue, grata Charybdis,
Incolumis languor, inſatiata fames.
Eſuries ſatiens, ſitis ebria falſa voluptas,
Triſtities laeta, gaudia plena malis.
Dulce malum, mala dulcedo, ſibi dulcor amarus,
Cuius odor ſapidus, inſipidusque ſapor.
Tempeſtas grata, nox lucida, lux tenebroſa,
Mors viuens, moriens vita, ſuaue malum.
Peccatum veniae, venialis culpa, iocoſa
Poena, pium facinus, imo ſuaue ſcelus.
Inſtabilis ludus, ſtabilis deluſio, robur
Infirmum, firmum mobile, firma mouens.
Inſipiens ratio, demens prudentia, triſtis
Proſperitas, riſus flebilis, aegra quies.
Mulcebris infernus, triſtis paradiſus, amoenus
Carcer, hyems verna, ver hyemale malum.
Mentis atrox tinea, quam regum purpura ſenſit,
Sed neque mendici praeterit illa togam.
Nonne per antiphraſin miracula multa Cupido
Efficiens hominum protheat omne genus,
Cum ſint oppoſita monachus, moechator; eidem
Haec duo ſubiecto cogit ineſſe ſimul.
Dum furit iſte furor deponit Scylla furorem,
Et pius Aeneas incipit eſſe Nero.
Fulminat enſe Paris, Tydeus molleſcit amore,

Fit

Digitized by Google

Fit Neſtor iuuenis, fit Melicerta ſenex. A. C.
Terſites Paridis formam mendicat, Adonis, MCCXCIV
Dauus, & in Dauum vultus Adonis abit. 30.
Diues eget Craſſus, Codrus & abundat egendo,
Carmina dat Bauius, Muſa Maronis hebet.
Ennius eloquitur, Marcus fit mutus, Vlyſſes
Ieſipiens, Aiax deſipiendo ſapit.
Qui prius Antheum ſoluendo ſophiſtica vicit, 35.
Vincitur hoc monſtro caetera monſtra domans.
Quodlibet in facinus mulier diſcurrit, & vltra
Eius ſi mentem morbidat iſte furor.
Nata patrem, fratremque ſoror, vel ſponſa maritum
Fraude necat fati praeueniendo manum. 40.
Sicque per auferesin male ſyncopat illa mariti
Corpus, furtiuo dum metit enſe caput.
Cogitur ipſa parens nomen neſcire parentis,
In partuque dolos dum parit illa parat.
Filius in matre ſtupet inueniſſe nouercam, 45.
Inque fide fraudes, in pietate dolum.
Sic in Medea pariter duo nomina pugnant,
Dum ſimul eſſe parens, atque nouerca, cupit.
Neſcit & eſſe ſoror, vele ſeruare ſororem,
Dum nimium Cauno Byblis amica fuit. 50.
Sic quoque Mirra ſuo nimium ſubiecta parenti
Ex genitore parens, ex Patre mater erat.
Sed quid plura docebo, Cupidinis ire ſub haſta
Cogitur omnis amans, iuraque ſoluit ei.
Militat in cunctis, vllum vix excipit huius 55.
Regula, cuncta ferit fulminis igne ſui.

Vin-

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV
Vincere non potuit probitas, prudentia, formae
Gratia, fluxus opum, nobilitatis apex.
Furta, doli, metus, ira, furor, fraus, impetus, error,
Triſtities, huius ſospita regna tenent.
Hic ratio, rationis egere, modoque carere
Eſt modus, atque fides, non habuiſſe fidem.
Dulcia proponens aſſumit amara, venenum
Infert concludens optima fine malo.
Allicit alliciens, ridens deridet, inungit
Pungens afficiens inficit, odit amans,
Ipſe tamen poteris ipſum frenare furorem,
Si fugias potior potio nulla datur.
Si vitare velis Venerem, loca, tempora vita,
Et locus & tempus pabula donat ei.
Perſequitur ſi tu ſequeris, fugiendo fugatur,
Si cedis cedit, ſi fugis illa fugit.

Metrum VI.

Heu quam praecipitem paſſa ruinam
Virtus ſub vitio victa laborat?
Virtutis ſpecies exulat omnis,
Laxantur vitio frena furoris,
Languet iuſtitiae lucifer. Huius
Vix vmbrae remanent vmbra ſuperſtes
Extinctumque ſui ſidus honoris
Deflet, lucis egens, noctis abundans
Dum fulgur ſcelerum fulgurat orbem,
Nox fraudis fidei nubilat aſtrum:
Virtutumque tamen ſidera nulla
Iſtius redimunt noctis abyſſum,
Incumbit fidei veſpera mundo

No-

Digitized by Google

Nocturnumque chaos fraudis abundat. A. C.
Languet fraude fides, fraus quoque fraudem MCCXCIV
Fallit fraude, dolo sic dolus instat, 15.
Mors moris egent moribus orbis.
Leges lege carent, iusque tenoris
Perdunt iura sui, nam sine iure
Fit ius omne, viget lex sine lege; 20.
Mundus degenerat, aurea mundi
Iam iam degenerant saecula, mundum
Ferri pauperies vestit, eundem
Olim nobilitas vestiit auri,
Iam nec bn) *hypocrisis pallia quaerunt* 25.
Fraudes, nec scelerum foetor odorus
Vt prauo chlamydem donet odori
Virtutum sibimet balsama quaerit.
Non vrtica rosis, alga hyancinthis,
Argento scoria, murice fucus 30.
Formae pauperiem palliat, vt sic
Interni redimat crimina vultus.
Sed crimen phaleras exuit omnes,
Nec se iustitiae luce colorat:
Sed se iam vitium glossas aperte, 35.
Fit fraus ipsa sui lingua furoris,
Quid tuti supereſt, cum dolus armat
Ipsas in propria viscera matres?
Cum fraternus amor fraude laborat,
Mentiturque manus dextra sorori? 40.
Censetur reprobum ius probitatis,
Obseruare probos & pietatis

Lex

---

bn) MS. II. *non.* MS. III. *prob.*

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV

Lex eſt impietas, eſſe pudicum
Iam cunctis pudor eſt. Absque pudore
Humanos hominis exuit vſus
Non humanus homo. Degener ergo
Bruti degeneris induit actus,
Se ſic exhominans exhominando. bo)

Metrum VII.

Poſtquam ſacra fames auri mortalia punxit
Pectora, mens hominum neſcit ieiuna timere;
Laxat amicitias, odium parit, erigit iras,
Bella gerit, bellum nutrit, litesque renodat
Rumpit nodata, dirumpit foedera, natos
Excitat in patres, matres in viſcera, fratrum
Dat fratres veſtire togas, & ſanguinis omnes
Vnio quos vnit, furor hos male diuidit vnus
Dum ſtomachum mentis hydropicat ardor habendi,
Mens potando ſitit, & Tantalus alter in illis
Ardet aquis, viresque ſiti dat copia cenſus.
Eſurit ergo ſatur, ſitit ebrius, optat abundans.
Vnus cuncta cupit, ipſaque cupidine pauper
Efficitur, diuesque foris manet intus egenus,
Nil habet ergo miſer, dum nil ſe credit habere
Diuitiis, dum pauperiem ſua vota repenſant
Hoſpicium cordis & moenia mentis auarae
Inuadunt hoſtes multi, multoque tumultu
Totam ſollicitant humani corporis arcam.
Iam timor aggreditur mentem, pariterq; cupido
Concutit & totam mentis depauperat vrbem.
Curarum geminus turbo ſic turbat auarum;
Cum-

bo) MS. II. *exhominandum.*

Cumque timenda timet, mens ſomniat ipſa timores, A. C. MCCXCIV
Saepe nouos fingitque metus, damnique timore
Damna luit, damnisq; malum formidine penſat:
Sic caſus varios terroris ſomnia monſtrant
Vxoris fraudem, furisque ſophismata, terror
Nunciat, inſultus hoſtis, iugulumque minantes
Mentitur gladios, & fulmina dira potentum.
Nunc anguis bp) *peſtes recolit, nunc concipit iras*
Oceani, ſoloque metu iam naufragus exſtat.
Diuitis in mundo mens philoſophatur in arca
Dum nummum ſepelit, nummusque ſepultus auari
Vſibus emoritur, illum non ille ſed ille
Poſſidet, & totum nummus ſibi vendicat vſum.
Vt loculis varia numorum fercula donet,
Iniungit proprio dives ieiunia ventri.
Horret avaritiam venter, propriosque negari
Miratur reditus, loculi ſuffragia quaerit,
Sed ventri loculus ſurdas accommodat aures.
Pabula viſus habet, & conuiuatur ocellus
Solus in argento, ſed venter philoſophari
Cogitur, & longo patitur ieiunia voto.
Non lacrymae, non mella precum, non ipſa perorat
Pauperies hominis, quin foenore diues egenum
Deuoret, & ſe nunc miſeri facit eſſe crumenam.
Pauperis in lacrymis ridet, miſerique labore
Paſcitur, & poenam ſibimet facit ipſe quietem.

bp) MS. U, *ignis.*

A. C. MCCXCIV. *Hunc dolor, hunc risus, iocus hunc, moeror tenet illum,*
Hic gemit, hic ridet, dolet hic, dum dedolet ille.
Omnis in affectum nummi laxatur auari
Diuitis affectus, nec enim datur vlla voluntas
Menti, qua possit alias deflectere vultus.
Diuitias non diues habet, sed habetur ab illis.
Non est possessor nummi, sed possidet ipsum
Nummus, & in nummis animus sepelitur auari.
Hos colit ille deos; haec idola ditat honore
Diuini cultus, nummus male munera donat.
Si omnis ratio calcata cupidine carnis
Seruit, & ancilla famulari cogitur illi.
Si oculus cordis, carnis caligine coecus,
Languet, & eclypsin patiens agit omnia solus.
Sic iubar humani sensus male palliat vmbra
Carnis, fitque nimis ingloria gloria mentis.
Diuitiis vel divitibus non derogat ille
Sermo, sed vitium potius mordere laborat.
Non census, non diuitias, non diuitis vsum
Damno, sed victor animus ratione magistra
Subiectas sibi calcat opes, si denique census
Nobilis auriga ratio direxerit vsum.
Nam cunctas si spargat opes, si munera fundat
Diues, & in laudem spiret tentetque fauorem
Munere lucrari, tamen huius muneris auctor
Doctor & auriga nisi sit discretio, nullus
Fructus ei, laudem sibi quaerit, non dona merentur
Et potius mercantur eam, nisi facta decenter
Discrete fuerint, pro munere namque frequenter

Laus

Laus datur hypocrita famae simulatio falsa, A. C.
Simia laudis honor, vmbratilis vmbra fauoris. MCCXCIV

Metrum VIII.

Ne te guloſae ſcylla voraginis
Mergat profunda nocte libidinis
Praebe palato frena modeſtiae,
Ventri tributum ſolue modeſtius;
Imbrem Lyaei ſemita gutturis
Libet modeſte bacchica pocula
Pota parumper, vt quaſi poculis
Bacchi putetur os dare baſia.
Frangat Lyaei lympha ſuperbiam,
Bacchi furorem flumina temperent:
Naptam Lyaeo ſe Thetis offerat,
Frenet mariti nuptá tyrannidem
Plebeia ſimplex, rara comeſtio
Carnis ſuperbae murmura conterat.
Vt te tyrannus parcius vrgeat,
Semper in iſta carne ſuperbiens,
Lentus cupido ſic aget otia,
Fraenentur in te frena cupidinis,
Languens ſtupeſcat carnis aculeus,
Ancilla fiat ſic caro ſpiritus:
Largire viſus peſſula ianuae,
Frenans ocellos, ne nimis improbe
Venentur extra luminis impetus
Praedamque menti nuntius offerat.
Si quos habendi feruor inebriat,
Exire cogant mente pecuniam,
Mentis triumphum ſentiat ambitus,
Victae premantur colla cupidinis.

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV.

Non in crumenis ipſa pecunia
Clauſis moretur, pigraque dormiat,
Nulli vacando, ſed magis excubet
Cuſtos honoris diuitis vſibus
Si tempus adſit, ſi locus exigat,
Surgat ſepultae maſſa pecuniae,
Nummos crumenae funditus euomant.
Quaeuis honori munera militent.
Calcare ſi vis colla ſuperbiae,
Flatus tumoris, fulmina ſpiritus,
Penſa caducae pondus originis,
Vitae labores, mortis apocopam.

Metrum. IX.

Dum tuba terribili bellum clamore ſalutans
Intonuit, cognata loquens praeludia belli.
Mugitu ſimili ſimilem ſignando tumultum.
Aera laedebat mendaci vulnere cornu.
Deuia vox huius, vox huic anomala neſcit
Organicis parere modis, orique fauere
Spernit, & effrenem miratur muſica cantum.
Grataque vox citharae ſerenans gratius illic
Melliti tribuit auri conuiuia vocis,
Quae cantus varios faciens variando colorans,
Nunc lacrymas in voce parit, mentita dolorem.
Nunc falſi riſus, ſonitu mendacia pingit,
Et lyra quae ſemper cantu philomenat amoeno,
Dulcius alliciens, oculis phoenomena ſomni
Lectitat, & ſepelit offenſae murmura mentis
Fiſtula, quae noctu ſollers vigil excubat, imo
Excubiis vocem compenſat damna ſoporis:
Auribus arriſit per quem fit cerea mentis

Sa-

Digitized by Google

Saxea durities, mentisque ligueſcere durae A. C.
Cogitur aſperitas, proprium fugare rigorem. MCCXCIV
Nunc noctis curſum, cantusque volucris acu- 20.
men
Obtuſae vocis tardabant tympana greſſum.
Non tamen omnino cantus fraudatur honore,
Verbo ſi quis ea ſubtili verberet ictu
Suſcitet atque manus tactu bq) *delibet amico,* 25.
Aeris exhauſti tractu ſatiata profundo.
Sub dulci ſtrepitu ructabant organa ventum,
Diuiditur iuncta, diuiſaque iungitur horum
Diſpar comparitas cantus, concordia diſcors,
Vnio diſſimilis ſimilis diſcretio vocum. 30.
Plebaei ſonitu mendica voce ſonabant
Cymbala, quae nunquam faciem clamando per-
orant
Auribus, auditus hominum vix digna mereri.
Nullus erat maior, melior, vel mollior illo,
Quo concludebat praedictis cantibus vnus, 35.
Dulcis Pentaphonae cantus, veſtigia cuius,
Cuius adorabat votum plebs aemula cantum.
Et qui cum cithara diſcordi diſputat ore,
Pſalterii condita fauo, mellita canore,
Inſonuit vox grata ferens munuſcula cantus. 40.
Siſtra puellaris tactum poſcentia dextrae,
Linguae feminei Martis bellique prophetae,
Vocis inauditae miracula voce canebat.

III. *Parabolas. Doctrinale altum* inſcri-
bitur liber in nonnullis editionibus de qui-

q) MS. III. *cantus.*

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV bus mox. *Doctrinale minus*, alias *Liber Parabolarum* in editione Viſchiana. *Compilatio Prouerbiorum* in manuſcripto Helmſtadienſis bibliothecae Academicae codice. Fallitur Ludouicus IACOBVS, *br)* qui Librum de Parabolis & Paruum Doctrinale diuerſa ſcripta habet. Errat etiam Chriſtophorus HENDREICH, *bs)* quia tria numerat diuerſa Alani opera Tract. cui tit: A Phoebo Phoebe; De Parabolis ſeu Doctrinale altum, & Paruum doctrinale, quod periiſſe perhibet. Ἀνώνυμος occurrit titulo: Verſus aliquot ſic incipientes: A Phoebo Phoebe lumen capit &c. inter Codices Bibliothecae Bodleianae Manuſcriptos. *bt)* Item titulo: Poema quod incipit, A Phoebo, Phoebe &c. inter libros MSS. collegii S. Trinitatis apud Cantabrigiam. *bu)* Item titulo: Anonymus. Init: A Phoebo Phoebe lumen; inter libros manuſcriptos Thomae Gale. *bw)*

Scripta ſunt Prouerbia carmine elegiaco. Non vero leonino ut habet Antonius du VERDIER in Bibliotheca Gallica.

Habet haec compilatio ſex diſtinctiones, vel capita, quorum primum diſticho, ſecundum tetraſticho, tertium hexaſticho, quartum

br) de ſcriptor. Cabilonenſib. Lib. III. p. 145. *bs*) Pandectar Brandenburg. p. 76. b. *bt*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae Vol I. P. I. p. 184. n. 4065. Tr. 2. *bu*) n. 5. v. Catalogos cit. P. III. p. 99. n. 446. *bw*) n. 266. v. Catalogos cit. T. II. P. I. p. 191. n. 6100.

Digitized by Google

tum octoſticho, quintum decaſticho, ſex- A. C.
tum dodecaſticho unumquodque prouer- MCCXCIV
bium includit

Prodiit ſi fides habenda Chriſtophoro HENDREICH *bx)* Anno Chriſti 1449
Primò *by)* excuſum typis eſt De Parabolis Philoſophiae, ſiue Doctrinale altum Dauentriae 1492. *bz)*

Poſtea titulo: Doctrinale altum ſeu liber parabolarum Alani metrice deſcriptus cum ſententiis & metrorum expoſitionibus, utilis valde, ad bonorum morum & virtutum (quae via ſunt ad beatitudinem) inſtructionem. Coloniae per Henricum Quentell. Anno Domini MCCCC LXXXXVII. q.

Deinde eruditis commentariis latinis illuſtratus anno 1501. Lugduni, praefixo compendio vitae Authoris in paruo folio *ca)*

Inde rubro: Alanus metricus in parabolis cum optima expoſitione. Coloniae in officina Henrici Quentell Anno ſalutifero MDII. decima quinta Aprilis. q.

Item Lipſiae 1516. 4. *cb)*

Prodiit & inter auctores octo Morales qui An. 1520. prodierunt forma quarta maiore apud Martinum Boillon, una cum commento. *cc)*

bx) l. c. *by)* v. Caroli de VISCH Praefatio ad Doctrinale in Operibus Alani p. 421. *bz)* v. Valerii ANDREAE Bibliotheca Belgica ed. *Louan.* 1643. p. 32. *ca)* v. VISCH l. c. *cb)* v. ANDREAS l. c. *cc)* v. Jo. Alb. FABRICII Biblioth. Latin, ed. Hamb. 1712. Supplem. p. 300.

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV

Hinc in rythmos Gallicos translatus, & commentariis moralibus eiusdem idiomatis honoratus anno 1536. Parisiis in 16. typis Dionysii Ianot. *cd*)

Item Lugduni 1438. 8. *ce*)

In Operibus Alani Antverpiae 1654. *cf*)

Cum Comment. Notis Philologicis illustratum edidit. And. SENFTLEBIVS. Wratisl. 1663. in 8. *cg*)

Commentarius in Parabolas iunctus est diuersis editionibus memoratis manuscripto item, quo usus sum, Helmstadiensi. Cum Vischius in editione sua non nisi Dauentriensi Anno 1492. Lugdunensi A. 1501. & Parisiensi 1536. anni exemplaribus impressis fuerit usus, egoque praeter MStum Helmstadiense editiones Colonienses annorum 1497. & 1502. consuluerim, exstantioresque diuersitates annotauerim opus integrum ad exemplaria mea adornatum dare non pigebit.

LIBER PARABOLARVM.

Caput I.

A Phoebo Phoebe lumen capit; a sapiente
Insipiens sensum, quo quasi luce micat.

*

Non aliud, nisi se, valet ardens Aethna cremare;

Sic

---

cd) v. VISCH l. c. *ce*) v. Christophorus HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 76. b. *cf*) p. 421. *cg*) v. HENDREICH l. c.

Sic se non alios inuidus ipse cremat. A. C. MCCXCIV.

*

Sus de sorde leuat saltem dum colligit escas.
Cur nunquam surgit sorde volutus homo?

*

Vtribus antiquis vinum committere noli;
Nec senibus sensum quem retinere velis.

*

Nititur in vetitum quod in agros defluat aequor;
Sic facit illicitum, quam cito peccat homo.

*

Stultior est stulto, qui mandat balsama cribro;
Et verbis pleno verba tacenda viro.

*

Saepe viatorem noua non vetus orbita fallit;
Sic socius socium non vetus imo nouus.

*

Non est in speculo res quam speculamur in illo;
Eminet & non est in muliere fides.

*

In sterili steriles aratrum facit aggere sulcos;
Et labor in miseris est sine fruge scholis.

*

De minimis granis fit grandis summa caballi;
De breuibus mendis non veniale malum.

*

Non sibi sed reliquis aries sua vellera portat.
Sic aliis unit semper auarus homo.

*

Non leuiter velli valet unco quod tenet ille;
Nec aes a loculo quod manus arcta ligat.

A. C.
MCCXCIV *Mille viris praebere poteſt pincerna Liaeum;*
25. *Pocula doctrinae pluribus unus homo.*

*

Accipit & nunquam reddit mare Scylla receptum;
Sic rapit & retinet debitor aera malus.

*

Non leuiter corio canis trahetur ab vncto;
30. *Nec nebulo diſco dum ſociatur* ch) *eo.*

*

Sub molli paſtore capit lanam lupus; & grex
Incuſtoditus dilaceratur eo.

*

Gratior eſt ſolito poſt maxima nubila Phoebus;
Poſt inimicitias clarior eſt & amor.

*

35. *Loricam duram poſſunt penetrare ſagittae;*
Sic cor deriſus & mala verba meum.

*

Subtrahe ligna foco, ſi vis exſtinguere flammas;
Si carnis motus: otia, vina, dapes.

*

Firmiter in portu puppem tenet anchora morſu;
40. *Sic in propoſito ſpes rata corda ſuo.*

*

Ripa retentat aquas pelagine migret in arua;
Sic tenet irati frena modeſta manus.

*

Saepe cicatrices in vulnera priſca reſurgunt;
Ad mala facta ſui gens male ſana redit.

Fra-

---

ch) Edd. *ſatietur.*

Digitized by Google

A. C.
MCCXCIV

Fragrantes vicina roſas urtica perurit;
Et inſtos ſemper turbat iniquus homo. 45.

In palea dum grana iacent immunda videntur;
Eſt ſimilis prauis qui manet inter eos.

Ictibus undarum rupes immota reſiſtit;
Auctibus aſſiduis & bonus obſtat ci) *homo.* 50.

Mobile cum vento folium volat arbore captum;
Sic mens inſtabilis ſemper ut aura volat.

Stultus qui puppem ſine remige ducit in altum;
Et ſine ſubſidio qui graue ſumit onus.

Per patulas rimas ſol lucens intrat in aedem; 55
Corda per auriculas dogma docentis init.

Multotiens captum trahit hamus ab aequore piſcem;
Sed bonu verba mali nullus ab ore trabet.

Pauperat & ditat talorum luſibus Vlphum
Alea; ſed vitet ne mage fiat inops. 60.

Extincti cineres ſi ponas ſulphura viuent;
Sic vetus appoſita mente caleſcit amor.

Dira charybdis aquas bibit & vomit omnibus horis;

Sic

ci) Ed. II. *omnis.*

A. C. MCCXCIV

Sic dat ſic aufert ſors ſua dona viris.

Currere cogit equum ſub milite calcar acutum;
Et puerum ſtudio virga vacare ſuo.

Non perit ipſe ſua propria qui nauigat aura;
Nec vir qui propria degere debet ope.

Tranquillum nequit eſſe fretum dum peſte mouetur;
Nec manſuetus homo dum mouet ira iecur.

Cur aperit portam qui claudere non valet illam;
Cur mihi rem ſpondet, qui dare nequit ck) *eam.*

Concipit ut pariat mulier dum venerit hora;
Tu quoque ſuſcipiens des aliquando mihi.

Nulla poteſt ſedare ſitim flagrantibus unda;
Copia nec cupidi cor ſatiare viri.

Vipera virus habet quae cum calet euomit illud;
Claude ſinum probibe ne caleſiat ibi.

De nuce ſit corylus de glande ſit ardua quercus;
De paruo puero ſaepe peritus homo.

Futile vas fundit ſincerum vina retentat;
Sic audita tenet mens bona fundit hebes.

In

ck) MS. *mihi non dat.*

A. C.
MCCXCIV.

*In nihilum nix alta fluit si desuper imber
Decidat, & vitio fama perempta perit.*

*Stratus humi palmes subeuntibus indiget vlnis;
Indiget auxilio diuitis omnis inops.*

*Non possum cohibere canem quin latret ubique;
Nec queo mendaci claudere labra viro.*

*Fumum non ignem iaculatur ab ore caminus;
Obloquio non re liuor obesse potest.*

*Non domus at dominus laudetur si bonus is sit:
Si autem dominum spernimus atque domum.*

*Non ibis rostrum non ardea deserit anum:
Non leuiter vitium dum facit illud homo.*

*Aufert de solo nigra nubes lumina solis;
Et patris auxilium dira nouena mihi.*

*Non semper moriuntur aues quibus insidiatur
Arcus; nec mihi sunt tela nec hasta minae.*

*Sidera splendorem non possunt addere soli,
Cum superet solis lumina cuncta iubar.*

*Si Cato sis & vis in candida vertere nigra:
Curaque sit curae diues & esse potes.*

In viscum volucres ducit cum cantibus Auceps,

In

In fraudem gentes blaesa loquela viri.

A. C. MCXCIV.

*

Impetus est syluis & vasta leonibus ira:
Et tamen inter se ius sociale tenent.

*

Post noctem sperare diem, post nubila solem,
Post lacrymas risum laetitiamque potes.

*

Omnia Caesar habet, sed gloria Caesaris esse
Desinit & tumulum vix habet acto pedum.

*

Non ruit in rupes, nec in alta pericula, nauis,
Quam maris in motus remige rector agit.

Cap. II.

Luctatur cum nocte dies, cum nube serenum,
Cum tenebris lumen, cum nece vita vigens.
Sic labor in nobis, nam spiritus & caro semper
Pugnant & morimur si caro vincat eum.

*

Pondera portat equus, bos terram sulcat aratro,
Vellera portat ouis, seruat ouile canis:
Omnia quippe suae naturae debita soluunt
Praeter eum qui plus his rationis habet.

*

Aethereus motus mouet omnia sidera, praeter
Vnum, sed semper permanet illud idem;
Sic constans & fidus homo sine fine tenebit
Hunc in more modum, quem tenet ipse polus.

*

Phoebus ab occasu rursus raptatur ad ortum
Quem

Digitized by Google

Quem prius huc illuc machina versa tulit A. C.
Sic in amicitia modus errat flagrat & ardet MCCXCIV
Corruit & surgit, quod magis odit amat, 15.

*

Tutior est locus in terra quam turribus altis
Qui iacet in terra non habet vnde cadat:
Imbres & venti tonitrus & fulmina turres
Flatibus euertunt stare sed ima sinunt. 20.

*

Non possunt habitare simul contraria cum sint
Mors & vita, procul decidet haec ab eu.
Sic duo sunt quae non possunt intrare cor vnum
Vanus amor mundi, verus amorque dei.

*

Stratus humi non surgit, item dum poplite flexo 25.
Portat onus graue quo praecipitatur equus.
Si, homo qui magna vitiorum mole grauatur.
Non nisi deposita mole leuare potest

*

Non quo nauta velit, sed quo volet cl) *aura*
vehetur
Puppis cum tumidi venerit ira maris: 30.
Non quo propositum, sed quo sors ducit eundum
Quemlibet ac hominem sic decet ire duce. cm)

*

Apparet phantasma viris, sed rursus ab illis
Vertitur in nihilum, quod fuit ante nihil.
Sic & adest & abest fugitiui gloria census. 35.
Nam prius aduentat, post quasi somnus abit.

Dum

---

cl) MS. *velit.* cm) *Est homini licitum quo docet ire via.* Edd.

A. C.

MCCXCIV *Dum calor eſt, & clara dies, formica laborat*
Ne pereat dum nix venerit alta fame.
Sic iuuenis dum tempus habet ſudoribus aptum
Quaerat, quo poſſit laſſa ſenecta frui.

*

Non adeo ſublime leuat leuis ala volucrem,
Quin redeat rurſus rura relicta petens.
Non ita ſubvectos rota ſurgens tollit in altum,
Quin vergens illos rurſus ad ima ferat.

*

Ebrius ante bibit, quam nauſeat, ante liguris
Quam vomat, ante leuat quam pede firmus eat
Non ſic in nobis, nec eſt ſic ordo retentus
Ante docere modo quam didiciſſe iuuat.

*

Non emitur care res legibus empta forarum
Venditor ac emtor ſunt ibi mente pares.
Sed nihil eſt quod ſit ſub coelo carius emtum,
Quam quod emunt longae fronte rubente preces.

*

Dentibus acceptas rurſus bos ruminat herbas
Vt totiens tritae ſint alimenta ſibi
Sic documenta tui ſi vis retinere magiſtri
Saepe recorderis quod ſemel aure capis.

*

Follibus incluſas faber improbus excitat auras,
Dum ferrum durum molliat ipſe focus:
Sic ortus furor intus agit praecordia ſtulti
Dum

Digitized by Google

Dum veldit molles litis agone viros. A. C. MCCXCIV

Voce molossorum latebris agitantur onagri, 69.
Exit & ipse canum dente timendus aper:
Sic & presbyteri vitiosos quaerere debent
Et nisi poeniteant ense ferire dei.

Et miser & diues fuit olim rex Mida, diues 65.
Auro, sed vitae conditione miser;
Sic custos census, sic omnis viuit auarus,
Dum nihil & multum possidet ille boni.

Hesperus astrorum se praefert vespere primum
Qui facit immensum quo micat ipse iubar. 70.
Sic cito non tarde se monstrat egentitus ille,
Qui clarum gemini lumen amoris habet.

Aeolus ingentes ventorum temperat iras
Et mare Neptunus saepe tridente domat:
Sic sese Dominus faciat feritate timeri 75.
Qui regimen magnae gentis habere cupit.

Bella mouet citius cui desunt cornua taurus
Quam qui cornuta fronte ferire potest:
Saepius in vico pueros pugnare videmus
Quam validos homines queis solet esse vigor. 80.

Impatiens aratri si bos iungatur aratro,
Tortam non rectam carpit arando viam:
Sic sunt qui retrahunt gradientes saepe retros-
sum

A. C. MCCXCIV

Cum videant alios carpere lucis iter

*

Cum niue cum pluuia cum grandine vertere capras
Ac niti contra fronte videmus oues.
Iniuſtos fraus, ira, nefas, iniuria, captant
Sed iuſtus toto corde reſiſtit eis.

*

Non potis eſt pelagus leuiter tranſire liburnus
Ni ſit qui remis currere cogat eum.
Non valet ad metam curſum producere curſor
Ni ſibi pes & ſpes auxilientur ibi.

*

Longius ille videt qui multis ſpectat ocellis
Quam cui dat viſum ſolus ocellus homo:
Idcirco vaccam ſeruandam tradidit Argo
Sponſa Iouis Iuno, non Polypheme tibi.

*

Vim minus exercet qui late ſpargitur ignis
Quam cui collectae vim tribuere faces.
Fortius inuadit, qui vires colligit hoſtem
Quam qui diſperſis viribus obſtat ei.

*

Peſſimus eſt hoſtis qui cum benefeceris illi
Fortius inſurgit bella mouendo tibi:
Sic carni fac velle ſuum ſibi bella moueri
Vis tibi ſi pacem tela domato fame.

Caput III.

Non teneas aurum totum quod ſplendet ut aurum
Nec pulchrum pomum quodlibet eſſe bonum.

Non

Non eſt in multis virtus quibus eſſe videtur A. C.
Decipiunt falſis lumina noſtra ſuis. MCCXCIV
Plus aloes, quam mellis habent in pectore tales,
Quos ſanctis ſimiles ſimplicitate putes.

*

Morſibus aggreditur lignum capra quo religatur
Cum ſibi nil aliud quod lacerare queat.
Quamuis diuitias cupiat ſibi quisque neceſſe
Vt capiant homines id quod habere queunt.
Nil prodeſt optare maius vel quaerere nobis
Quam quod vel quantum vult deus ipſe dare.

*

Ad vada Neptuni fontes & flumina currunt,
Et quocunque poteſt currere currit aqua.
Poſt valles quas ſemper amat dilabitur vnda
Et colles odio quas habet illa fugit
Queis ſatis eſt his plura fluunt: his vndique fertur,
His datur, his emitur, pauper vbique iacet.

*

In boream Zephyrum conuerti ſaepe videmus
Nomine mutato rurſus & hunc in eum.
Non tamen admiror de tempore ſi varietur
Cum ſic cunctorum conditor eſſe velit:
Sed miror miranda nimis vaga corda virorum
Cur toties mutant ſe prohibente Deo.

*

Non aliam legem patitur fur quam latro captus
Quamuis de nocte fur eat, ille die.
Non minus hic peccat cenſum qui condit in agro

A. C. MCCXCIV 30.

Quam qui doctrinam claudit in ore suo.
Absit commissum sine lucro ferre talentum
Ne seruos nequam nos vocet ira dei.

*

Non opus est somno syrenes ingredienti
Nec sibi qui studio falsa cauere volet.
Sæpe stylum vertit versum qui fingere debet cn)
Dentibus & vngues & scabit vsque caput
Quaerit quae primum quae postea ponere possit
Non apte quaeuis verba locare potes.

*

Thersites vitium non vires auxit Atheni,
Inops virtutis garrulitate potens.
En inter scacos Alphinus inutilis exstat
Inter aues bubo fucus & inter apes
Inter narrantes cifram iuuat esse figuras
Et vult multotiens anticipare locum.

*

Separat instantes istmos breuis insula fluctus
Et pacem gemini continet vna muris.
Non possunt tauri concurrere fronte minaci,
Dum baculum pastor subleuat inter eos.
Apula gens Lucanaque co) *semper bella minantur*
Et rabiem media gens Venusina vetat.

*

In cauea propria fit atrox & aspera vulpes
Quae potius fugeret si foret illa foris.
Improbus & mordax canis est in limine noto.

Dum

cn] Ed. I. *gliscit.* co) MS. *Lucanica.*

Dum videt auxilium vim ſibi ferre canum. A. C.
Inter conſortes audacior eſt homo nequam MCCXCIV.
Quam ſit in extraneis hoſte minante locis.

*

Inventum tarde leporem cito perdimus inter
Vepreculas cum ſit res fugitiua lepus.
Perdimus anguillam manibus ſi ſtringimus illam
Cuius labilitas fallit in amne manus.
Sic abit inuentus niſi conſeruetur amicus.
Et niſi libertas mutua ſeruet eum.

*

Non bene firmus erit digito qui ſoluitur vno
Nodus, nec fortis tam cito fracta fides.
Nunquam vir fidus qui deſinit eſſe fidelis
Nunquam qui non eſt verus amicus erit.
Ex quo conueniunt duo pectora pectus in vnum
Fas eſt vt maneant pectora pectus idem.

*

Mente minus ſanus quam corpore creditur aeger
Qui medicos ſtulte fuſte vel enſe ferit.
Quis magis inſanus quam coecus in ardua ducs,
Si tunc contemnat felle tumente ducem
Lippo vel luſco collyria nigra medentur
Qui ſemel eſt luſcus non niſi luſcus erit.

*

Nolumus in ſcirpo quo non eſt quaerere nodum
Nec ſuper infirmum ponere magna gradum.
Pasce canem, paſtus tuus illum leniet, & te

A. C. *Quamuis caedatur laesus amabit herum.*
MCCXCIV *Fac seruo nequam bona semper & omne quid illi*
Praebueris perdes cum sibi nullus amor.

*

Ridiculus mus est qui muribus imperat & qui
80. *Tamquam rex horum sic dominatur eis.*
Non minor est risus de seruo quando leuatur
In dominum quoniam voce manuque ferit.
Asperius nihil est humili dum surgit in altum
Pingitur excelsa simia sede sedens.

*

85. *Diuersis diuersa valent medicamina morbis,*
Vt variant morbi sic variantur ea.
Non uno doctrina modo se mentibus infert:
His timor, his monitus, his adhibetur amor.
Quadrupedes adaquare nequis dum percutis illos
90. *Nec cogit cunctos virga studere rudes.*

*

Paruula venalem comprendit mantica telam;
Et iacet exiguo multiplicata loco.
Quis scit cp) *quod cupidae menti non sufficit orbis*
Praedia terrarum, gloria, census, honor.
95. *Ius est ut penitus terrae sit homunculus exper*
Qui totam terram solus habere cupit.

*

Faucibus innocuis deserta leunculus ambit
Cum nihil inueniat quod lacerare queat.

Non

cp) Edd. *cur sic.*

Non ſemper pungit ſerpens, nec fundit ubique A. C.
Virus, quod ſecum ſemper in ore gerit. MCCCXIV
Non equidem ſtimulo, nec parceret ille veneno, 100.
Si quid adeſſet quod laedere poſſet eo.

Caput IV.

Non bene de pedibus ſpinae tribulique trahuntur,
Dum breuis interius ſpina relicta manet!
Quo mora maior erit tanto mage vulnera putrent,
Et tunc non poſſunt abſque dolore trahi.
Qui culpas de corde trahit trahat uſque recentes, 5.
Et cunctas una ne ferat una necem.
Quid prodeſt medico plagas ſanaſſe ducentas
Si maneat ſola qua moriatur homo.

*

Arbor quae late ramat niſi firma ſtat imo
Cum ramis facili corruit icta notho, 10.
Sed quae radices habet in tellure profundas
Obſtat & euerti peſte furente nequit.
Qui ramos famae non radices meritorum
Extendit late ſcitò quod ipſe ruet.
Non ſolum coelo qui verbula vana profanat 15.
Aſt etiam vano diſplicet ille ſolo.

*

Non minus eſt dulcis paruo de fonte recepta
Quam quae de magno flumine fertur aqua.
Et cadus & dolium retinet quandoque falernum
Nec dolium melius quam breuis ipſe cadus. 20.
Nec magis egregio vino dulceſcit in auro

A. C. MCCXCIV

Quam facit in ſcyphis quid minus aſſe valent.
Qualiscunque miſer, benedicat vel bona nemo
Corpore vel miſero vilia verba putet.

*

Viſibus intentis ſcrutatur ab aethere praedam
Miluus, & a longe fruſta relicta videt.
Non licet eſuriat ſtatim deſcendit abatto
Sed variis gyris circuit ipſe locum.
Sunt nam qui laqueos poſita dape ponere tentant
Vt ſic incautae decipiantur aues.
Denique proſpecto nihil aucupis artis adeſſe
Vnguibus accedit tutus & exta capit.

*

Nonnihil exempli vermes de carne creati
Demonſtrant oculis notificantis opus.
Dentibus acceptam inuadunt morſibus illam
Non quaerunt aliam dum ſibi durat ea.
Conſilii nihil eſt niſi ſal ſuccurrere poſſit
Sal poſitum large mordet & arcet eos.
Vermibus hic mos eſt nec ſolum linquitur illis
Sunt in quos tranſit iam furor ipſe viri.

*

Non propter pennas laudat conuiua volucrem
Nec propter corium mango diſertus equum,
Nec equidem ſimilis per ſingula curſitat uſus
Veſtes non homines omnis honorat homo.
Hunc noua facta nouum ſtatuunt per ſingula morem
Et nihil excepto pauper e vile iacet.
Nil bene pauper agit, ſed pro ratione tenetur

Quic-

Quicquid agat diues seu bene siue male. A. C. MCCXCIV.

*

Sumta quid esca valet quae quam cito sumitur exit
Nausea cor vexat viscera laxa dolent.
Quando non patitur medicamina morbus in aluo
Non signum vitae sed necis esse puto.
Vt dape venter eget sic spiritus indiget illa
Non bene pascuntur cum nihil alter habet.
Non discunt quicunque scholas ubicunque frequentant
Nam plures veniunt ut videantur ibi.

*

Bos semel est vitulus canis semel cq) *ipse catellus.*
Cur homo bis puer est quem licet esse semel?
De puero natura senem facit ut petit ordo
Sed vitium pueri de sene reddit item.
Non est barbati plaustello cr) *iungere mures*
Nec casu tali multiplicare vices.
Bis puer est homo virque semel, quem viribus una
Cum sensu laxis balba senecta domat.

*

Saepe molossus ouem tollit de fauce luporum
Vt raptam comedat, non vt abire sinat.
Quid refert an ab hoste lupo moriatur, an illo
Cum dentes aeque sint vtriusque graues.
In multis similes ratio considerat actus
De quibus expertus verba referre cs) *potest.*

cq) Edd. *semel est canis.* cr) MS. *plaustrillo.*

A. C. MCCXCIV.

Res hominum cunctas defendit ab hostibus Alcon
Vt sibi non illis res tueatur eas.

Simpliciter coecus prohibetur ducere coecum
Ne coecus coecum ducat in antra secum.
Sed tamen insanum prohibere nequimus Alanum
Quin coecos dubio ducere calle velit.
Non queritur quod turpe pedes offendat eundo
Sed quid tam pauci nocte sequntur eum.
Miror & admiror quod iter lucis arrogat ille
Quem nunquam constat scisse vel isse viam,

Ad bellum quia durus erat migrauit Vlysses cc)
Aegistho thalamos ingrediente domi.
Qui iecet in plumis nil duri passus in armis
Non valet vt suetus vix tolerare malum.
Imbribus & ventis mutat gena laesa colorem
Vritur & leuiter sole tenella cutis.
Mollibus assuetus clypeum bene non gerit armis
Ne retinet gladium firmiter uncta manus.

Non omnis socius fidus est, non omne fidele
Pectus, non omni me sociare volo.
Qui socius volet esse meus, non alter at idem
Fiat ego: quia non est satis alter ego.
Non teneo socium qui scit quod nescio vel qui
Id quod non habeo forsitan illud habet
Cum socio socius deliberat omnia doctus
Cum sibi concordant consona corda duo.

Cra-

---

cc) Edd. *dicere vera*. cc) Edd. *Achilles*.

Digitized by Google

A. C.

Craſtinus ingrato procraſtinat omnia more MCCXCIV
Et de cras vno cras mihi mille facit.
Cur hodie non multiplicat qui multiplicat cras
Nonne dies ſolem ſignat vterque ſuum? 100.
Poſt hodie cras eſſe ſolet cum ſole reductum
Sed non cras illud quod mihi ſpondet habet.
Cras illud nunquam nec ſol orietur in illo
Cum cras venturum ſit ſine fine ſuum.

Caput. V.

Non ſunt digna coli quaecunque coluntur in orbe
Iugera nec fodi vinea quaeque manu.
Quid prodeſt parare ſolum, vel ſcindere vitem
Cum nil habet frugis nil habet illa meri.
Incultus requieſcat ager ſterilisque quieſcat 5.
Vt vitis nunquam vindemianda mihi.
A ſimili ceſſare probo debere datorem
Qui colit indignos & ſua tradit eis.
Qui ſua dat dignis ſerit & metit vnit & amplat
Indignis vero res data tota perit. 10.

Nos aſinus ridere facit, dum more leonis
Pingitur, & vulpes ſubdola cogit idem.
Exuat hic pellem qua ſe putat eſſe leonem
Vt patiens oneris iuſſa ſequatur heri.
Hortor & vt vulpes propria ſub pelle quieſcat 15.
Ne moueat riſum, pelle leonis ouans.
Inflando ſe rana boui par eſſe volebat
Vlciſi pullos quos pede preſſit arans.

Aſt

A. C. MCCXCIV. *Aſt bos iurauit ranunculus ante creparet*
Per medium quam par proficeretur ei.

*

Surgentem Druſus feſtinat radere barbam
Ne noceat cauae vocibus umbra genae.
Apponit ſpeculum ſpeculo monſtrante relictos
Forficibus tollit forpicibuſque pilos.
Et ne prurigo caput occupet omnibus horis
Lotricem promtam quae lauet illud habet.
Praeterea faciebus aquam manibusq; miniſtrat
Quotidie ſcopis a ſcobe tota piat.
Hoc facit exterius ſed ſordes colligit intus
Nec ſibi creſcentes radere curat eas.

*

Conſtat vt illa manus primo perpulchra lauetur
Quae ſibi praeſumit vaſa lauare dei.
Munda manus mundum vas dum lauat efficit atque
Sordida ſordidius quam foret ante facit.
Tacta luto turpes ſubito trahit inſtita ſordes
Et nigra fit ſubito quae prius alba fuit.
Non me verrucas iuſte reprehendit habentem
Qui ſibi portanti tubera parcit homo.
Vlceribus plenum primo ſe liberet ipſum
Poſtea verrucas videat ille meas.

*

Nemo poteſt pugilem nexu proſternere fortem
Ni luctam faciens aggrediatur eum.
Nunquam formoſae cecidiſſent moenia Troiae,
Ni coeptus fuerit quo cecidere labor.
Incipiat quicumque cupit bonus & pius eſſe
Dimidium facti qui bene coepit habet.

Quo-

Digitized by Google

Quomodo fiet opus niſi primitus incipiatur A. C.
Omnia principium conſtat habere ſuum. MCCXCIV
Audacem fortuna iuuat nil grande cor audax
Terret, nil animi quicquid abhorret habet.

*

Non potis eſt magno gibbo prohibente camelus
Pertransire leuis breue foramen acus.
Nec transire ſinit locupletem ianua coeli
Dum cogit miſeram ſiſtere pondus opis.
Cur animae mortem tam prono corde requirit
Cur ſibi quod tollit vivere captat homo.
Felix eſt pauper quem pauperat ipſa voluntas
Non eſt quod tergum cum petit alta grauet.
Nec latro nec praedo nec fur vaſer inſidiatur
Dum capit aſſumtas abſque timore vias.

*

Mille viae ducunt hominem per ſecula Romam
Qui dominum toto quaerere corde ſolent.
Eſt via quae ſurgit montes directa per altos
Vepribus & ſentis arduitate grauis
Eſt quoque nonnullus callis quem calculus aſper
Aſperat & plantas quotidianus arat.
Eſt via per pontum via per deſerta per imas
Valles per ſcopulos per loca dura pedi.
Per nemus & latebras per luſtra timenda ferarum
Per ſpinas tribulos per luculenta vaga.

*

Semper hiat corvus ſemperque cadauera captat
Semper amat mortem mors fera paſcit eum.
Quem ſua debilitas, & quem premit ipſa ſenectus
Lae-

A. C. *Laetificant illum cum putat ipſe mori.*
MCCXCIV *Non ſolum coruus morituris inſidiatur*
75. *Maxima pars hominum iam facit illud idem.*
Filius ante diem mortem patris optat vt haeres
Fiat & vt multas cu) *lege capeſſat opes*
Proh dolor in clerum tranſit dolor & ſcelus illud
80. *Hic emit eccleſiam dum tenet alter eam.*

*

Bis bos percutitur dum ferrum ſentit acutum
Si contra ſtimulum calcitret ipſe ſuum.
Efficit ex vno duo vulnera vulnere ferrum
Vlterior primo peior & ictus erit.
85. *Cur igitur domino ſerui parere creati*
In dominum rabie pectoris arma leuant?
Hic furor haec rabies haec indignatio riſum
Praebet & inultum quaerit habere malum.
Dum caput oppoſitum domino ſtomachante tenebit,
90. *Suauiter euaſit vincula Danus heri.*

*

In momentaneo non eſt modus immoderato
Dum baratro donat quicquid habere poteſt.
Non minus excedit normam rationis auarus
Dum nihil expendens ſemper aceruat opes.
95. *Nemo ſequatur eos quoniam vitioſus vterque*
Eſt via quam virtus inter vtrumque docet
Hic canis ille lupus cum carnem deuorat alter
Vulpes vt occultet ſeu canis alter opes.
Frontibus aduerſis pugnantia crimina ſecum
100. *Vitet qui vitae carpere curet iter.*

Caput

cu) Ed. I. *miſſas.*

Caput VI.

A. C. MCCXCIV.

Si quis arare sibi fructuosum curat agellum
Et mandare suum postea semen ei:
Primitus expurget spinas quae frugibus obsunt
Et vepres si quae sint ibi falce metet.
Obsunt & filices, cilices delere nociuas
Studet qui segetes purificare solet.
Non quodcunque solum segetes cum semine profert
Emergunt sordes luxuriante simo.
Cura vigil bene curat agros incuria quippe
Reddit eos steriles unde poeta refert:
Neglectis vrenda filix innascitur agris.
Per filicem vitium denotat ipse viri.

Nescit homo quid dulcis habet dulcedinis esca
Qui nunquam didicit quid foret ipsa fames.
Post sitis ardorem post esuriem duo nobis
Dulcia sunt valde potus & ipse cibus.
Dulciùs haerescunt humano mella palato
Si malus hoc ipsum mordeat ante sapor.
Qui patitur frigus calidos veneratur amictus
Qui morbum magnum sorte salutis ouat.
Qui bene falsa soli considerat & bona coeli
Falsa sinat falsis & bona vera petat.
Pectus ab illecebris & casibus exuat orbis
Qui volet in coelis anticipare locum.

Non bene viuit homo quem rerum sollicitudo
Torquet et examinat nocte dieque metus.
Nunquam securus dormit qui perdere vitam

Vna

Vna cum rebus quas habet ipſe timet.
A. C. MCCXCIV *Vnde per exemplum legimus monſtraſſe tyrannum*
Qui non ut dicit verna beatus erit.
Ad foueam ductus ſupra caput ipſius enſis
Pendebat tenui vix retinente filo.
Huic dape coniecta veſci praecepit, ut cw) *auſus*
Non erat is cx) *quoniam vidit vtrinque necem.*
Sic ait eſt de me lapſum caſumque timente
Eſt certum propria morte vel hoſte mori.

*

Ad mala facta malus ſocius ſocium trahit & ſic
Fit malus & nequam qui fuit ante bonus.
Nimirum quoniam velocior ad mala ſpes cy) *eſt*
Quam ſit ad illud opus quod deus optat agi.
Ima petit leuius quam ſurgit ad ardua pondus
Quod vix de terra buccina colla leuant.
Nonne boues qui plauſtra trahunt quandoque trahuntur
Dum rota decliuo tramite mota ruit.
Cum trahit hic ſurſum quantum valet ille deorſum
Impedit haec illum retroque ſaepe cadit,
Nam magis eſt pronum celſo de vertice ſtantum
Quam quod ab occidua valle reſurgat iter.

*

Aduena ſyluarum ſi beſtia forte caninam

In-

cw) Edd. *Huic dapi coniunctam reſtem percepit*, &c.
cx) Ed. II. *bis*. cy) Edd. *pes*.

Digitized by Google

Incidit in turbam nonne peribit ibi. A. C.
Nonne chelydrorum moriuntur morſibus illi MCCXCIV
Quos via vel caſus protrahit inter eos. 50.
Quis niſi ſit ſerpens ſerpentibus aſſociatur
Cum grauiter pungant id quod inhaeret eis.
Marceſcunt flores & gramina mortificantur
Quae ſolo tactu fuſa venena cremant. 55.
Nec inter pueros dubios gens Marſia ponit
Vtrum ſe geniti ſint ita ſcire volens.
Illis nam ſolis pariunt ut diximus angues
Dum ſibi blanditiis oris amicat eos.
Dum curuare potes vel curuam reddere vir- 60.
gam
Faxis ut ad libitum ſtet tua virga tuum.
Cum vetus in magnum fuerit ſolidata vigorem
Non leuiter flectes imperiali cuput.
Rurſus ſi tortam patieris ſurgere primum 65.
Semper ut eſt primo torta manebit ea.
Sic homo dum puer eſt doceatur iuſſa tenere
Nec cor conſuetis imbuat ille malis.
Argillam figulus quamuis mutauerit ollam
Sed ſiccae formam non adhibere poteſt 70.
Ceruinam pellem latrat per tecta catellus
Primitus ad ſyluas doctus ut ire queat.

*

Tres ſeruos tribus uſque modis ſeruire videmus
Non uni domino tres ſimul imo tribus
Eſt nam qui vitae fidens mercede futurae 75.
Subiacet imperiis officiisque dei.
Hic ſeruus non eſt quoniam qui frena ſalubris
Iuſtitiae patitur liber & altus erit.

A. C. MCCXCIV

Est quoque qui misero subiectus paret homillo
Vt quondam primi constituere patres:
Non tamen tunc totum sibi subiugat imperiosus
Interior vinclis non retinetur homo.
Tertius est seruus vitio qui semper obedit
Hic penitus seruus viuit utroque modo.

Vt perpendiculo paries aequetur oportet
Non domus hoc ipso deficiente ruat.
Quomodo stare potest titubantis machina muri
Si fundamentum debile fallit opus.
A simili si quis sublimes tendit ad artes
Principio partes corde necesse sciat.
Artes post partes veteres didicere magistri
Idcirco magnum promeruere decus.
Primo dictantes & postea versificantes
Gaudenter ferulae suppositere manus.
Partibus imbutos sapientia duxit Athenas
Quadruuium triuio continuando sibi.

Illicitos miserande puer compesce furores
Scito quod ad mortem commouet hostis eos.
Auser ab his mortem miserosque videto dolores
Altera plus istis sunt meditanda tibi.
Esto memor quod puluis eris quod vermibus esca
In gelida putris quando iacebis humo.
Non erit in mundo qui te velit ultra videre
Cum tua rancidior sit cane rupta caro.
Cur proprium caput ense secas cur ponis catenas

Dae-

Daemonis incurris cur ſua iuſſa facis. A. C.
Motibus aſſiduis ſurgentibus obuius obſta MCCXCIV
Nec ſuperet qui te ſic ſuperare putat.

Heu quid homo tantum quaerit qui tranſit ut umbra
Qui nunc ſtare putat nunt cadit ima petens. 110.
Quid certum manet huic niſi mors & mortis imago
Hunc ſemper ſequitur hunc tenet huncque trahit.
Heu cur gaudet homo, cur ille ſuperbit & ad quid
Cur ducit ſtatum qui cinis eſt & erit.
Cur cupit & metuit & cur ſibi ſubdere tentat 115.
Omnia cur ſemper viuere poſſe putat.
Non ſic non quoniam perit illa putatio vana.
Ros cadit & vitae rurſus ad ima ruit.
Sic ſtat homo vel dic quo facto caetera conſtant
Quid plus ſunt vanum ſingula quaeque nihil. 120.

IV. Rythmum elegantem de *Chriſti incarnatione*; quo diuinum id opus omnes artium liberalium regulas aſpernatum fuiſſe perquam ingenioſe cecinit, quem exhibet Ioan. BVZELINVS in ſua Gallo-Flandriae deſcriptione lib. I. cap. VII. *cz*) ex MS. Codice bibliothecae Abbatiae Marchianenſis Ord. S Benedicti. *da*) Editus etiam eſt Antverpiae inter

cz) Valerii ANDREAE bibliotheca Belgica ed Lovan. 1643. p. 32. *da*) v. Carolus de VISCH in Alani Operibus p. 418.

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV Opera Alani, *db*) Anno 1654. Incipit: *Excepti uam actionem Verbum Patris excipit.*

V. Rhythmus quo graphice *natura hominis fluxa* & caduca depingitur Initio: *Omni mundi creatura Quasi liber & pictura.* Editus est ex MS. bibliothecae Marchunensis a Io. BVZELINO in Gallo Flandria tom. I. cap. 7. *de*) Item in Alani Operibus per Carolum de VISCH Antverpiae 1654. *dd*)

VI. De *triplici mundo* metrice, initio: *Expugnans hyemem vernal.* Exstat MS. apud Martinianos Louanii. *de*)

VII. De *oculo morali* metrice. *df*)

VIII. Rythmi Alani *contra amorem Veneris* exstant manuscripti in bibliotheca Ducali Gvelpherbytana, eorumque primi versus rubro: *Carmen Alani probans virgines & non mulieres ad matrimonium esse ducendas*; inter manuscriptos Codices academiae Helmstadiensis. Quoniam prolixi non sunt integros dabo;

Vix nodosum valeo nodum denodare
Et indemonstrabile monstrum demonstrare,
Vnde volens Veneris vultum denodare
Quae naturas hominum vult denaturare
Huius arte magica quiuis protheatur
Iouialis deitas per hanc humanatur

Mars

db) l. c. *dc*) v. VISCH l. c. *dd*) p. 419. *de*) v. Caroli de VISCH biblioth. scriptor. Ord. Cisterc ed. Colon. 1656. p. 13. *df*) v. Car. de VISCH biblioth. scriptor. ord. Cisterc. ed. Col. 1656. p. 13.

Digitized by Google

Mars in pace vincitur Bachus debachatur A. C.
Ipſe Titan vritur Triton inflammatur. MCCXCIV
Hoc praeſtando ſurripit auferendo praeſtat
Honeſtum depauperat pauperem boneſtat
Inceſtum caſtificat pudorem inceſtat;
Blandiendo verberat blandiens infeſtat.
Laeta moeſtis mellea felleis adiungit
Dum proponit dulcia ſanguinem emungit
Allicit illiciens & inungens pungit
Illicit alliciens imo pungens vngit.
Verbera poſt vbera ſuis impartitur
Blandiendo vulnerat vulnerans blanditur
Verum dicit mentiens ſi vera mentitur
Verum compos omnium nullis compotitur.
Dulce malum amor eſt & dulcor amarus
Inimica caritas inimicus carus
Ignara prudentia ſapiens ignarus
Praecauara largitas largiens auarus.
Ingrata temperies mulcebris tempeſtas
Et potens debilitas debilis poteſtas
Libertina ſerruitus ſeruiens libertas.
Pauper affluentia confluens paupertas.
Poena delectabilis triſtis paradiſus
Arridens triſtities & contriſtans riſus
Viſionis coecitas coecitatis viſus
Odium amabile & amor inviſus.
Sitiens ebrietas ſitis ebriata
Saties famelica fames ſatiata
Virtuoſum vitium virtus vitiata
Inquietum gaudium requies ingrata.
Sub hac ſola quaeſtio ſolet ventilari

A. C. MCCXCIV

Verum amor virginum ioco puellari
Matronalis debeat amor ancillari
An eundem deceat privilegiari
Ecce vultum induit dubitationis
Quaestio sophistica vmbra quaestionis
Eius in vestibulo disputationis
Excubat solutiq soror rationis.
Quis nisi mentis inops hostis rationi
Fletum confert gaudiò risum passioni
Lutum gemmae conferens noctuam pauoni
Flori foenum comparat Therſitem Adoni.
Laborat in extasi mentis furiosae
Qui cicutam lilio ſaliuncam rosae
Comparat vel purpuram chlamidi pannosae
Gloriam deglorians rei glorioſae.
Sed boni malitia non deflorat florem
Nec veri depauperat falſitas honorem
Nec inceſtus nubila nubilant pudorem
Neque Venus coniugis virginis amorem.
Malum bono proximum vilius vileſcit
Bonum in contrarii facie niteſcit
In unius tenebris alterum luceſcit
Vnum in alterius luce tenebreſcit
Vt pruina gratior dies eſt aeſtiua
Floreque decrepito roſa primitiua
Sic matronae Venus eſt quaſi poſitiua
Cum Venus virgunculae ſit ſuperlatiua
Floret Venus virginis nondum deflorata
Cum ſit nuce vilior Venus triturata
Sic liba gratior res eſt illibata
Fons ſignatus dulcior aqua publicata.

Dio-

Digitized by Google

Dionea virgine nequit fermentari A. C.
Nec in fraudis fabulas vult adulterari MCCXCIV.
Huic pudor simplicitas gaudent gratiari 70.
Sub hac amans quilibet vult meridiari.
Nil hoc infelicius felleus est rore
Melius vel mellius nil est hoc dulcore
Grauius ingratius nil est hoc furore 75.
Laetius vel dulcius nil est hoc amore.
Primos flores virginis prima rudimenta
Et ver primum tempore prima sub iuventa
Veneris praedulcia sunt delectamenta
Quae minus luxuriae sapiunt fermenta. 80.
Si quis vero coniugis in amore perit
Flores carpit hyemis in arena serit
Virorem in arido mel in felle quaerit
Publicae se publicans viam tritam terit.
A natura principe lex est instituta 85.
Vt sub certo tempore sub aetate tuta
Sub statuto canone lege sub statuta
Sua soluant Veneri virgines tributa.
Sed nec leges postulant nec ius protestatur
Nec natura recipit quamuis patiatur 90.
Quod a nupta Veneri vectigal soluatur
Maritatis fibula quo dissibulatur.
Virgo tributaria redditur amori
Quo fauoraliter fauens amatori
Vt naturae solito morem gerat mori 95.
Precum contradicere nesciens dulcori.
Dat amor amarior stimulum vxori
Quae vt gulae pabulum det inferiori
Et feruentis clibani consulat furori

A. C. *Foedera defoederat maritalis thori.*
MCCCXIV *Amore pecuniae poſtquam ineſcatur*
Ad moechiae facinus mulier armatur
Dum moechando teritur terendo moechatur
Vt a moechi loculo munus emungatur.
Ille poſtquam Veneris potu inebriatur
Cogitur ad vomitum venter burſae ſatur
Totus perit igitur totus deplumatur.
Et qui diues fuerat iam philoſophatur.
Miſer eſt qui coniugis in incude cudit
Qui ſub tali ludicro ludens ſe deludit
Cui ſi ſophiſmata mulier alludit
Expleto principio flebile concludit.
Iam nuturam Veneris nimis denaturat
De complexu coniugis cuius cura curat
Quam flagello mentulae ruſticus triturat
Quae ſub tantis ictibus inconcuſſa durat.
Nullus qui eſt ſapiens talem ludum tentat
Tali gaudet gaudio timor quem fermentat
Metus horror gemitus vbi ſe praeſentat
Vbi ſe ſecuritas penitus abſentat.
Vbi ſaepe ſomnio mortis ſoporatur
Moechus dum mechanice cum moecha moechatur
Vbi ſaepe mentulae burſa ſyncopatur
Vbi ſaepe germinus frater decollatur.
Dum in nupta Veneris ſitis incandeſcit
Diſcurrit in facinus in feruorem exit
Nil audere dubitat nihil pertimeſcit
Natum mater abdicat nata patrem neſcit.
Quid puaor quid pietas nupta non attendit

Ca.

Caminus luxuriae cum nuptam accendit A. C.
Iura Leges foedera turpiter offendit MCCXCIV.
Caſtitatis immemor caſtitatem vendit 130.
Cum Venus ad Venerem coniugem inuitat
Syncopare coniugis vitam non euitat
Vt moechiae maculam melius admittat 135.
A mariti corpore truncum demaritat.
In prolis perniciem Progne neroniſans
Phaſiphe luxuriae potu tantaliſans
Boueque ſophiſtica bouem bargoliſans.
Iſtud verum comprobat vere ſilogiſans 140.
Ad hoc pactum Helena vult ſilogiſare
Potens probabiliter ad hoc diſputare
Nam Troiae nobilitas poſſet adhuc ſtare
Si nouiſſet Phrygius melius amare.
Ergo non vlterius quaeſtio procedat 145.
Cum ſe parti virginum ratio concedat.
Ergo nupta virgini in amore cedat
Fit innupta quaelibet nuptam antecedat.

IX. Huc referri poſſunt *Gnomae* in nouem libros diſtinctae quas Alanus collegit. Ex iis Othonis cuiusdam XXXVII. euulgauit Caſpar BARTHIVS in Adverſariis *dg*)

LVI.

ANONYMVS.

Scripſit circa A. MCCXCIV. verſus leoninos de *Adolpho Imperatore* (ab A. 1292. ad 1298.) qui exſtant manuſcripti in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. *a*) Eos

dg) L. XXXI. c. XI.

LVI. *a*) v. FELLERI catalogum p. 77. n. 2.

Digitized by Google

A. C. quoniam. prolixae adeo non ſunt ex co-
MCCXCIV dice memorato ſubiungam:

Multi gaudebant venit Rex quando Rudolphus.
Plures plangebant dum Rex aduenit Adolphus.
Saluus Rudolphus. Sit rex maledictus Adolphus.
Anno milleno bis centeno nonageno
Adiecto quarto Thuringia vixit in arto.
Tempore Septembris, quando tempus fuit imbris,
Rex adiit villas; vaſtauit Adolphus & illas.
Occidit multos pueros, iuuenes, & adultos.
Mactauit ſlentes cleros, templique clientes.
Virgineum coetum violans. Hoc non fuit aequum.
Preſſit legitimas, moniales, & viduatas.
Ancillas, veteres ac antiquas mulieres
Se defendentes, caſteque manere volentes,
Occidit miſere. Deus occiſis miſerere!
Aras deſtruxit: ergo plebs plurima luxit.
Aras effregit, vbi plurima damna peregit.
Ciſtas concuſſit; fieri mala noxia iuſſit.
Rem nimis horribilem fecit res impius idem:
Corpus ſacratum triſti digne veneratum
Abſtulit a menſa domini. Deus haec mala penſa!
Namque ſacramentum iecit ſupra pauimentum
Candelas, mappas, libros, calicesque, patenas.
Cum caſulis albas rapiens humeralia pallas.
Haec exportauit. Mala pro nihilo reputauit.
Traxit ab eccleſiis mulieres, dans ſceleratis.
Absque timore Dei comitans vicus Phariſaei.
Abſtulit armenta, miſeris tollens alimenta.
Quadrupedes magnos, macros, animalia, porcos

Se-

Secum minauit, quae tanquam cruda vorauit. A. C.
Robustosque bonos sua triturare colonos MCCXCIV
Semina praecepit. Rex haec enormia fecit.
Vestibus exutos dimisit currere nudos;
Ancillasque senes denudauit mulieres;
Fratres maiores denudans atque minores,
Seruos Bernhardi monachos famulosque Burchardi;
Quosque viatores spolians iuuenes seniores.
Ob prauos mores amisit regis honores.
Calcans vineta botros suxit sine meta.
Excidit vites, inopes fecit fore mites.
Mella comedit apum, dispersit apes prope campum
Vt sic arceret ne postea mellificarent.
Rex fuit Hunnorum ferus Athila catholicorum.
Per prauos actus sic Adolphus vt Athila factus.
Achab, Ierobeam, Constantinus, Nero nequam,
Herodesque malus, Agrippa, Diocletianus,
Maximianus, Valerianus, Retionarus:
Isti tortores fuerant reor hoc vitiores;
Nulli tortores Adolpho deteriores.
Non bene fecerunt, hunc cum regem statuerunt:
Iustius egissent alium si constituissent.
Vindicet haec dominus, quod tot mala fecit Adolphus,
Da Christo grandes Erfordia regia laudes.
Multi migrassent hi si te non habuissent.
Adolphus rex regum fex, per eum periit lex,
Destructor terrae, seminator maximae guerrae.
Consilii vani venit Cosmae Damiani

Adol-

A. C. MCCXCIV. *Adolphus rugiens fex regum pauperes vrgens,*
Vt mons paturiens, poſt haecniet defore cadens.

LVII.

FRANCISCVS CAESAR.

Vulgo de Keyſere, Dixmudanus Flander. Religioſus B. Mariae de Dunis, S. Theologiae Doctor Pariſienſis, cuius meminerunt praeter Antonium SANDERVM de ſcriptoribus Flandriae MEYERVS lib. 10. Annalium Flandriae, in Gvidone Dampetra & Jacobus MRCHANTIVS in deſcriptione Flandriae aſſerentes eum circa A. 1293. famigeratum fuiſſe theologum, & Libros Magiſtri Sententiarum in Academia Pariſienſi enarraſſe. Obiit Dunis A. 1294.

Edidit carmine *Vitam S. Bernardi* impreſſam poſtea Pariſiis 1483. *a*)

LVIII.

ENGELBERTVS.

MCCXC-VII. Abbas coenobii Admontenſis ordinis S. Benedicti, *a*) ab A. C. MCCXCVII. Scripſit carmen panegyricum heroicum in *coronationem Rudolphi Habsburg.* Factam A. 1273. *b*)

LIX

LVII. *a*) v. Caroli de VISCH bibliotheca ſcriptorum ordinis Ciſtercienſis ed. Colon. 1656. p. 110. 111. ex Adriano Mesdagh in chronico Duneny & aliis antiquioribus eiusdem coenobii monumentis.

LVIII. *a*) v. Jo. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccleſ. n. 379. *b*) v. Jo. Alb. FABRITIVS not. (*y*) ad Trithemii l. c.

Digitized by Google

LIX.

A. C. MCCC.

RAYMVNDVS LVLLVS.

Maioricenſis. Tertii Ord. S. Franciſci. *a*) Scripſit *Artem generalem rythmicum*, comſitam Maioricis menſe Martio A. MCCC. *us glorios. per b*)

LX.

BERNHARDVS.

eytenſis, *a*) vel Glyſtenſis, *b*) vel Geyſis. Cum quidam male PALPISTAM VO- SEC. XIII.
, vt vult Chriſtophorus HENDREICH. *d*) cum denominatio procul dubio a ſcri- memorando fuerit deſumta, res exemon caret. Habemus Ioannem Archium, Galfridum de Vino Saluo, Eberum Graeciſtam & plures a ſcriptorum s cognominatos.
xit ſeculo XIII. *e*)
ipſit *Palpiſtam*, *f*) vel *Palponiſtam*. *g*)
logus metricus, *h*) quo vitam aulicam uatam verſibus leoninis depingit. *i*) nis aularum peſtes adulatores, miſerias e Principum & Curialium deſcribit. *k*)

) v. Lucae WADDINGI ſcriptores Ord. Mi- 295. *b*) v. WADDINGVS l. c. p. 297.
) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Bran- 30. b. *b*) v. Jo. FABRICII Biblioth. Latin. 1712. p. 721. *c*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. l. p. 301 *d*) Pandect. Brandenb. p. 530. *e*) ENDREICR l. c. *f*) v. HENDREICH l. c. . FABRICII. Bibl. Lat. p. 725. & ſuppl. l. c. IDREICH l. c.

Digitized by Google

A. C. SEC. XIII. *k*) Vulgauit illum Henricus Quentelius An. 1501. Coloniae cum gloſſis. Ex qua editione tum non viſa ſibi Daumius, qui primus edidiſſe ſe putauit e MSto, poſtea intellexit quaedam poſſe in ſua emendari & illuſtrari. *l*) Exſtat & in Auctario Catal. Teſt. Verit. p. 1156. Edidit quoque eum una cum notis Chriſt. DAVMIVS. A. 1660. *m*) 8°. *n*)

LXI.

CONRADVS de MVRE.

Praecentor eccleſiae Tigurinae, vixit ſeculo XIII. Scripſit Carmen FABVLARII. *a*) Habuit olim Bibliotheca Thuana inter codices manuſcriptos Fabularium M. Conradi Cantor. Eccleſ. Turicenſis Conſtantien. *b*)

LXII.

NICOLAVS de BRAIA.

Vixit tempore Aruerni praeſulis Pariſienſis, cui dedicauit *Geſta Ludouici VIII.* hexametro carmine, initio: *Magnanimi Regis Ludouici fortia geſta;* quae leguntur in Franc. DVCHESNE Hiſtoriae Francor. ſcriptor. Tom. V. Pariſiis 1649. *a*)

SE-

i) v. FABRICII Supplem. Bibl. L. l. c. *k*) v. HENDREICH l. c. *l*) v. FABRICIVS l. c. *m*) v. HENDREICH l. c. *n*) v. FABRICII B. L. p. 721.

LXI. *a*) v. Jo. MABILLONII Veter. Analector. Tom. IV. p. 564. *b*) v. Catalogum Bibl. Thuan ed. Lauenburg. 1704. p. 445.

LXII. *a*] p. 290.

Digitized by Google

SECVLVM DECIMVM QVARTVM. A. C. MCCCIV.

I.

THOMAS WICKE.

Canonicus Oxonienſis. Claruit adhuc A. MCCXC. *a*) Chronicon ſuum Angliae perduxit ad A. MCCCIV. *b*)

Scripſit I. *Commendationes vini* Lib. I. inicio: *Sincerum mihi dede merum ſi vis.*

II. *Increpationem gulae* Lib. I. init: *Pranens in menſa ventris depo.*

III. Alia carmine. *c*)

II.

IACOBVS de BENEDICTIS.

IACOPONVS *a*) ob inſignem ſui contemtum ctus Natione Italus. *b*) Patria Tudertinus. rdinis Minorum. Obiit A. MCCCVI. d. XV Decembr. *c*)

Scripſit I. Rythmum *ad B. Virg. Mariam* MCCCVI. *pe crucem Chriſti patientis ſtantem*, qui init: *Stabat mater dolorosa.* Habetur in offi- B. Virginis. *d*)

I. Canticum de *contemtu mundi*, cui inin: *Cur mundus militat ſub vana gloria.*

GVAL-

---

a] v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 4. n. 72. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 659. *c*] v. BALE. c.

a] v. Epitaphium Iacobi. *b*] v. Henr. WHAR- Append. ad Hiſtor. Liſer. Gvil. Cave de Scri- Eccles. ed. Londini 1689. p. 9. *c*] v. Epitaphium apud Lucam WADDINGIVM Scriptor. Ord. p. 180. *d*] Luc. WADDINGVS Scriptor. Ord. p. 180.

Digitized by Google

A. C. MCCCX. GVALTERO MAPES hoc ſcriptum tribuunt Jo. BALEVS *e*) & Jo. PITSEVS *f*) In MSto quodam bibliothecae Helmſtadienſis Codice exſtat ἀνονύμως titulo ſolo: *De contemtu mundi.*

III.

ROBERTVS BASTON.

Aliis BASCON. Anglus *a*) Monachus Scardeburgenſis Carmelita. Claruit A. MCCCX. *b*) Mortuus circa illum annum teſte Jo. PITSEO. *c*) Non ergo viuebat A. 1314. vt vult Chriſtophorus HENDREICH. *d*) Poeta Oxonii laureatus. *e*)

Scripſit I. De *Striuelinenſi obſidione* Lib. I. init: *De planctu crudo metrum cum carmine. f*)

II. De *altero Scotorum bello* Lib. I. init: *Me cordis anguſtia cogit mira fari.* g)

III. De *Scotiae guerris variis* Lib. init: *Ludere volentibus ludo paro lyram. h*) Robertus Baſtonus de gverris Scotiae rhythmice exſtat manuſcriptus in bibliotheca Cottoniana Titus A. XX. 6. *i*)

IV. De *variis mundi ſtatibus* Lib. I. init: *Totum regnat ſeculum Papae poteſtas. k*)

V.

---

e] Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 61. *f*] de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 301.

III. *a*) v. Chriſtophori HENDREICH Pandectar. Brandenb. p. 442. a. *b*] v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. IV. n. 92. *c*] de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 452. *d*] l. c. v. BALEVS l. c. *f*] v. BALEVS l. c. *g*] v. BALEVS. l. c. *h*] v. BALEVS l. c. *i*] v. Thomae SMITHI Catalogum p. 123. *k*] v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

V. De *Sacerdotum luxuriis.* Lib. I. init: *Scribere decreui quia ludum fingere. l)* A. C. MCCCX.

VI. *Contra Artiſtas* Lib. I. init: *Meum eſt propoſitum gentis imperitae. m)* Roberti Baſtoni verſus rhythmici contra Artiſtas exſtant manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Titus A. XX 7. *n)*

VII. De *diuite & Lazaro* lib. I. init: *Paupertate melior eſt Argentimar. o)*

VIII. *Exhortatio* Roberti Baſton ad Anglos, verſibus exſtat manuſcripta in bibliotheca Cottoniana Titus A. XX. 29 *p)*

IX. *Poemata & rhythmos.* Lib. I. *q)*

IV.
GVIDO.

Ferrarienſis Eccleſiae presbyter, & poſtea, ferunt, Epiſcopus. *a)* Claruit temporibus enrici de Luczelburg Imp. VII. & Clentis Papae V. A. MCCCX Fuit poeta ignis, ſcripſit tam metro quam proſa non itemnendae lectionis plura opuſcula, in bus eſt Volumen carmine ſcriptum ad mentem Papam quintum, *ſuper nouum & ti teſtamentum* imitatus Petrum de Riga d praenotauit *Margaritam Bibliae* lib. I. : *Nobile principium ter b)*

BALEVS l. c. *m*] v. BALEVS l. c. *n*] v. SMIS. l. c. *o*] v. BALEVS l. c *p*] v. SMITHVS l. c. *q*] v. BALEVS l. c.

a Jo. TRITHEMIVS de Scriptor Eccles. n. DXLI.

b. TRITHEMIVS de S. E. l. c.

Digitized by Google

Foedera defoederat maritalis thori.
A. C. MCCCXIV *Amore pecuniae poſtquam ineſcatur*
Ad moechiae facinus mulier armatur
Dum moechando teritur terendo moechatur
Vt a moechi loculo munus emungatur.
Ille poſtquam Veneris potu inebriatur
Cogitur ad vomitum venter burſae ſatur
Totus perit igitur totus deplumatur.
Et qui diues fuerat iam philoſophatur.
Miſer eſt qui coniugis in incude cudit
Qui ſub tali ludicro ludens ſe deludit
Cui ſi ſophiſmata mulier alludit
Expleto principio flebile concludit.
Iam inuituam Veneris nimis denaturat
De complexu coniugis cuius cura curat
Quam flagello mentulae ruſticus triturat
Quae ſub tantis ictibus inconcuſſa durat.
Nullus qui eſt ſapiens talem ludum tentat
Tali gaudet gaudio timor quem fermentat
Metus horror gemitus vbi ſe praeſentat
Vbi ſe ſecuritas penitus abſentat.
Vbi ſaepe ſomnio mortis ſoporatur
Moechus dum mechanice cum moecha moechatur
Vbi ſaepe mentulae burſa ſyncopatur
Vbi ſaepe germinus frater decollatur.
Dum in nupta Veneris ſitis incandeſcit
Diſcurrit in facinus in feruorem exit
Nil audere dubitat nihil pertimeſcit
Natum mater abdicat nata patrem neſcit.
Quid puaor quid pietas nupta non attendit

Ca-

Caminus luxuriae cum nuptam accendit A. C.
Iura Leges foedera turpiter offendit MCCXCIV
Caſtitatis immemor caſtitatem vendit 130.
Cum Venus ad Venerem coniugem inuitat
Syncopare coniugis vitam non euitat
Vt moechiae maculam melius admittat 135.
A mariti corpore truncum demaritat.
In prolis perniciem Progne neroniſans
Phaſiphe luxuriae potu tantaliſans
Boueque ſophiſtica bouem hargoliſans.
Iſlud verum comprobat vere ſilogiſans 140.
Ad hoc pectum Helena vult ſilogiſare
Potens probabiliter ad hoc diſputare
Nam Troiae nobilitas poſſet adhuc ſtare
Si nouiſſet Phrygius melius amare.
Ergo non vlterius quaeſtio procedat 145.
Cum ſe parti virginum ratio concedat.
Ergo nupta virgini in amore cedat
Fit innupta quaelibet nuptam antecedat.

IX. Huc referri poſſunt *Gnomae* in nouem libros diſtinctae quas Alanus collegit. Ex iis Othonis cuiusdam XXXVII. euulgauit Caſpar BARTHIVS in Adverſariis *dg*)

LVI.

ANONYMVS.

Scripſit circa A. MCCXCIV. verſus leoninos de *Adolpho Imperatore* (ab A. 1292. ad 1298.) qui exſtant manuſcripti in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. *a*) Eos

dg) L. XXXI. c. XI.

LVI. *a*) v. FELLERI catalogum p. 77. n. 2.

A. C. quoniam. prolixae adeo non ſunt ex co-
MCCXCIV dice memorato ſubiungam:

Multi gaudebant venit Rex quando Rudolphus.
Plures plangebant dum Rex aduenit Adolphus.
Saluus Rudolphus. Sit rex maledictus Adolphus.
Anno milleno bis centeno nonageno
Adiecto quarto Thuringia vixit in arto.
Tempore Septembris, quando tempus fuit imbris,
Rex adiit villas, vaſtauit Adolphus & illas.
Occidit multos pueros, iuuenes, & adultos.
Mactauit flentes cleros, templique clientes.
Virgineum coetum violans. Hoc non fuit aequum.
Preſſit legitimas, moniales, & viduatas.
Ancillas, veteres ac antiquas mulieres
Se defendentes, caſteque manere volentes,
Occidit miſere. Deus occiſis miſerere!
Aras deſtruxit: ergo plebs plurima luxit.
Aras effregit, vbi plurima damna peregit.
Ciſtas concuſſit; fieri mala noxia iuſſit.
Rem nimis horribilem fecit res impius idem:
Corpus ſacratum triſti digne veneratum
Abſtulit a menſa domini. Deus haec mala penſa!
Namque ſacramentum iecit ſupra pauimentum
Candelas, mappas, libros, calicesque, patenas,
Cum caſulis albas rapiens humeralia pallas.
Haec exportauit. Mala pro nihilo reputauit.
Traxit ab eccleſiis mulieres, dans ſceleratis.
Absque timore Dei comitans vicus Phariſaei.
Abſtulit armenta, miſeris tollens alimenta.
Quadrupedes magnos, macros, animalia, porcos

Se-

Secum trinauit, quae tanquam cruda vorauit. A. C.
Robuſtosque bonos ſua triturare colonos MCCXCIV
Semina praecepit. Rex haec enormia fecit. 30.
Veſtibus exutos dimiſit currere nudos;
Ancillasque ſenes denudauit mulieres;
Fratres maiores denudans atque minores,
Seruos Bernhardi monachos famulosque Burchardi; 35.
Quosque viatores ſpolians iuuenes ſeniores.
Ob prauos mores amiſit regis honores.
Calcans vineta botros ſuxit ſine meta.
Excidit vites, inopes fecit fore mites.
Mella comedit apum, diſperſit apes prope campum 40.
Vt ſic arceret ne poſtea melliſicarent.
Rex fuit Hunnorum ferus Athila catholicorum.
Per prauos actus ſic Adolphus vt Athila factus.
Achab, Ierobeam, Conſtantinus, Nero nequam,
Herodesque malus, Agrippa, Diocletianus, 45.
Maximianus, Valerianus, Retionarus:
Iſti tortores fuerant reor hoc vitiores;
Nulli tortores Adolpho deteriores.
Non bene fecerunt, hunc cum regem ſtatuerunt:
Iuſtius egiſſent alium ſi conſtituiſſent. 50.
Vindicet haec dominus, quod tot mala fecit Adolphus,
Da Chriſto grandes Erfordia regia laudes.
Multi migraſſent hi ſi te non habuiſſent.
Adolphus rex regum fex, per eum periit lex,
Deſtructor terrae, ſeminator maximae guerrae. 55.
Conſilii vani venit Coſmae Damiani

Adol-

Digitized by Google

A. C. MCCXCIV. *Adolphus rugiens fex regum pauperes vrgens,*
Vt mons paturiens, poſt haecmet defore cadens.

LVII.

FRANCISCVS CAESAR.

Vulgo de Keyſere, Dixmudanus Flander. Religioſus B. Mariae de Dunis, S. Theologiae Doctor Pariſienſis, cuius meminerunt praeter Antonium SANDERVM de ſcriptoribus Flandriae MEYERVS lib. 10. Annalium Flandriae, in Gvidone Dampetra & Jacobus MRCHANTIVS in deſcriptione Flandriae aſſerentes eum circa A. 1293. famigeratum fuiſſe theologum, & Libros Magiſtri Sententiarum in Academia Pariſienſi enarraſſe. Obiit Dunis A. 1294.

Edidit carmine *Vitam S. Bernardi* impreſſam poſtea Pariſiis 1483. *a*)

LVIII.

ENGELBERTVS.

MCCXCVII. Abbas coenobii Admontenſis ordinis S. Benedicti, *a*) ab A. C. MCCXCVII. Scripſit carmen panegyricum heroicum in *coronationem Rudolphi Habsburg.* Factam A. 1273. *b*)

LIX.

LVII. *a*) v. Caroli de VISCH bibliotheca ſcriptorum ordinis Ciſtercienſis ed. Colon. 1656. p. 110. 111. ex Adriano Mesdagh in chronico Duneny & aliis antiquioribus eiusdem coenobii monumentis.

LVIII. *a*) v. Jo. TRITHEMIVS de Scriptor. Eccleſ. n. 379. *b*) v. Jo. Alb. FABRITIVS not. (*y*) ad Trithemii l. c.

Digitized by Google

LIX.

RAYMVNDVS LVLLVS.

A. C. MCCC.

Maioricenſis. Tertii Ord. S. Franciſci. *a*) Scripſit *Artem generalem rythmicum*, compoſitam Maioricis menſe Martio A. MCCC. *Deus glorios. per b*)

LX.

BERNHARDVS.

Ceytenſis, *a*) vel Glyſtenſis, *b*) vel Geyſtenſis. Cum quidam male PALPISTAM VOcant, vt vult Chriſtophorus HENDREICH. *d*) Sed cum denominatio procul dubio a ſcripto memorando fuerit deſumta, res exemplo non caret. Habemus Ioannem Architrenium, Galfridum de Vino Saluo, Eberhardum Graeciſtam & plures a ſcriptorum titulis cognominatos.

SEC. XIII.

Vixit ſeculo XIII. *e*)

Scripſit *Palpiſtam*, *f*) vel *Palponiſtam*. *g*) Eſt dialogus metricus, *h*) quo vitam aulicam & priuatam verſibus leoninis depingit. *i*) Inprimis aularum peſtes adulatores, miſerias quoque Principum & Curialium deſcribit. *k*)

LIX. *a*) v. Lucae WADDINGI ſcriptores Ord. Minorum p. 295. *b*) v. WADDINGVS l. c. p. 297.

LX. *a*) v. Chriſtoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 530. b. *b*) v. Jo. FABRICII Biblioth. Latin. ed Hamb. 1712. p. 721. *c*) v. Jo. Alb. FABRICII Bibl. Lat. Suppl. p. 301. *d*) Pandect. Brandenb. p. 530. *e*) v. Chr. HENDREICR l. c. *f*) v. HENDREICH l. c. *g*) v. Jo. A. FABRICII. Bibl. Lat. p. 721. & ſuppl. l. c. *h*) v. HENDREICH l. c.

Digitized by Google

A. C. SEC. XIII. *k*) Vulgauit illum Henricus Quentelius An. 1501. Coloniae cum gloſſis. Ex qua editione tum non viſa ſibi Daumius, qui primus edidiſſe ſe putauit e MSto, poſtea intellexit quaedam poſſe in ſua emendari & illuſtrari. *l*) Exſtat & in Auctario Catal. Teſt. Verit. p. 1156. Edidit quoque eum una cum notis Chriſt. DAVMIVS. A. 1660. *m*) 8o. *n*)

LXI.

CONRADVS de MVRE.

Praecentor eccleſiae Tigurinae, vixit ſeculo XIII. Scripſit Carmen FABVLARII. *a*) Habuit olim Bibliotheca Thuana inter codices manuſcriptos Fabularium M. Conradi Cantor. Eccleſ. Turicenſis Conſtantien. *b*)

LXII.

NICOLAVS de BRAIA.

Vixit tempore Aruerni praeſulis Pariſienſis, cui dedicauit *Geſta Ludouici VIII.* hexametro carmine, initio: *Magnanimi Regis Ludouici fortia geſta*; quae leguntur in Franc. DVCHESNE Hiſtoriae Francor. ſcriptor. Tom. V. Pariſiis 1649. *a*)

SE-

i) v. FABRICII Supplem. Bibl. L. l. c. *k*) v. HENDREICH l. c. *l*) v. FABRICIVS l. c. *m*) v. HENDREICH l. c. *n*) v. FABRICII B. L. p. 721.

LXI. *a*) v. Jo. MABILLONII Veter. Analector. Tom. IV. p. 564. *b*) v. Catalogum Bibl. Thuan ed. Lauenburg 1704. p. 445.

LXII. *a*] p. 290.

Digitized by Google

SECVLVM DECIMVM QVARTVM. A. C. MCCCIV.

I.

THOMAS WICKE.

Canonicus Oxonienſis. Claruit adhuc A. MCCXC. *a*) Chronicon ſuum Angliae perduxit ad A. MCCCIV. *b*)

Scripſit I. *Commendationes vini* Lib. I. initio: *Sincerum mihi dede merum ſi vis.*

II. *Increpationem gulae* Lib. I. init: *Prandens in menſa ventris depo.*

III. Alia carmine. *c*)

II.

IACOBVS de BENEDICTIS.

IACOPONVS *a*) ob inſignem ſui contemtum dictus Natione Italus. *b*) Patria Tudertinus. Ordinis Minorum. Obiit A. MCCCVI. d. XXV Decembr. *c*)

Scripſit I. Rythmum *ad B. Virg. Mariam prope crucem Chriſti patientis ſtantem*, qui incipit: *Stabat mater dolorosa.* Habetur in officio B. Virginis. *d*) MCCCVI.

II. Canticum de *contemtu mundi*, cui initium: *Cur mundus militat ſub vana gloria.*

GVAL-

I. *a*] v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. 4. n. 72. *b*] v. Gv. CAVEVS de S. E. p. m. 659. *c*] v. BALEVS l. c.

II. *a*] v. Epitaphium Iacobi. *b*] v. Henr. WHARTON Append. ad Hiſtor. Liſer. Gvil. Cave de Scriptor. Eccles. ed. Londini 1689. p. 9. *c*] v. Epitaphium Jacobi apud Lucam WADDINGIVM Scriptor. Ord. Minor. p. 180. *d*] Luc. WADDINGVS Scriptor. Ord. Minor. p. 180.

Digitized by Google

A. C. MCCCX. GVALTERO MAPES hoc ſcriptum tribuunt Jo. BALEVS *e*) & Jo. PITSEVS *f*) In MSto quodam bibliothecae Helmſtadienſis Codice exſtat ἀνονύμως titulo ſolo: *De contemtu mundi.*

III.

ROBERTVS BASTON.

Aliis BASCON. Anglus *a*) Monachus Scardeburgenſis Carmelita. Claruit A. MCCCX. *b*) Mortuus circa illum annum teſte Jo. PITSEO. *c*) Non ergo viuebat A. 1314. vt vult Chriſtophorus HENDREICH. *d*) Poeta Oxonii laureatus. *e*)

Scripſit I. De *Striuelinenſi obſidione* Lib. I. init: *De planctu crudo metrum cum carmine. f*)

II. De *altero Scotorum bello* Lib. I. init: *Me cordis anguſtia cogit mira fari.* g)

III. De *Scotiae guerris variis* Lib. init: *Ladere volentibus ludo paro lyram. h*) Robertus Baſtonus de gverris Scotiae rhythmice exſtat manuſcriptus in bibliotheca Cottoniana Titus A. XX. 6. *i*)

IV. De *variis mundi ſtatibus* Lib. I. init: *Totum regnat ſeculum Papae poteſtas. k*)

V.

---

e] Scriptor. Britann. Cent. 3. n. 61. *f*] de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 301.

III. *a*) v. Chriſtophori HENDREICH Pandectar. Brandenb. p. 442. a. *b*] v. Jo. BALEVS ſcriptor. Britann. Cent. IV. n. 92. *c*] de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 452. *d*] l. c. v. BALEVS l. c. *f*] v. BALEVS l. c. *g*] v. BALEVS. l. c. *h*] v. BALEVS l. c. *i*] v. Thomae SMITHI Catalogum p. 123. *k*] v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

V. De *Sacerdotum luxuriis.* Lib. I. init: *Scribere decreui quia ludum fingere. l)* A. C. MCCCX.

VI. *Contra Artiſtas* Lib. I. init: *Meum eſt propoſitum gentis imperitae. m)* Roberti Baſtoni verſus rhythmici contra Artiſtas exſtant manuſcripti in Bibliotheca Cottoniana Titus A. XX 7. *n)*

VII. De *diuite & Lazaro* lib. I. init: *Paupertate melior eſt Argentimar. o)*

VIII. *Exhortatio* Roberti Baſton ad Anglos, verſibus exſtat manuſcripta in bibliotheca Cottoniana Titus A. XX. 29 *p)*

IX. *Poemata* & *rhythmos.* Lib. I. *q)*

IV.
GVIDO.

Ferrarienſis Eccleſiae presbyter, & poſtea, vt ferunt, Epiſcopus. *a)* Claruit temporibus Henrici de Luczelburg Imp. VII. & Clementis Papae V. A. MCCCX Fuit poeta inſignis, ſcripſit tam metro quam proſa non contemnendae lectionis plura opuſcula, in quibus eſt Volumen carmine ſcriptum ad Clementem Papam quintum, *ſuper nouum & vetus teſtamentum* imitatus Petrum de Riga quod praenotauit *Margaritam Bibliae* lib. I. init: *Nobile principium ter b)*

l] v. BALEVS l. c *m*] v. BALEVS l. c. *n*] v. SMITHVS. l. c. *o*] v. BALEVS l. c *p*] v. SMITHVS l. c. p. 124. *q*] v. BALEVS l. c.

IV. (*a* Jo. TRITHEMIVS de Scriptor Eccles. n. DXLI. *b*] v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCCXI.

V.

BENEVENVTVS de CAMPESANIS.

Carminibus celebrauit funus & exequias Ferretti Vicentini Poetae Vicentini. Carmen de conflictu inter Patavinos & Vicentinos: quod in honorem cecinit Canis Scaligeri, ac Patauinorum contemtum, cum iis A. C. 1311. erepta esset Vicentia ab Imp. Henrico VII. Carmini huic Albertinus Mussatus Patavinus, rogatu Paulli Judicis, carmine se opposuit, quod cum reliquis Mussati operibus, cura Felicis Osii prodiit. v. Joan. Bapt. Paiarinum in Historia Vicentina. Vossium de Hist. L. III. 9. *a*)

VI.

PETRVS de DACIA

Ordinis Praedicatorum & lector praecipuus inter lectores Praedicatorum in Gotlandia patria sua, bis etiam Prior. Coaevus Christinae Stumbelensi mortuae A. MCCCXII. d. VI. Nov. *a*)

Praefixit Libro VI. de virtutibus Christinae *argumentum* operis hexametrum, initio: *Cuius amo mores virtuum colligo flores*; quod

---

V. *a*) v. Christoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 510. a.

VI. *a*) v. Dan. PAPEBROCHII Commentarius praevius ad Acta Christinae in Actis Sanctorum Junii Tom. IV. p. 270.

Digitized by Google

quod exstat in Actis Sanctorum Junii Tom. IV. *b*) A. C. MCCCXIV

VII.

BERNENSIS.

Aliis BERNERIVS, quidam monachus Ord. Praedic. Allobrox. Flor. A. C. 1314. Collegit *Antiphonam*, *Regina coeli*, *quam pulchra es*, e diversis patribus Antiphonarum, Responsorioum, Hymnorum, retinentibus tamen proprium sensum, cum propriis melodiis; quae finit, *tuum precare filium*. v. Alph. Fernandez in Concert. Praedic. Marracium in Biblioth. Marianam. Lusitanum in Bibliotheca p. 56. Altamuram in Biblioth. huius Ord. *a*)

VIII.

ADOLPHVS.

Quis ille Adolphus fuerit explorare non MCCCXV. vacat. Scripsit is *a*) sermone ligato fabulas A. MCCCXV. ut ex operis fine patet. quod cum huc vsque editum esse non putem ex MStoBibliothecae Gvelpherbytanae descriptum exhibeo Quamuis enim non elegans adeo sit, lectu tamen non adeo fore iniucundum credo.

b) p. 429.

VII. *a*) v. Christoph. HENDREICH Pandect. Brand. p. 526. b.

VIII. *a*) v. Praefationem acrosticham.

Digitized by Google

A. C. *A* ugurio docti *b*) fraudes dicici muliebres,
MCCCXV. *D* e quarum fraude nemo cauere poteſt.
O pto placere probo, cupiens hinc edere quaedam
L ectori fraude femineaque fide.
F abellas ex his quasdam coniungere gliſco, *c*)
V t verbis harum quisque ſibi caueat.
S icut arena maris, ſunt ſidera multa polorum:
M ulta ſic fraude femina praua viget.
E ius de fraude da promere virginis infans, *d*)
F acq; meam proram ne premat unda maris:
E ſto meus ductor, dans fauſtum cernere portum,
C uius melliſluo munere mundus ouat.
I bo tuo ductu bene per ſcopulos maris alti
T utus. Da ſolido fingere metra noua.
Lector condoleas ſcriptori carminis, vllam
Si mendam videas Dormiat inuidia,
Ac liuoris acus. Vigilet correctio limae,
Quae purgat vitium carminis omne putris.

Fabula I.

Coecus erat quidam, cui pulcra virago. Reſeruans
Hanc puro pure, ne luat haec alias.
In curtis *e*) viridi *f*) reſident hi ceſpite quodam Luce.

b) forte: *doctus*. *c*) cupio. *d*) Chriſte *e*) aulae, curiae. *f*) horto.

Luce. Petit mulier, robur adire pyri. A. C.
Vir fauet, amplectens mox robur ubique la- MCCCXV.
certis,
Arbor adunea *g*) fuit, qua latuit iuuenis.
Amplexatur eam, dans basia dulcia. Terram 25.
Incepit colere, vomere cum proprio.
Audit vir strepitum. Nam crebro carentia
sensus
Vnius, in reliquo, nosco, vigere solet.
Heu miser! clamat: Te laedit adulter ibidem.
Conqueror hoc illi, qui dedit esse mihi. *h*) 30.
Tunc Deus omnipotens, qui condidit omnia
verbo,
Qui sua membra probat, vascula *i*) velut
figulus,
Restituens aciem misero. Tonat illico: Fallax
Femina! cur tanta fraude nocere cupis?
Heu mihi, quam fraude mulier mala varia
sordet. 35.
Integra iura thori non tenet illa viro:
Alterius segetes semper putat vberiores.
Yo *k*) confinis vbera magna tenet.
Alterius thalamo mala credit inesse sapinum,
Quamvis sit spado, nil valeatque thoro. 40.
Percipit illa virum. Vultu respondet alacri:
Magna dedi medicis, non tibi cura fuit.
Ast, ubi lustra sua satis uda petebat Apollo,
Candida splendescens Cynthia luce mera.
Tunc sopor irrepsit mea languida corpora,
quaedam. 45.

g] cava. *h*] Deo. *i*) legendum: *vascla*. *k*) Vaccae.

Digitized by Google

A. C. Aſtitit. Inſonuit auribus illa meis:
MCCCXV. Ludere cum iuuene ſtudeas in roboris alto.
Priſca viro dabitur lux cito, crede mihi.
Quod feci. Dominus ideo tibi munera lucis
Contulit. Idcirco munera redde mihi.
Addidit ille fidem mulieri, de prece cuius
Se ſanum credit. Mittit & omne nefas.
Eſſe ſolet nullum peius muliere venenum.
Excolit hanc, adamat vir, *l)* alter eam.

Fabula II.

Vxoremque, virum, thalamus coniunxerat unus.
Se ſatis infirmam retulit illa viro.
Dicens: Veſicae ſtringit ſtranguria morbus.
Memet. Gliſco nec ſurgere. Faue mihi.
Hic fauet. Haec ſurgit. Telam ſibi quaeritat vdam,
Et peluim promtam, qua capiat pluuiam.
Cum qua Zelotypus, *m)* hanc qui dilexit *n)* inire,
Ludos incepit perteneros Veneris.
Comprimit haec telam. Cito quod ſtrepitet bene ſtilla,
Vt vir credat eam mittere ſic lacrimam.
Sic opus ille ſuum perfecit, & inde recedens,
Se bene ſanatam retulit illa viro.
Exultans ſatis hic: Dominus benedictus in aeuum,
Qui tibi tam pernix contulit antidotum.
Sic

l) forte: *senet* inſcrendum hic. *m)* adulter *n)* deſiderauit.

Digitized by Google

Sic vir deceptus mulieris fraude maligna. A. C.
Hanc igitur fugere quisque ſibi ſtudeat. MCCCXV.
Feinina quaeq; mala, flagrantis ianua lethes, 70.
Eſt & coelorum ſera frequenter ea.

Fabula III.

Vir vineta colit. Mulier putat hunc fore dudum
Vicetenus. *o*) Carum mox citat & iuuenem.
Immanes dat opes ipſi. Tandem petit illum, 75.
Vt donet Veneris baſia grata ſibi.
Exercere iocos Veneris ſtudet iſte. Minerua
Hunc docuit mulier, quod bene placet eam.
Non ſic in thalamo Saturnius Amphitrionis,
Niſus cum Venere, puber ut iſte fuit. 80.
Temporis articulo luxum Venus anxia mellit:
Inde cicuta mala fellit eum ſubito.
Eſt iocus iſte breuis, baratri quem crux grãve pungit.
Atque rogus iugis mox adolebit eum.
Vermis edax, algor, pedor, pix, nox, ſatanasq;, 85.
Affligit Paridem, non cum crucibus modicis.
Luce virum clara ſpolians Ramnuſia *p*) pernix,
Nam vitis fronde ſtringit eam grauiter.
O dea coeca nimis, o monſtrum criminis alti,

o) forte: *vinetenus*, in vineam. *p*) fortuna.

A. C. MCCCXV. Nutris grande ſcelus, iuſta premendo graue.
Cur premis Heinricum, *q*) exaltando Neronem?
Cur Moechum ſaluas hunc, ſpoliando virum
Lumine quaſſato. Dolor ingens auxerat illum.
Vinetum linquit, accelerando domum.
Iſte vibrat bifores. Moechum lodice grabati
Haec condit. Valuas pandit & illa viro.
Ipſius reditus cauſam quaeſiuit, & ille
Ordine rem referens, haec lacrimasque pluit.
Haec aſtuta nimis, Paridem ſaluare cupiſcens
Cogitat, & fraudem reperit illa cito.
Proh dolor uiusvereor, quod laedere queat
Non modica peſte lumen, ait, reliquum.
Namque gregem totam corrumpit morbida Valans.
Sus linione ſua foedat apros reliquos.
Saepius audiui, quod verba beata vigerent
Tantum, quod crudus enſis eum habeat.
His de pane caro Chriſti fit, viteque ſanguis.
Placatur Deus hinc. Cogitur hincq; Satan.
Ergo tuum lumen ſacrabo carmine dio. *r*)
Neue bonum maculet, iunxerat osq; ſuum.
Taliter ut poſſet oculos concludere ſponſi
Hinc oculum lambit. Quaerit & ille fugam.
Moecho ſaluato; nunc ſpero, Chriſto fauente, Am-

q) Septimellenſem, pauperem vulgo. *r*) diuo.

Digitized by Google

Amplius haec acies non ſcrupuletur, ait. A. C.
Nam ſacris verbis ſacrari pluribus illam, MCCCXV.
Quam ſaluare queat ſidera clara polus. 115.
Omnes iſtius fraudes audite, ſtudentes,
Ne vos ſeducat femina nugigera.
Thais amore caret. Iuueni non ſeruat amorem:
Fisci bonis viget hic, teque carente perit. 120.

Fabula IV.

Vir lucri cupidus longinquos currit ad Indos
Hic vxor caſta vernat, eratque pia;
Hanc ſocrui caſtae commiſit, & inde recedit.
Haec Veneris ludo nequit egere diu.
Coeruleam faciem Venus huic depinxit, & 125.
eius
Exta Cupido nimis pallida torruerat.
Mater eam timuit iniuſta peſte grauari,
Quaerens: Cur pallor inficit *s*) faciem?
Se captam referens nimium inuenies per-
amorem.
Cur hoc celaſti filia cara mihi? 130.
Pro natis natura potens vigilare parentes
Vult. Genitrix natae conuocat inde Parim.
Inuigilant epulis. Ceres ſeruitque Lyaeus
Ipſis, & menſa fercula multa tulit.
Hic Bachus ſaliit auro. Sapit hic fera, piscis. 135.
Se feſſos humeros menſa tenere docet.
Iunctus cum Cerere vult luxuriare Lyaeus,
Vt generet Venerem, utitur ille nimis.
Abra citatur. Adeſt. Facit illis nobile ſtratum.

s] forte *hic* inſerendum.

Digitized by Google

A. C. Hos Citharea citat adque iocos teneros.
MCCCXV. Indulgent Veneri. Misit fortuna maritum
Ad tectum proprium, quo sua sponsa fuit.
Hic tonat. Haec surgit, & postae repagula laxat.
Non anus astuta condere quit Paridem.
Cogitat, & reperit artem. Dat ei pugionem.
Ipsi: staque tacens, atque tene gladium.
Terruit iste tacens sponsum, dum quaeritat: is sit,
Adstat cum gladio. Socrus ait subito:
Quidam stratilates *t*) conantes hunc dare morti,
A nobis ideo quaesiit auxilium.
Hos horrebat ad nos. Tenet hic idcirco mucronem.
Quare vir grates contulit huic vetulae
Nescius hic fraudis: Sit socrus tibi gratia magna
Sic tibi dat laudes primipotentis apex.
Quisque probus debet fratri conferre iuvamen:
Nam qui iuvare potest, non fecit, is perimit.
Gratulor in domino Jesu. Pariter residere
Nos decet, & munus reddere grande deo.
Audi, qua fraude decepit femina sponsum.
Heu quot adhuc regnant qualibet urbe pares.
Lena deum perdit, fratrem castigat, & omnes Vi-

t] vagantes in platea

Digitized by Google

Vires eneruat corporis illa, cui A. C.
Egregiam fuſcat animam, foruli cito fauces MCCCXV.
Conſtringitq;, dies ſincopat hæc hominis,
Qui Chriſto ſeruit, diuina luce potiri
Poſt hanc, huic dabitur mens, ſatietur ea.
Hic viſus domini dat iugia paſcua iustis.
Hic nitido iubare verus Apollo micat.
Hic eſt perpetua. *u*] Non hic Alecto. Megaera,
Cumque ſua ſocia, iura docere queunt.

Fabula V.

Gaudia vir iuſtus conans praefata mereri,
Dulce ſolum patriae deſerit atque thorum.
Pro venia *x*) remeat ad ſancti limina Petri.
Huic matrona fuit ſobria, pulcra nimis.
Lacteus huic vultus, & eſt nivis aemula, dentes
Sunt nivei. Facies huic vt Apollo cluit.
Cum bella facie Citharea gerit mala bella.
Vincitur ipſa Venus a facie roſea.
Vni ſubiecto tribuens natura pudorem
Cum forma, quamuis rara ſit illa ſeges
Raro pudicitia animi, forma, ſunt in eodem
Subiecto. Thais effugat Andromadem.
Helena Penolpes mallet cito tollere ſedem.
Illius in ſolio collocat & Venerem.
Iſta die quadam confines ivit ad aedes.
Cernitur a quodam pubere ſponſa proba.

Sau-

u) forte intelligitur laetitia. *x*] peccatorum.

A. C. Sauciat iſtius cor, & renes pulcra virago.
MCCCXV. Huius languere coepit amore Paris.
Xenia multa Paris caſtae legat mulieri,
190. Vt per dona ſua flectere poſsit eam.
Nam regum corda flectuntur munere. Petri
Sedes precanti munere dat veniam.
Datque poteſtatem, dat honorem, pontificatum.
Judicis excoecat lumina gaza potens.
195. Calcat virtutem. Sublimat & illa ſceleſtum.
Dat genus & mores. Decipit illa probos.
Parvus cum magno ſectantur munera. Proh!
Proh!
Cum ſacramentis venditur ipſe Deus.
Scindere mucro nequit adamantem, Munere moechus
200. Non potuit ſobriam flectere quoq; modo.
Ignitis iaculis Venus huius viſcera torret.
Sic degit miſer hic. Pallor obit faciem.
Daemonis adiutrix anus hunc decumbere cernit.
Pallida ſint ora cur nimis? illa rogat.
205. Huic narrare pudet. Inſtat magis, & petit, illa,
Ut morbi vulnus inſinuetur *y*) ei.
Vulnera nemo poteſt medicina clauſa mederi.
Sanat aperta bene vulnera docta manus.
Huic vetulaeque: graui ſe, dicit, mulieris amore
210. Captum tam grauiter, vivere quod nequeat.
Gau-

y] manifeſtetur.

Gaude. Sis hilaris: ait iſti daemone peior, A. C.
Femina. Namque facit, quod ſatanas re- MCCCXV.
fugit
Femina nequitia vincit genus omne baratri.
Peior ſub coelo beſtia nulla manet.
Eſto ſecurus iſtius amore potiri
Arte mea volo, concito, z) crede mihi
Per triduum tu nulla cani dones alimenta,
Iſti ieiuno cepae ferens acidum.
Eſuriens canis eſt, illud quamuis ſit amarum,
Eſcas inſipidas eſſe facitque fames.
Conſumto cepe facies canis imbre madeſcit.
Quaerit anus ſponſam, quam Paris hic a-
damat.
Sponſa canis videt faciem. Cernit lacrima-
rum
Fontem. Tunc quaerit, cur gemit illa
canis?
Ebria reſpondit anus iſti: Daemonis arte
Haec mea nata fuit pulcra, pudica nimis,
Quam iuvenis pulcher nimium dilexit a-
more,
Flectere muneribus hanc, nequiensve
minis.
Hoc dolet alma. Cypris. Hammonis poplite flexo
Auribus inſonuit cum lacrimis precibus
Ut contemptricem Veneris ſtimulet cruce
dira,
Ne reliquae temnant eius opus, velut haec.
Cum

z] pro: cito.

Digitized by Google

A. C. Cum iudex fontis non vult punire reatum,
MCCCXV. Semita peccandi tunc dabitur miseris.
Assolet unius scelerum terrere ministros
Passio, poenarum labis iterque serat.
Astrorum censor hoc pensans, idola natae
Attribuitque canis. Ergo madet lacrymis.
Istis auditis singultat femina casta,
Conscia mens sceleris crebro pavere solet.
Se queritur vetulae, spreviſſe cupidinis arcus.
O quam grande nefas hoc, ait, est, vetula.
Consilium sanum contemnit nemo disertus:
Ergo meum rectum percipe consilium.
Antidotum gratum tibi spero referre, favente
Plasmatore pio, qui dedit esse mihi.
Fac moechi velle, tu ne mutabere formam
In canis, ut proles est mea versa Joue
Haec decepta dolis, iussis mulieris obedit,
Ne sibi donetur effigies catuli.
Namque suam quisque vult defensare salutem,
Ut natura dedit hominibusque feris.
Quaerit anus puerum, quem flamma perussit amoris.
Hunc ducit meretrix pessima. Junxit eos.
Stagnis non aliqua lethaeis bestia tantis
Venit, plena dolis femina prava velut.
Luciferi turma cui nequit fraude nocere,
Hunc mulier fallit vulpide fraude sua.

Fabula VI.

Callidus alter erat iuuenis, nitens abolere Uxo-

Digitized by Google

Uxoris fraudes. Hunc ſapiens docuit: A. C.
Ut ſtrueret ſublime ſibi conclaue petrinum, MCCCXV.
Unum poſticum conderet huicq; forum.
Iſte, velut doctus ſapientis concomitatus
Conſilium, credit pellere poſſe dolos.
Quando deſeruit ob cauſam limina lucri
Cum ferro ſolido clauſerat ipſe fores.
Ne queat exire mulier. Stetit ante feneſtram,
Et tranſire videt egregium juuenem.
Num ſciat interius viſus, venator amoris,
In mundo quicquid ipſe videt cluere.
Exterius dum pulcra videt, mouet interiora
Cordis, ſic dominum fallit & ipſe ſuum.
Pagina ſacra refert: Atrox mors ſaepe feneſtras
Per patulas intrat. Non reſeres ideo.
Hinc iuvenis nimium mulieris viſcera torquet.
Ignitis faculis fluctuat, atque dolet.
Voluit & ingenio, qua ſponſum fallere fraude
Haec queat, iuveni baſia grata dare.
Quoq; diem penſat, & ſtatim reperit artem,
Qua valuit proprium fallere fraude virum.
Sub cervicali vir claves nocte recondit,
Omni. Dat huic munera grata meri.
Ut faciant ſumta bene dormitare maritum.
Suffulſi recreat languida membra ſopor.
Absque modo ſumtus bacchus nocet accipienti,

Sed

A. C. Sed ſumtus modice dat melius ſapere.
MCCCXV. Plena dolo mulier mox dormitante marito
Surrexit, claues abſtulit inde viro.
Clam referans poſtes, quem dilexit petit illum.
Velle ſuo nacto, curſitat illa domum.
Vir ſecum penſat: Haec ad quid donat hiati *aa*)
Munera tanta ſibi. Forte Cypris citat hanc.
In quadam nocte ſe plenum munere Bacchi
Finxerat, & ſomni. Surgit & illa thoro
Exercere iocos gliscens Veneris, velut ante.
Vir ſurgens poſtes claudit, & illa redit.
Hic clamat, velut ignorans: Quis curſitat illis?
Femina reſpondit: Sponſe precor veniam.
Parce precor. Refera feram, ne me grauis algor
Conſumat penitus, & morior borea.
Cum ſe peccator dicit pecaſſe, meretur
Vt a ſummo patre detur ei venia.
In cruce viſpilio veniam quaeſiuit, & ille
Contulit huic, orbem qui regit atq; polum:
Quando ſcelus ſceleri veniam dederit, metet aequa
Lance Deo veniam. Pagina ſacra ſic fert.
Ergo mihi parce, tibi quod parcat Deus ipſe,
Et donet meritum, quod ſine fine viget.
Aſpis vt iſte ſuam, verbis eius ſerat aurem;
Eius

aa] forte: *hianti*.

Digitized by Google

Eius cognatis iſta referre volens. A. C.
Addidit iſta minas huic: ſe ſaltare minatur MCCCXV.
In fundum putei, ni reſeret bifores.
Vir reſerare negans, ſtatim videt illa chimera
Immanem cautem; Proiicit in puteum.
Ingens ruptura lapidis quoque terruit illum,
Et dolet in flumen hanc cecidiſſe putans.
Currens veloci depeſſulat oſtia curſu,
Hanc ſaluare volens, cum patulis ſitulis.
Haec tigris currit, ut poſtes poſſit adire
Has patulas. Fallit taliter illa virum.
Obice conſolidat valvam. Petit hic. Serat aures
Haec ſponſa. Probra cum ſalibusq; dedit.
Sed poſtquam Phoebus madidum caput egeri tundis
Flammiuomo iubare coepit obire ſolum,
Et ſellam rubeo propriis convexit Eoo,
Cum palmis, dominam ſomniferamque fugat:
Concitat affines haec, accuſatque maritum,
Dicens: Iſte meus fornice nocte latet.
Deſerit ipſe thorum ſtygium quaerendo lupanar
Nocte. Suumque nefas alligat illa viro.
Affines huius tunc corripuere maritum
Pro tanta ſcelere. Caſta putatur ea.
Heu vitium regnat. Virtus peſſundatur alma.
Nulla fides iuſto iam datur, imo malo.
Calcatur virtus. Scelus mundo dominatur.
Juſti iudicii linea namque perit

A. C. MCCCXV.

Fabula VII.

Vir quidam ſenex capiens in nocte ſoporem
Cum muliere ſua credit adeſſe Parim.
Clamitat: O mulier mihi moechus adeſſe videtur.
Haec ait: In ſomno par mihi forma patet.
Percipit hunc iterum. Palmis palpavit, & huius
In tellure fore ſenſerat hic aratrum.
Exultans dixit: I, fer mihi ſponſa lucernam,
Se laeſam dicit haec fore peſte gravi.
Hunc huic committit quaerens incendere lumen.
Haec ſubito ſurgens, hic vitulumq; locat.
Vir venit & reperit vitulum quaerens ubi moechus
Sit. Mulier verbis increpat hunc acribus.
Affines mane mulier ſibi convocat omnes,
Dicens: vir pareret ſcandala crebra ſibi.
Tunc vix eam nimium precibus rogauit amicus,
Vt donet veniam, parcere curet ei.
Do veniam, tibi vix, ait haec, de crimine tanto
Si te paeniteat do ſceleris veniam.
Nam quicunque petit veniam lacrimis, ſibi danda
Eſt, ut ſanctorum teſtificatur apex.

Fabula VIII.

Omnes audite, Referam mirabile quoddam
De

Digitized by Google

De quodam iuvene, quem Venus angari ans. *ab*) A. C. MCCCXV.

Huic pater affectans legis ſociare cubile,
Nec lenae poſſent illaqueare probum.
Nam fervere lena, vagari, turpia fari,
Saepe facit iuvenes, utpote crebro liquet.
Luxuriae natus incenſus putris amore,
Et voluit binos ſemper habere thoros.
Huic pater, o nate, tu noli ſpernere ſanum
Conſilium patris. Sufficit una tibi.
Semper vult duplex ſtultus habere grabatum.
Se credit poſſe multa iuuenta rudis.
Convictus tandem precibus patris, inquit: In uno
Eſſe thoro cupio temporis articulo.
A patre pulcra nimis nato virgo ſociatur,
Quam ſatiare nequit viribus ille ſuis.
Eius eqvus feſſus. Jubet haec complere diaetam.
Ille, labore licet, laſſus, inersque, piget.
Anno completo cadit in foveam lupus atrox.
Aſſunt ruſticuli, de nece ſunt queruli.
Hi dicunt: laqueo; quidam: flamma perimendum
Eſſe lupum. Tumulis hi tumulare volunt.
Hic dicit, poenam ſe noſſe magis truculentam,

ab) vexant.

A. C. Qui petiit duplicem ſemper inire thorum.
MCCCXV. Conſulit: ut mulier mala ſtatim, quae ſolet
380. omni
Dolo eſſe plena, pro necè detur ei.
Legitimam crudam crucibus facis gravio-
rem
Eſſe refert. Credat quilibet iſta mihi:
385. Poena necis tranſit. Haec crude ſemper adu-
rit
Cor ſponſi: fraude qualibet illa nocet.
Quaeritur inde lupus: ſi gliſcat ducere ſpon-
ſam.
Ut poſſit vitam continuare ſuam.
Nec mora. Raptor eis fertur reſponſa de-
diſſe
390. Talia: ſe nolle ducere legitmam.
Nexibus uxoris nullam ſeruat microcoſmus
Maiorem poenam, credite ruricolae.
Carius *ac*) inſignem mortem necis volo ferre,
Quam cruce perpetua cum muliere lui.
395. Femina prava nece. ſcio quod praepondè-
rat omni:
Mors tranſit ſubito. Femina crebro nocet.
Femina lethale virus ſerit, atque plagas net,
Cum quibus irretit corda Paris ſtolidi:

Fabula IX

Caelebs coniugium iunxit divina poteſtas.
400. Nullum tam ſobrium crede fuiſſe prius.
Tartareus coluber hoc diſſociare cupivit.
Nititur, ut bilis materiamque ſerat.

Ut

ac) Libentius.

Ut fallit iuſtos princeps latagit tenebrarum A. C.
Artibus innumeris, perſequiturque pios. MCCXCIV.
Qui caſum paſſus, comites vult eſſe ruinae
Fratres. Hic patitur, invidet ergo bonis.
Sedulo conatur, ut poſſit fraude cubile
Horum fraudare, ſed nequit arte ſua.
Luce videns vetula quadam per compita ne-
quam
Hunc fuſca facie, triſtitiaeque nota.
Haec ſatrapam tetrum. quare ſit nubilus
eius
Vultus, perquirit. Ille refert vetulae:
Lucifer emiſit me mundo, qui dominatur
Tartareo generi. Juſſerat ille mihi:
Legitimos binos, quos firmus nectit amoris
Nodus, ut inter eos conſererem lolium.
Namque mihi talis eſt ritus. Quaero nocere
Pacificis. Fraude fallere gliſco bonos.
Quando fero ſpolium, me princeps noſter
honorat,
Nilque ferens graviter ſcorpio terga ferit
Me multis herus variis mulctat dire ſtigis,
Fraude mea ſi non fallitur ille thorus.
Hoc ob caeruleus graviter color inficit ora,
Ac oculis etiam fons fluit ergo meis.
Haec anus intonuit: Si me ditaveris aere,
Utile conſilium concito dono tibi;
Nam cognoſcis, & eſt mala, quaeque pecu-
nia flectit.
Ergo da munus. Diſſociabo thorum.

A. C. MCCCXV.

In vetulis varias artes cognoſce latere.
Arte ſua mulier grandia ſaepe facit
Longo conſilio quandoq; viget breue poſſe.
Ingenio floret, cui brevis eſt data vis.
His dictis ore daemon reſpondet alacri.
Frange thorum, vetula, munera magna feram.
Æra ſua cupiens nancisci femina fraude
Legitimum quaerit diſſociare thorum.
Vir fuit in luco runcina vininia *ad*) ſcindens,
Botros ad vitem inde ligare volens.
Haec anus accipiens, torreſtinamque farinam,
Viſitat inde virum, cum lacrimis referens:
Deſipis, es ſtolidus: omnis rationis egenus,
Tanto ſudore corpus quod crucias.
Nam tua legitima Veneris iam ſudat in actu,
Quae reſecare parat guttura nocte tua.
Crede mihi munus, quod cernis, contulit illa,
Ne tibi narrarem, quod tibi nunc refero.
Huic vir confidit, illam prece ſupplici pulſans,
Ut ſibi ferre velit utile conſilium.
Haec ait: In nocte fingas tua membra gravata
Eſſe ſopore. Tua colla ſecet *ae*) chalybe.
Hæc abit, & ſponſam pariter falſare laborans,
Huic: dare te morti vir tuus enſe parat.

Hoc

ad] Vimina e ricino *ae*] pro ſecabit

Hoc mihi lena vaga dixit, cum qua fuit ipſe. A. C.
Haec dolet auditis triſtibus indiciis. MCCCXV.
Et comis domina lacrimas fluit vberiores. 455.
Hanc rogat, ut ſanum conferat auxilium.
Huic in nocte tui crinem ceruice reſcinde,
Fert anus, & inde fer, auxiliaris erit.
Decipulis poſitis mulier diſcedit iniqua.
Laetatur fractum fraude fuiſſe thorum. 460.
Exta viri mota nec non rancore repleta,
Vt per anum ſparſum triſte fuit lolium.
Et feſſus ſudore graui propriam petit aedem.
Inuiſis oculis conſpicit ille ſuam.
Hoſtem nempe ſuum bene nemo videbit alacri 465.
Palpebra, veluti crebo liquere poteſt.
Cogitat haec domina: vetulam ſibi verba tuliſſe,
Ac eius viſus fontis ab imbre madet.
Vt doctus fuerat, ſe tempore fingit opaco
Vir fore ſopitum, naribus ac ſtrepuit. 470.
Hæc reſecare parat ſponſi de gutture crinem,
Vt ſibi commiſit plena dolis vetula.
Percipit hanc ſponſus, & non modicum ſtomachatur.
Immenſis ſponſam verberibusque donat.
Quos Deitas nexit, hos diſſociauit Erynnis. 475.
His factis vetula poſtulat aera ſua.
Huic baratri princeps verbo reſpondet alacri:
Nonque feram palma muneris aera tibi.
Ad longum contum lethea peſte crumena
Vincitur, vetulae qua datur huic brauium 480.

Digitized by Google

A. C. MCCCXV.

Hinc verbum vulgare ſonat: mulier mala peior
Eſſe ſolet Sathana plus tribus, vt liquet hac.

Fabula X.

Lena viro prorae caute gurguſtia tendit.
Illum non quaerit, ſed magis aera ſua.
Non ſic pisciculus hamo, vel truta ſagena,
Vt iuuenis capitur fornice peſtifero.
Nec ſic decipulis falli poterit lupus atrox,
Nec volucris laqueis, vt capit haec iuvenes.
Peſte graui mulier male decepit prothoplaſtum,
Vnde luem traxit coſmica progenies.
O fera Medea, fera peſſima, ſarcina grandis,
Omnis ſumma doli, tumba, cloaca luis.
Cur ſponſum iuſtum Samſonem robore privas?
Cur vngues pili te mediante cadunt?
Hac Salomon etiam, quem vera ſophia beauit
Dogmate, decipitur, idolatria litans.
Cum talis Salomon capitur muliere maligna,
Quis Plato poterit fraude cauere ſibi?
O fortis Dauid. Mulier tua viſcera torquet,
Vnde tuum trux mors enſe ſecat populum.
O caelebs felix, pii ſola ſalus genitoris,
Quem fratrum liuor vendidit aere grauis.
Cum dictis plange, lacrimarum fonte madesce;
Femina namque graui carcere te cruciat.

Pro-

Protholor Hypolitae cur priuat adultera vita A. C.
Te, quod non patitur casta Diana diu. MCCCXV.
Filia Loth propera mediam complere diae- 505.
tam,
Quamuis excutiat te bene theologus.
Primo sapit mulier, tandem quasi scorpio
pungit,
Cuius dulce labrum poena dolor sequitur. 510.
Eris pro fasce correptum ludere moecho
Dat meretrix, longum iungit huic lugere.
Ianua tartarea mulier mala thaurea grandis
Daemonis est anceps, qua capit ille reos.
Non ita musca cadit, quam neuit aranea tela, 515.
Atque canopeis, vt meretrice viri.
Circuiat haec vicos, veluti leo qui quaerit
escam,
Non vt alauda, sed vt noctua quaerit iter.
Sero vagans toto, donec valeat reperire,
Hunc, cuius loculos euacuare queat. 520.
Si confert munus, opus eius laudat, eumque
Huic spondet firma foedera, iura, fidem.
In muliere fides est protea. Transit vt vmbra.
Debilior tela, quam facit aranea.
Nemo placere potest huic. Nec Paris optat
amorem, 525.
Sed plus qui dederit plus placet ille sibi.
Nemo placet scorto, nisi qui numismate
clangit.
Hunc adamat semper, huicque placere
studet.
Huius ieiuna cum sit faux aere crumenae,

A. C. Deserit hunc, alium iungat ut illa sibi.
MCCCXV. Istius foruli quando sunt euacuati,
Algidus huic fit amor, qui fuit ante calens.
Ludicolas Veneris fuscato decipit ore.
Insidiatur eis, vt lupus agniculis,
Non solum meretrix corpus tibi tollit, & aera,
Sed tollit fructus spiritualis opes.
Vt fastus clarum sathanam fecit paranymphum,
Sic de te Verrem luxuriesque facit.
Est mortis puteus, est alta lacuna cloacae.
Est viscus sceleris, ac vaga quaeque lupa.
Lena supercilium gerit armatum graue pungens
Corda virum. Torquet viscera Paris ea.
Non ita mortificat visum visus basilisci,
Vt lenae visus exanimat iuuenes.
Non solum viuas acie res inficit illa.
Sed res artificis haec violare solet.
Illius gustus iuueni sunt spicula mortis.
Vulnus letale tangere dat lupulae.
Illius labrum crebro torret velut Aethna,
Viscera tam gentis haec adolet subito.
Siccae quisquiliae, stipulae, iunctaeque caminis
Ignis flammiuomus deuorat has subito.
Sic, quando nuda caro tangitur in muliere,
Alma Diana focis vritur hinc grauiter.
Tabet mens hominis, quamuis caro non violetur;

Nil

Nil caro caſta iuuat mente fauere pari. A. C.
Non dabitur brauium, fuerit quaecunque MCCCXV.
pudica
Carne. Nec in mente virgo manere ſtudet.
Mente prius niſi corrupta, caro non violatur.
Ergo ſtude mentis virginitate frui.
Flectere quam poſſent bene terroresque me- 560.
tallum,
Non datur aureola virginitatis ei.
Syrenes neumis inolent, merſare carinas
Cetus odore ſuo piſciculos laqueat:
Sic oda mulier ſtolidos iuuenes citat ad ſe, 565.
Vt queat illorum ſe ſatiare bonis.
Eſt damnum dulce mulier, confuſio ſponſi.
Inſatiabilis eſt beſtia, pugna frequens.
Prauum conuiuium ſolet aſpidis eſſe vene-
num:
Caſti naufragium; ſollicitudo frequens. 570.
Vas eſt moechiae; totius turbinis aedes,
Ferali morte ſaeuior eſſe ſolet.
Sed quid plura loquor. Non viuit beſtia peior
Credo ſub coelis, vt bene dicta probant.
Si ſtellae ſcribae, pelles coelum, maris vnda 575.
Eſſet incauſtum, nec cifra cum ſociis
Sufficerent plene mulierum ſcribere fraudes,
Cum quibus illaqueant corda modo iuue-
num.
Non poterit plene referari fraus mulierum,
Quamuis lingua foret omnis arena maris. 580.
Ergo loquor modicum, licet omnino ſit in-
eptum.

Plus

Digitized by Google

A. C. MCCCXV. Plus prodeſt aliquid, quam nihil inde loqui.
Quae careat fraude cum raro queat reperiri,
Hanc ergo fugias, liber vt eſſe queas.
Si tibi ſe iungat, vel ſi iungaris eidem,
Contrahis inde leuem, *af*) clerice, crede mihi.
Ex pice contrahitur labes. Sic ex meretrice
Omne malum trahitur. Crede mihi iuvenis.
Corpus, res, anima, male perditur, eius amorem
Si ſequeris. Fugias hanc ideo iuuenis.
Lis, odium, caedes, mors, rixa, ſuperbia, ſumunt
Principium Venere, ſicut vbique liquet.
Hanc ergo fugere cum toto nitere niſu,
Vt volucris laqueo, ne capiaris ea.
Illius intuitus fugias. Iter eius abhorre.
A te ſpernatur, vt pote taxus ape.
O deſes, Cereris operi ſtudeas inhiare,
Atque fori cauſis, piſciculisque plagis.
Pernici catulo niſus ſectare Dianae,
Et ſus ſilueſtris cuſpide laeſa cadat.
Piſci piscina fodiatur vomere lira,
Plantetur planta tempore quaeque ſuo.
Inſiſtas Marti, tyro, ne dira Medea
Te trucibus laqueis illaqueare queat.
Vepribus, & ſpinis, terram purges bene princeps,

Vt

af) leuis notae maculam.

Vt flores lolium crescere triſte ſinat. A. C.
Calcitro, ne Cypris in repas repat inertes. MCCCXV.
Niſibus inſiſtat. Vomere vertat humum.
Semper agas quid virtutis, ne filius irae
Inueniat pigrum te, tibi quod noceat.
Luxus enim Veneris requies gerit alma, ſed almus
Si labor affuerit, luxus abire ſitit.
Nam peſti cuiq; requies fomenta miniſtrat,
Sed ſolito niſu pullulat omne bonum.
Absque labore domum ſemper Venus ignea quaerit,
Deſidis in fibras ſerpere crebro ſolet.
Turpiter alterius violas, Aegiſte, cubile.
Cur? ratio promta: deſidioſus eras.
Ex nimia requie reptat ſaeuiſſima peſtis,
Et Veneris fomes, quae mala multa parit.
Eſt requies longa virtutis prodiga, nutrix
Peccati, corpus annihilare ſolet.
Obfuscare ſolet requies retracta metalla.
Ex nimia requie deficit aegra caro.
Spinas, & tribulos, profert incultus agellus.
Pullulat exculto meſſis adulta ſolo.
Sic mens gyrouaga virtutum ſemina vellit,
Labruscaſque parit, botrus & ipſe perit.
Vita labat iuuenis, cuius labor eſt requiei
Inſudare nimis. Sit labor comes.
Virtutum ſemen, hominum labor irrigat almus
Siccat & horreolo conciliare ſtudet.
Tota phalanx Veneris conantis ab aede recedit. Huic

A. C. MCCCXV.

Huic labor eſt hoſtis, & fugat hanc propere:
Ex Baccho, Cerere, crescit Venus & ſibi vires
Aſſumit. Corpus aggrauat hinc hominis.
Hos ergo fugias, tibi ne Cypris dominetur.
Extrahe ligna rogis, concito flamma perit.
Olim cum Cerere Bacchum concumbere vidi
Inde nata fuit carnis amica Venus.
Algescunt Veneris artus. Vis tota moritur,
Deſerit hanc quando Liber & alma Ceres.
Sed quid plura loquar: Veneris triplex medicina
Eſt: Fuga; ſiue labor; parcere ſaepe cibis.
Haec tria corde fido retine ſi vincere quaeris
Thaida. Nam melior nulla medela datur.

Caput XI.

Aemulus Vlrice diuini codicis alma
Quem fouet in gremio philoſophia ſuo.
Septenas natas tibi mater contulit vna,
Ex quibus eſt nata plurima nata tibi.
Non aſpernaris lac ſumere. Namque potiris
Pro ſolidis epulis mentis ad alta means.
Tu ſatias cleri cor, doctrinam ſitientis,
Sideribus ſicut donat Apollo iubar.
Vt fontis ſcatebra riuo grandem pluit vndam:
Sic ſeris ore pia dogmata quando legis.
Moribus es Seneca. Sed corde Plato, vel Vlyſſes
Non vt arundo leuis, quam ventus ipſe trahit.

Nunc

Nunc es Ariſtoteles; vel nunc Paulus; Helias; A. C. MCCCXV.
Priſcicus; *ag*) & Cicero; nunc es Apolonius. 660.
Nunc facis in tabula nouem placere ſorores
Cum deuima, per ſe quae nihil eſſe ſolet.
Virgilii calamum ſequeris, quandoque Lucani,
Carmina cum fingis, tu vires, imo flores,
Nobilis egregia caput Auſtri, magna Wienna, 665.
Quae multum clerum contines in gremio:
Qui concurrit ibi vario de climate mundi
Te quaerit: Ceruus utpote fontis aquas.
Quorum tu corda ſatias cum fonte ſalubris
Doctrinae: fluuius vtpote piſciculum. 670.
Vt polis eſt caput Auſtri, quam regis arce ſalubri,
Sic caput es cleri dogma ferendo pium.
Dicitur Vlricus, vltra quam ſcandere ritum.
Humanum, veluti nomine rite patet.
Nominis effectum nullus qui fungitur iſto. 675.
Iſtius exponit, praetitulatus vt is.
Exaltare tuos titulos qui nititur, ille
Soli fumoſis lumina dat faculis.
Te peto, corde pio ſumas vt vilia ſcripta,
Ad te quae ditem paupere fonte fluunt. 680.
Accipe diſcipuli munus tam vile puſillum,
Namque ſolet pauper munera parua dare.
Omnem lima luat tua labem carminis huius,
Et purget: Veluti ſcopa domus cineres.

Hic

ag) Priſcianus i. e. Grammaticus in genere.

A. C. MCCCXV.

Hic modo ſiſto ſtylum. Licet hic abrumpere filum.
Muſae completa rurſus eſt namque diaeta.
Annis millenis elapſis, tri quoque centis,
Nec non quindenis, Adolphus fecit egenis.
Me merces domini detur huic eius bona fini,
Et poſt hanc metam det ei ſedem bene laetam,
Jugeque ſolamen: Nunc dicat quilibet Amen.

IX.

IACOBVS CAIETANVS.

MCCCXIX

Iacobum nomine, cognomento Caietanum, ſe ipſum appellat noſter in proſa triplici operi metrico praemiſſa. *a*) Petro Stephani patre natum ſe eſſe dicit. *b*) Hinc Iacobus Caietanus de Stephanescis nominatur a D. P. in Commentario praeuio de S. Petro coeleſtino Pontifice Romano. *c*) Anagninus dicitur ab Auberto MIRAEO. *d*) Magiſter liberalium artium Pariſiis creatus ibidem docuit. *e*) Jurisprudentiam deinde in Italia docuit *f*) Quarto Nicolai Papae IV. anno exſtitit ſubdiaconus *g*) A. Coeleſtino Papa

IX. *a*) Par. I. n. 2. in Actis Sanctorum Maii per Godefridum HENSCHENIVM Danielem PAPEBROCHIVM, Franciſcum BAERTIVM & Conradum JANNINGVM Tom. 4. ed. Antverp. 1685. d. 19. Maii p. 418. D. *b*) l. c. n. 6. ibid. E. *c*) n. 2. l. c. p. 419. D. *d*) de ſcriptor. Eccles. n. CCCCXIV. *e*) v. Proſa l. c. n. 6. ib. p. 438. *f*) v. l. c. n. 7. ibid. F. *g*) v. Proſa l. c. ibid.

Digitized by Google

Papa ad eccleſiaſtica munia promotus. *b)* Deinde in Leuitam Cardinalem per Bonifacium VIII. Pontificatus eius anno ſecundo A. C. MCCXCV. *i)* Georgii ad velum aureum (titulo promotus) *k)* Vixit adhuc an. 1319. quo anno, die 28. Januarii ſcripſit epiſtolam dedicatoriam praefixam operi metrico. *l)* Nollem fidem habere Roberto GERIO, qui *m)* eum A. MCCCXLIII. obiiſſe vult. De ſtudio ſuo poetico ipſe narrat: ſe, cum iam Jurisprudentiae in Italia diſcendo & docendo operam daret, interdum absque inſtructore, niſi ſe ipſo, Lucani vacaſſe acumini, Virgiliique rhetoricae ſuauitatis profluo, vnius geſtae arduitatem, alterius fictae rei ſubtilitatem, ac amborum ſtili grauitatem altitudinemque circumſpectans. *n)* A. C. MCCCXIX

Scripſit I. *Vitam S. Coeleſtini V.* Papae libris III. heroico genere quae legitur in Actis SS. *o)* Libri primi init: *Alma Petri ſedes iam dudum languida vultu.* Libri ſecundi init: *Sic igitur Phoebi diffundens orbita lumen.* Libri tertii: *Hactenus haec fama fuerant vulgata per vrbes.*

II. De *electione & coronatione Bonifacii Papae VIII.* Libri duo carmine hexametro ſcripti, qui exſtant in Actis *p)* Libri primi init: *Quamuis vecta gradu teneant veſtigia Vatem.*

b) v. D. P. l. c. *i)* v. MIRAEVS l. c. *k)* v. Proſa. l. c. ib. *l)* in Actis p. 437. E. *m)* de S. E. p. m. 6. *n)* v. Proſa l. c. ib. p. 438. E. *o)* l. c. p. 443. *p)* l. c. p. 461.

A. C. MCCCXIX. *tem.* Secundi: *Iamque dies ſacro Papae celebranda triumpho.*

III. De *Canonizatione S. Petri Coeleſtini* Libros tres, hexametros, qui leguntur in Actis. *q*) Primi init: *Iam coeli conuexa tenens, ſidusque ſupernis.* Secundi: *Ergo vbi commiſſum magnarum indagine rerum.* Tertii: *Hactenus effuſe magni praeconia feſti.* In vnum volumen tria illa ſcripta redegit ipſe Iacobus, illudque Abbati & conuentui monaſterii S. Spiritus de Sulmone, Ordinis S. Benedicti, Valuenſis Dioeceſis, dedicauit. *r*) Manuſcriptum originale donauit Jacobus monaſterio S. Spiritus de Murrone prope Sulmonem. *s*) Ante editionem plurimum vſus hoc poëmate MARINVS eſt, vſus eſt & Odoricus RAINALDVS in Annalibus eccleſiaſticis, nec non Ciacconii inſtaurator inter polatorque OLDOINVS, Jacobi verſus alleganda ſaepius. *t*) Ediderunt Acta Sanctorum ex MS. Vaticano, collato cum ecgrapho autographi Sulmonenſis, exiſtente apud Patres Coeleſtinos Romae. *u*) Caſtigationes textus ſuppeditavit D. P. notis ſubiunctas. *x*) Notas dedit idem. *y*)

IV. Librum de *centeſimo ſeu Jubilaeo anno* hexametrum, initio: *Aurea centeno conſur-*

q) l. c. p. 473. *r*) v. Acta Sanctorum l. c. p. 437. B. *s*) v. Dedicationem l. c. D. *t*) V. D. P. Commentar. n. 2 l. c. p. 419. E. *u*) v. eund. l. c. F. *x*) in Actis SS. *y*) l. c

surgunt sæcula Phoebo. Quem Julius ROSEVS scholiis a se illustratum primum edidit & postea Colonienses in Tom. 13. Bibliothecae P. P retulerunt z) Exstat & in Bibliotheca maxima Patrum *aa*) A. C. MCCCXIX

X.

HERMANNVS.

Frater Ordinis Cistercienſis in monasterio Lehninensi vel Lheninensi, quod situm est in Marchia Brandenburgensi haud procul ab vrbe Brandenburgo. Vixit ante Anno MCCCXXII. quod ex versu decimo Vaticinii colligo: MCCCXXII

Et nunc absque mora propinquat flebilis hora
Qua stirps Ottonis, nostrae lumen regionis,
Magno ruit fato, nullo superstite nato.

Quod eo anno contigit mortuis Woldemaro & Johanne IV. Electoribus. Dicitur scripsisse *Vaticinium* versibus rythmicis nondum editum, cuius initium:

Nunc tibi cum cura, Lhenin, cano fata futura.

XI.

CASTELLANVS BASSIANENSIS.

A. 1327. dicauit Franc. Dandulo, Venetiarum Duci carmen suum, quod *Pacem Venetianam* inscripsit. Agit eo de pace, quae inita inter Fridericum Barbarossam, Imper. & Alexandrum III. Papam, cum Venetiarum Princeps foret Sebast. Zianus. v. Bernard. MCCC-XXVII.

z) v. MIRAEVS l. c. *aa*) Tom. XXV. p 936.

Digitized by Google

A. C. MCCC-XXIX.

Scardeonium lib. II. de rebus Patauinis, Classe X. Vossium de Hist. Lat. III. C. 9. *a*)

XII.

ALBERTINVS MVSSATVS.

Patauinus. Obiit A. MCCCXXIX. Clodii exul. *a*) Poeta pro ratione aeui sui non incelebris iudice Henr. WHARTON. *b*)

Exstant. Albertini Mussati Historia Augusta Henrici VII. Caesaris & alia quae exstant opera Venetiis 1636. f. ex typographia Ducali Pinelliana; inquibus occurrunt carmina haec:

Pag. 1. Tragoedia *Eccerinis*.

P. 17. *Achilleis* tragoedia altera.

P. 48. Epistola *ad Joannem* Grammaticae Professorem docentem Venetiis.

P. 52. Ad Ducem Venetiarum *Joannem Superantium* Epistola.

P. 64. *Ad Joannem* Grammatticae Professorem cum quaesisset ab eo per metra, qualiter contigerit, quod leo & lea, quae erant communis Venetiarum genuissent, & peperisset lea viros foetus contra Auctores loquentes, quod mortui nasci solent, & introducitur Vrania loquens.

P. 66. Ad Paulum iudicem de titulo rogantem, vt responderet Beneuenuto de Campesanis de Vicentia aduersus opus metricum

XI. *a*) v Christoph. HENDREICH Pandect. Brandenburg. p. 449. a.

XII. *a*) v. Aub. MIRAEI mantissa ad Auctar. de S. E. *b*) Appendic. ad Gvil. Caue de S. E. p. m. 15.

Digitized by Google

cum, per eum factum in laudem Domini Canis Grandis, & vituperium Paduanorum, cum capta fuit Vicentia. A. C. MCCCXXIX.

P. 81. De *celebratione* suae *diei natiuitatis* fienda vel non. Elegia.

P. 83. Somnium in aegritudine apud Florentiam & Commendatio Antonii de Vrso Episcopi Florentini cuius beneficio liberatus fuit.

P. 90. *Cento* ex P. Ouidii Nasonis libris V. de Tristibus. *Ad Filium.*

P. 99. *Soliloquia.*

P. 116. *Eclogae.*

P. 140. *Fragmenta poetica.*

Priapeia eius prodiisse in his operibus falso perhibet Henr. WHARTON. *c*) Monetur e contrario lector ab editore Operum Mussati *d*) epistolas duas ad D. Joannem de Vigontia Patauinum, quarum vna Priapum expressit, uxorem Priapi altera commentus est, consulto praetermissas esse in gratiam aurium honestarum.

XIII.

ADAMVS NVTZARDE.

Artium Magister Oxoniensis. Claruit A. MCCCXL. MCCCXL. Poeta sua tempestate non vulgaris fuit. Scripsit I. carmine *Neutrale* quoddam Lib. I. init: *Aspirans precibus vestris persaepe.* II. De *speciebus lapidum* Lib. I. init:

c) Append. ad Gv. Caue de S. E. p. m. 25. *d*) p. 80.

Digitized by Google

A. C. MCCCXL. *Euax rex Arabum legitur ſcripſiſſe.* *a*) Hic liber vulgo rectius Marbodo tribuitur.

XIV.

HERMANNVS de SCHILDIS.

Ordinis fratrum eremitarum S. Auguſtini. Claruit A. MCCCXL. Scripſit de *diviſione philoſophiae* metrice lib. I. *a*).

XV.

ANONYMVS.

MCCCXLIII. Scripſit carmine elegiaco *Poenitentiarum lupi vulpis & aſini*; initio: *Inſtabat feſtiva dies animalia bruta.* Exſtat inter Varia doctorum piorumque virorum de corrupto eccleſiae ſtatu poenata per Matthiam FLACIVM Baſileae 1556. *a*) Ad calcem adſcriptum legitur: Explicit poenitentiarius lupi vulpis & aſini completus Anno Domini MCCCXLIII. Exſtat & in Grynaei vel Goalartii Catal. Teſt. verit. Tom. 2. *b*)

XVI.

JOANNES HOXSEMIVS.

MCCCXLVIII. Sive de Hocſem a vico cognomine, ditionis Leodicenſis, prope Hugardiam, ſic dictus. A. MCCLXXVIII. menſe Februario natus eſt, ut ipſe de ſe loquens Chronici ſui lib. I. c. XI. his verſibus teſtatur, locum ſive parochiam nativitatis ſuae c. XII. indigitando Hugardiam: *Mil-*

XIII. *a*) v. JBALEVS ſcriptor. Britann. Cent. V. n. 6.
XIV. *a*) v. Joh. TRITHEMIVS de S. E. n. 594.
XV. *a*) p. 199. *b*) v. Chriſtoph. Hendreich Pandectar. Brandenb. p. 308. b.

Digitized by Google

Mille ducenteno bis quarto ſeptuageno A. C.
Anno, ſub mundo natus ſub menſe ſecundo. MCCC-

Studiis melioribus Lovanii, Aureliis, atque XLVIII.
alibi operam dedit & iura publice profeſſus ſuit. Tandem Canonicus & Scholaſticus Leodici ad S. Lambertum & ad S. Petrum eadem in urbe Praepoſitus. Obiit A. MCCC-XLVIII. VI. Nonas Octobr. *a*)

XVII.

GVILLELMVS KETHVS.

Abbas de Killes. Claruit A. MCCCL. Rhe- MCCCL.
tor & poeta ingenioſus multo mentis foetu tum in proſa tum in metro foecundus. *a*)

XVIII.

JOANNES CALIGATOR.

Lovanienſis. Poeta ſui aeui inſignis. Vixit MCCC-
circa A. MCCCLVIII. Verſu complexus eſt LVIII.
Vitam & Paſſionem SS. Apoſtolorum *Petri & Pauli* libro uno, cuius hoc exordium:
Roma caput mundi primo paſtore beata. a)

XIX.

RICHARDVS LEDREDVS.

Anglus Lodinenſis. A Joanne XXII. re- MCCCLX.
nunciatus epiſcopus Oſſorienſis in Hibernia. Obiit A. MCCCLX. Scripſit Hymnos

XVI. *a*) v. Valerii ANDREAE Bibliotheca Belgica ed. Louan. 1643. p. 519.

XVII. *a*] v. Auguſtini SARTORII Ciſtercium bis-tertium p. 517.

XVIII. *a*] v. Valerii ANDREAE bibliotheca Belgica ed. Louan. 1643. p. 475.

Digitized by Google

A. C. quosdam in *Natali Domini aliisque festis* in
MCCCLX. ecclesia sua decantandos. *a*)

XX.
GVILHELMVS.

In urbe Coventre natus, & Carmelitani MCCCLX. nominis monachus. Claruit A. MCCCLX. *a*) Mortuus circa illum annum teste Jo. PITSEO. *b*)

Scripsit *Carmina* diversa lib. 1. init: *Isidorus annos a principio tibi. c*)

XXI.
JV.

MCCC- Burgensis. Exstat *bellum Navarense* A.
LXVI. D. MCCCLXVI. versibus quingentis sexaginta per JV. Burgensem de Petro rege Arragoniae & Eduardo Principe &c. manuscriptum inter codices bibliothecae Bodleianae n. 1767. *a*)

XXII.
PETRVS BABYON.

Vel BABION & BABYO. Anglus. Theologus & Pocta. *a*) Claruisse creditur a BOSTONO A. MCCC-

---

XIX. *a*) v Luc. WADDINGI scriptores ordinis Minorum p. 305.

XX. *a*) v. Joh. BALEVS Scriptor. Brittann. Cent. 6. n. 11. *b*) de illustr. Angl. Scriptor. n. 600. *c*) v. BALEVS l. c.

XXI. *a*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae T. I. P. I. p 85.

XXII. *a*) v. Christoph. HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 372. b.

Digitized by Google

MCCCLXVI. *b*) aut A. MCCCXVII. *c*) Carmine exercitatus tantum in literis profecit, quantum illa admirabantur secula. Juvenis carmina edidit, ad quae pangenda natum dixisses. Ingenium plane illi acutissimum, neque felix inventio defuit; usque adeo, ut non raro ad iustam gratiam & carminis maiestatem assurgeret; iudice Jo. BALEO. *d*) A. C. MCCC-LXVI.

Scripsit I. *Comoediam* carmine Lib. I. initio: *Me dolor infestat foris intus. e*) Comoedia Babionis versibus exstat manuscripta in bibliotheca Cottoniana Titus A. XX. 30. *f*)

II. *Carmina* varia Lib. I. *g*)

XXIII.

GVALTERVS WIBVRNE.

Professione Franciscanus *a*) in coenobio Norwicensi. *b*) Joanni BALEO, videtur vixisse circa A. MCCCLXVI; Joanni PITSEO *d*) circa A. MCCCLXVII. Carminum author magnus enituit. Unde & encomium Christiparae virgini carmine hexametro cecinit, illi seculo plane non contemnendo. Quod & iterum postea rythmicis versiculis praestitit teste LELANDO apud BALEVM. *e*)

b) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 6. n. 23. *c*) v. Jo. PITSEVS de illustr. Angl. Scriptor. n. 462. *d*) l. c. *e*) v. BALEVS l. c. *f*) v. Thomae SMITHI Catalogum p. 124. *g*) v. BALEVS l. c.

XXIII. *a*] v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 6. n. 14. *b*) v. Jo. PITSEVS de illustr. Angl. scriptor. n. 613. *c*] l. c. *d*] l. c. *e*] l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCC-LXVI. Scripſit I. De *Maria & eius filio* Lib. I. Initio: *Mariae carmina quondam hexametra. f)* II. *Encomium Chriſtiparae* Lib. I. *g)* Puto PITSEVM multiplicare entia praeter neceſſitatem cum De *virgine Maria* carmine hexametro Librum unum, & *Encomium Chriſtiparae* Librum unum diverſa ſcripta habet. III. *Carmina* diverſi generis Lib. I. *h)*

XXIV.
VRBANVS V.

MCCCLXX Paterno nomine GVLIELMVS GRISANT appellatus. Natione Gallus patria Lemovicenſis. Juris Canonici Doctor & Ordinis Benedictini monachus, Coenobii S. Victoris apud Maſſiliam Abbas, ſedis Apoſtolicae in regno Siciliae & Neapolis legatus, Pontifex Romanus Avenione electus. A. MCCCLXII. d. XXIII. Septembris. Obiit A. MCCCLXX. die XIX. Decembr. Scripſit Verſus de *Agno Dei*, qui exſtant apud VICTORELLVM addition. ad Ciacconium de vitis Pontif. Romae 1630. *a)*

XXV.
CONRADVS.

De Altzeya, oppido Moguntinenſis dioeceſis in Palatinatu, tribus millibus a Wormatia diſtante, natione Teutonicus. Claruit A. MCCCLXX.

Scri-

f] v. BALEVS I. c. *g*] v. BALEVS I. c. *h*] v. BALEVS I. c. XXIV. *a*] v. Henr. WHARTON Append. ad Gv. Cave Script. Eccleſ. p. m. 45.

Digitized by Google

Scripsit I. Volumen versibus & rythmis de Dei genitrice *Maria & redemtione generis humani*, titulo: *Figurarum opus* Lib. I. A. C. MCCXCLX

II. *Carminum* lib. I. *a*)

XXVI.

JOHANNES.

Hildenshemensis. Ordinis fratrum B. Mariae semper virginis de monte Carmeli. Claruit temporibus Caroli Imp. IV. A. MCCCLXX. *a*)

Scripsit metro & prosa multa praeclara opuscula. I. *De monstris in Ecclesia*, Lib. I. *b*) Quod opus metricum est. *c*)

II. Jo. de Hildesheim opusculum metricum *contra Detractorem*, &c. (ordinis *Carmelitarum*) exstat inter codices manuscriptos bibliothecae Bodleianae n. 3429. Tr. 5. *d*)

XXVII.

GVILIELMVS IORDANVS. MCCC-LXXII.

Canonicus regularis S. Augustini in Viridi Valle apud Bruxellam. Joannis Ruysbroeckii primi ibidem Prioris discipulus. Obiit A. MCCCLXXXII. die XXIII. Nov.

Scripsit Rythmum de *conflictu vitiorum cum virtutibus*. *a*) XXVIII.

XXV. *a*] v. J. TRITHEMIVS de Script. Eccles. n. 660.

XXVI. *a*) v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 648. *b*] v. TRITHEMIVS l. c. *c*) v. Jo. TRITHEMIVS de Scriptor. German. c. 122. apud Jo. Alb. FABRICIVM not. (c) ad Trithemii de S. E. l. c. *d*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 165.

XXVII. *a*] v. Valerii ANDREAE bibliotheca Belgica ed. Lovan. 1643. p. 321.

Digitized by Google

A. C. MCCC-LXXII.

XXVIII.

JOANNES du PIN.

Monaſterii de Vaucellis in Cameraccſio monachus. Claruit ſub Philippo le Bel, & Philippo Valeſio Francorum regibus, anno 1325. & poſtea. Obiit in epiſcopatu Leodienſi & ſepulus eſt in cenobio Gvillielmitarum A. 1372. Poeta & orator facundiſſimus. Meminerunt eius Ludovicus Gvicardinus in deſcriptione Galliae Belgicae, Renatus Chopinus in libro de ſacra Politia Forenſi, fol. 468. Claudius Fauchet & Franciſcus de la Croix in bibliotheca Gallica. Ex Segvino.

Scripſit I. metro & proſa anno 1324. aetatis ſuae 22. Tractatum quem praenotavit: *Mundam vitam* ſive Agrum virtutis bonae vitae, 8. libros complectentem &c. Impreſſus eſt Pariſiis ahud Michaelem le Noir in 8°.

II. Edidit inſuper verſibus Alexandrinis, Opuſculum quoddam, inſcriptum. *Evangelium mulierum.* *a*)

XXIX.

BENEDICTVS XII.

Papa. Antea dictus Jac. Fournerius, Fornerius Furnius. Ord Ciſtercienſis. Gallus. Theol. D. Mor. 1372. aliis 1342.

Scripſit Carmina quaedam *prophetica.* *a*)

XXX.

XXVIII. *a*] v. Caroli de VISCH bibliotheca ſcriptorum ordinis Ciſtercienſis ed. Colon. 1656. p. 228.

XXIX. *a*) *v.* Chriſtophori HENDREICH Pandect. Brandenb. p. 508. a.

Digitized by Google

XXX.

FRANCISCVS PETRARCHA

A. C. MCCC-LXXIV.

Natione Etruſcus. *a*) Aretii ex Florentinis parentibus natus. Archidiaconus Parmenſis: Canonicus Patavinus. Uno eodemque die Romam & Lutetiam ad accipiendam lauream evocatus. *b*) Moritur in heremitario ſuo agri Patavini: *c*) in Euganeis montibus Angradae, *d*) ſub Carolo Imp. IV. & Gregorio Papa XI. A. M. CCCLXXXIV. Indictione vero XII. *e*) d. 14. Jul. aetat. annorum 70. uno minus die. *f*)

Scripſit I. *Bucolicorum* metrice lib. 1. Init. *Monice tranquillo.* *g*) Conſtant Eclogis XII, quarum prima vocatur *Parthenias.* Exſtantque inter Codices MSStos ex dono Thomae BODLEII n. 13. in Bibliotheca Bodleiana n. 2190. *h*) & inter manuſcriptos libros collegii novi in Oxonia n. 269. *i*)

II. *Epiſtolarum* metricarum libros tres. *k*)

XXXI.

JOHANNES BOCATIVS.

De

XXX] *a*] v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 622. *b*) v. MOLANVS in MS. bibliotheca ſacra apud Aub. MIRAEVM in Auctar. de S. E. n. 441. *c*] v. TRITHEMIVS l. c. *d*] v. MOLANVS l. c. *e*] v. TRITHEMIVS l. c. *f*) v. Jo. Alb. Fabricii not. m. ad Trithemii l. c. *g*] v. THRITHEMIVS l. c. *h*) v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 115. *i*] v. Catalogos cit. P II. p. 37. n. 123. *k*] v. Henr. WHARTON in appendice ad Hiſt. Liter. Gv. Cave de ſcriptor. eccleſ. ed. Londin. 1689. p. 43.

Digitized by Google

A. C. MCCC-LXXV. De Certaldo. Natione Italus patria Florentinus. Moritur ſub Carolo Imperatore, quarto & Gregorio Papa XI. A. MCCC-LXXV. Indictione XIII. aetatis ſuae LXII. *a*) Aut A. MCCCLXXVI. ut vult Aub. MIRAEVS. *b*)

Scripſit *Bucolicorum* lib. I. Init. *Tyndare non ſatis fue.* *c*)

XXXII.

JOANNES.

MCCC-LXXIX. Bridlyngtonenſis in Eboracenſi patria natus. Canonicorum regularium in Bridlyngtonenſi coenobio praeſes. Obiit A. MCCCLXXIX. 6. Id. Octobr. *a*)

Scripſit I. Carmina *vaticinalia* Lib. 3. Initio: *Febribus infectus* vel: *Februus infeſtus*, ut legit Jo. PITSEVS, *b*) *requies fuerat.* *c*)

II. *Vaticinales* verſus Lib. I. Init. *Taurus cornutus, ex primo germine.* *d*)

Exſtat: *Joannis de Bridlington carmen vaticinale cum commentariis & expoſitione Joannis Ergene;* inter codices MSS. quos Kenelmus DIGBAEVS donavit bibliothecae Bodleianae n. 89. inter Codices bibliothecae Bodleianae n. 1690. *e*) Item: *Jo. Bridlington va-*

XXXI. *a*) v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 647. *b*] in Auctar. de S. E. n. 441. *c*] v. TRITHEMIVS l. c.

XXXII. *a*) v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. 6. n. 62. *b*] de illuſtr. Angl. ſcriptor. n. 646. *c*] v. BALEVS l. c. *d*] v. BALEVS l. c. *e*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 81.

Digitized by Google

vaticinia verſu; inter Codices bibliothecae Bodleianae n. 2067. Tr. 45. *f)* Item: *Byrdlington verſificat. in ſua Prophetia*; inter libros manuſcriptos Collegii Caio-Gonvilenſis in Cantabrigia n. 34. Tr. 5. *g)* Item: *Prophetia Canonici de Bridlinton, temporibus Edwardi 2. & 3. init. Febribus infectus*; inter libros manuſcriptos Collegii Sanctae Trinitatis apud Dublinium n. 524. Tr. I, *b*] qui codex & lectionem Balei confirmat. Item: *Fragmentum prophetiae Monachi de Bridlington*; inter libros manuſcriptos bibliothecae Cottonianae Vitellius D. XII. 3. *i*] Item: *Verſus prophetici per Priorem de Brydlington*; exſtant ibidem F. XIII. 2. *k*] Item: *Prophetia, rhythmicis verſibus ezarata, cuiusdam Canonici regularis, Joannis de Bridlington, ſecundum opinionem vulgi, qui febribus infirmatus eſt, ut ipſe Autor dicit in initio prophetiae: cum prolixa expoſitione de rebus in iſta prophetia praedictis ſub Regibus Edwardo II. & III. hic in Anglia & in Francia accidentibus. Is qui commentarios ſcripſit, eos inſcribit Humfredo de Bohun, Comiti de Hereford, &c. & Conſtabulario Angliae*; Hanc operis notitiam ſuppeditat Codex bibliothecae Cottonianae Do-

A. C. MCCC-LXXIX.

f] v. Catalogos cit. p. 108. *g*] v. Catalogos cit. Tom. I. P. III. p. 120. n. 1064. *b)* v. Catalogos cit. Vol. II. P. 2. p. 40. n. 664. *i*] v. Thomae SMITHII catalogus Bibliothecae Cottonianae p. 93. *k)* v. SMITHI Catalogus p. 104.

Digitized by Google

A. C. MCCC-LXXIX. Domitianus A. IX. 15. *l*] Item: *Prophetia S. Joannis de Bridlingtona: versibus hexametris*; exstat in Bibliotheca Cottoniana. Cleopatra C. IV. 18. *m*]

XXXIII.
JOANNES SOMER

MCCCXC. Ordine Franciscus ex eo Collegio fuit, quod apud Gvalteri pontem [vulgo Bridgewater] emporium Somersetensium frequens, prope Flueli fluminis ripas situm est. Claruit A. MCCCXC. Scripsit de *facultate metrica* lib. I. v. Jo. BALEVS Scriptor Britann. Cent 7. n. 8.

XXXIV.
RICARDVS.

MCCC-XCVI. In Roffensi Cantiorum dioecesi atque oppido Maydeston oriundus. *a)* RICHARDVS MAYDESCON vocatur a Jo. TRITHEMIO. *b)* Oxonii primum Martonensis collegii socius fuit & Aylesfordiensis coenobii Carmelita postmodum factus. *c)* Claruit in gymnasio Oxonienſi eo potissimum tempore quo haeresis Johannis Wicleffi pullulare incepit in Anglia. *d*]Obiit Cal. Jun. MCCCXCVI. *e*]

Scripsit I. cum esset Joanni Lancastriae duci a confessionibus *Concordiam inter Regem*

---

l) v. SMITHVS l. c. p. 134. *m*] v. SMITHI Catalogus p 139.

XXXIV. *a*] v. Jo. BALEVS Scriptor. Britann. Cent. VI. n. LXXXVI. *b*] de S. E. n. 667. *c*]. v. BALEVS l. c. *d*] v. TRITHEMIVS l. c. *e*] v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

gem Ricardum & cives Londinenſes A. M- A. C.
CCCXCIII. firmatam hexametris pentame- SEC. XIV.
trisque verſibus Init. *Tullius in laudem tantam ſuſtollit.* Elegantiores eos eſſe, quam ſolebat ea aetas dare, teſtatur BALEVS. *f)*

II. *Precationes* metricas Lib. I, Init. *Kyrie eleyſon, miſerere, pater pie. g)*

III. Exſtat *Liber Ricardi carmine conſcript.* inter libros manuſcriptos Collegii laio-Gonvilenſis in Cantabrigia n. 21. Tr. 2. *h)*

XXXV.

COLVCIVS.

Cancellarius Florentinus. Seculo XIV. vixiſſe videtur. Scripſit enim ad Ubaldinum Priorem S. Stephani epiſtolam de obitu & ſepultura Lapi de Caſtellione Florentini. Carmine ſcripſit *Epitaphium Lapi.* Initio: *Caſtiglioneiades hoc ſera & poſtuma Lapi;* quod exſtat in Petri LAMBECII Commentar. de biblioth. Vindobon. Lib. II. c. VIII. p. 940.

SECVLVM DECIMVM QVINTVM.

I.

IOANNES GOWER.

Jo. GODEFRIDVS LIDGATE appellatur in co- MCCCCII.
dice MSto Collegii S. Trinitatis apud Dublinium n. 414. *a)* Vir equeſtris ordinis ex

f) l. c. *g*] v. BALEVS l. c. *h)* v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae P. III. p. 129. 1051.

I. *a)* v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae Vol. II. P. II. p. 37. n. 554.

Digitized by Google

A. C. MCCCCII. Stitenhamo villa Eboracenſis provinciae. *b*) Caſtellum Sittenhamum nominat Jo. PITSEVS. *c*) Vixit ad iuſtam usque ſenectutem, fuitque coecus A. MCCCCII. *d*) Londini mortuum & ſepultum eſſe A. MCCCCII. teſtatur PITSEVS. *e*) Fuit Poeta laureatus. De conſequenda antiquorum poetarum in latino ſermone elegantia quaſi deſperans, primum ad linguam Gallicam diſcendam, deinde ad Anglicanam excolendam ſe totum contulit. *f*) Habet ſtatuam in loco ſepulturae duplici nota inſignem, nempe aurea torque, & hederacea corona roſis interſerta: illud militis, hoc poetae ornamentum. *g*)

Scripſit I. Poemata dicta *Vox clamantis*, ſeu de *Mundi erroribus*, ut habet inſcriptio Codicis MS. Laudiani in bibliotheca Bodleiana n. 1061. *h*) Libris VII. diſtinctum opus eſſe docet Codex manuſcriptus Collegii Omnium Animarum in Oxonia. *i*] Incipit: *Scripturae veteris capiunt exempla. k*] Exſtat opus manuſcriptum inter Codices quos Gv. Laud donavit bibliothecae Bodleianae F. n. 24. Tr. I, ipſius bibliothecae Bodleianae n. 1061.

---

b) v. LELANDVS apud Jo. BALEVM Scriptor. Britann. Cent. 7. n. 23. p. 524. *c*) de illuſtr Angliae Scriptor. n. 731. p. 575. *d*] v. BALEVS l. c. p. 525. *e*] l. c. p. 576. 577. *f*) v. PITSEVS l. c. p. 576. *g*) v. BALEVS l. c. *h*] v. Catalogos MSStorum Angliae & Hiberniae p. 64. *i*) v. Catalogos cit. T. I. P. II. p. 88. n. 1427. *k*] v. BALEVS l. c. p. 524.

Digitized by Google

1061. *l*] Item inter codices ex dono Kenelmi DIGBAEI n. 138. in bibiotheca Bodleiana n. 1739. *m*] Item titulo: *Joannis Goweri Vox clamantis Lib. VII. cum Chronico eius tripartito & aliis eiusdem carminibus*; exstat inter Codices manuscriptos Collegii omnium Animarum in Oxonia. *n*] Item titulo: *Jo. Godefridi Lidgate Poema inscript. Vox clamantis*; libros manuscriptos collegii S. Trinitatis apud Dublinium. n. 414. *o*] Item titulo: *Joannis Gower Chronica, quae vox clamantis dicitur, sive poema de insurrectione rusticorum contra ingenuos & nobiles tempore R. Ricardi II. & de causis ex quibus talia contingunt enormia libris septem*; in Bibliotheca Cottoniana Tiberius A. IV. 1 *p*) Exstare in Bibliotheca Lumleiana testatur PITSEVS. *q*] A. C. MCCCCXL.

II. Videtur ex initio: *Tolle caput mundi, C ter & sex*; colligi posse, esse poeticum scriptum: *Chronicon tripartitum* libris III. distinctum. *r*] Exstat manuscriptum in Collegio omnium Animarum *s*] Forte idem est cum praecedenti aut eius pars:

III. De *Rege Henrico IV.* liber, initio: *Rex coeli Deus & Dominus t*]

IV.

---

l] v. Catalogos M[illegible] p. 64. *m*] v. Catalogos l. c. p. 83 *n*] v. Catalogos l. c. P. II. p. 88. n. 1427. *o*] v. Catalogos l. c. p. Vol. II. P. II. p. 37. n. 554. *p*] v. Thomae SMITHI Catalogus librorum manuscriptorum biblioth. Cotton. p. 19. *q*] l. c. *r*] v. v. BALEVS l. c. *s*] v. PITSEVS l. c. *t*] v. BALEVS l. c.

Digitized by Google

A. C. MCCCCII. IV. De *peſte vitiorum*, initio: *Non excuſatur qui verum non fateatur*, *u*] Exſtat *Carmen ſuper multiplici vitiorum peſtilentia, qua, tempore Richardi II. Anno ſcil 20. partes noſtrae ſpecialiter inficiebantur*; inter Codices manuſcriptos Bibliothecae Bodleianae n. 2449. *x*]

V. *Scrutinium lucis*, initio: *Heu quia per crebras humus eſt. y*]

VI. *Epigrammata* quaedam. Init. *Alta petens aquila volat alitque. z*]

VII. Carmen de *variis in amore paſſionibus*, ut habet titulus codicis Laudiani. Vel: Carmen ſuper *amoris multiplici varietate*, ut inſcribit codex Bodleianus. Init. *Eſt amor in gloſa, pax bellica. aa*] Exſtat manuſcriptum inter Codices quos GV. LAVD bibliothecae Bodleianae donavit F. n. 24. Tr. 4. p. 166. b. in manuſcriptis bibliothecae Bodleianae n. 1061. *ab*] & inter Codices ex dono Thomae Bodleii n. 9. Tr. 3. in Bibliotheca Bodleiana n. 2449. *ac*]

VIII. *Contra mentis ſaevitiam in cauſa ſuperbiae* carmen exſtat manuſcriptum in Bibliotheca Bodleiana n. 2449. Tr. 5. *ad*]

IX. Poema Goweri de *populari tumultu & rebellione, anno quarto Ricardi II.* mutilum

---

u] v. BALEVS. l. c. *x*] v. Catalogos MSS. Angliae & Hiberniae p. 126. *y*] v. BALEVS Scriptor Britann. Cent. 7. n. 23. *z*] v. BALEVS l. c. *aa*] v. BALEVS l. c. *ab*] v. Catalogos MSS. cit. T. I. P. I. p. 64. *ac*) v. Catalogos l. c. *ad*] v. Catalogos l. c.

Digitized by Google

lum exſtat in Bibliotheca Cottoniana Titus A. XIII. 4. *ae*] A. C. MCCCCII.

X. *Carmina* diuerſa. *af*) *Gower's Poems, Engl. withſome Frenchand Latine Verſes*; exſtant inter libros manuſcriptos Collegii S. Trinitatis apud Cantabrigiam n. 17. *ag*) Joannis Gower verſus exſtant in manuſcriptis bibliothecae Cottonianae Tiberius A. IV. 14. *ah*)

Studioſius quam felicius Publium Ouidium imitatus eſt. Nec mirum illud videri debet, praeſertim in ſemibarbaro ſeculo; cum vix hac noſtra tam florenti aetate inueniantur, qui redundantem illam Naſonis in carmine felicitatem bellam belle exprimat. Ita ſentit Jo. BALEVS. *ai*)

Reliqua huius ſeculi ſupplementis ſeruanda ſunt.

II.

REMVS FAVINVS.

Eius exſtant de ponderum deque menſu- INCERT.
rarum vocabulis carmina initio: *Ponderaſ Paconiis veterum memorata libellis*; typis exſcripta circa finem ſeculi XV. forma quarta foliis 6. Praefationem praemiſit operi P. Aeolicus datam Lipſiae non. Mart. 1494. in qua Remum dicit virum undecumque peri-

ae] v. Thomae SMITHI Catalogus p. 122. *af*] v. BALEVS l. c. *ag*] v. Catalogos MSS. Angl. & Hibern. P. III. p. 97. n. 335. *ah*] v. SMITHI catalogus p. 19. *ai*] Scriptor. Britann. Cent. 7. n. 23.

Digitized by Google

A. C. tum, qui carmine rem aggreſſus ita perfece-
INC. rit, vt Phidiae opus appareat.

III.

ANONYMVS.

Auctor poematis quod inſcribitur *Salutaris*. Carmen eſt elegiacum, integrum, quod ſciam, hucusque non editum. Fragmentum tamen *ex veteri quodam poemate, cuius initium eſt: Aurea lux oritur*; quo noſtrum innuitur, euulgatum eſt a Matthia FLACIO inter varia doctorum piorumque virorum de corrupto eccleſiae ſtatu poemata. Baſileae 1556. p. 416. Ex Flacio edidit Joachimus VRSINVS Speculo Jeſuitico pag. 218. *a*) *Diſticha* etiam *ſelectiora ex Salutari* edita ſunt a Chriſtiano DAVMIO annexa Dionyſii Catonis diſtichis de moribus ad filium Cygneae 1672. o. *b*)

Integrum carmen ex MSto quodam Helmſtadienſi codice dato, notatis verſibus a Daumio editis ſtellae, a Flacio crucis ſigno:

* *Aurea lux oritur, pratum pete, collige flores,*
* *Et puerile caput clarificare ſtude.*
Florigeram capiti cupias adhibere coronam,
Vt populo digne praeradiare queas.
§. *Floribus electis animum florere neceſſe,*
Qui niſi floreſcit fructificare nequit.
Principio ſummo regi ſeruire labora,
Vt tibi det regni perpetuale decus.

Fa-

III. *a*] v. Dion. CATONIS. diſticha per Chriſt. Daumium p. 217. *b*] p. 217.

Digitized by Google

Factum factori ſummo praeponere noli, A. C.
Quem ſi depreties deprecandus eris. INC.
* *Mens inſana bonum* c) *praeſert umbratile ſummo,* 10.
* *Falſaque pro veris gaudia ſtultus amat.*
O factura dei vitiorum ſperne cloacam,
Non violare luto fecis imago dei.
* *Summum quaere bonum mentis conamine toto.* 15
* *Quis poterit magnis absque labore frui.*
Non ſis ingratus domino, qui te recreauit,
Et pro te voluit ſcandala multa pati.
Vt bene conregnes duo bene compatiaris
Cum tibi longa feret gaudia poena breuis. 20.
In ſummi regis niſu ſi ſtare labores
Ciuibus angelicis aſſociandus eris.
Si praeceptoris ſummi praecepta refutes,
Inferni latebras, frifrigora, damna, feras.
Praemia virtutum, ſcelerum tormenta, quis vnquam 25.
Scribere, penſare, vel numerare queat.
Tu cole reginam coeli, portumque ſalutis,
Vt peream pateant coelica regna tibi.
Tota cohors ſuperum tibi pura mente colanda,
Vt tibi dignetur ferre ſalutis opem. 30.
Si domino facere vis templum materiale,
Hortor, vt aedifices ſpirituale prius.
Quid tibi monaſterii valet aedificatio templi,
Si ruat in ſordes ſpiritus aula tibi.

c] edit Daumian: *bono.*

Digitized by Google

A. C. * *Ad regni cathedram ſi vis volitare decenter,*
INC. * *Alas virtutis & rationis habe.*
35. * *Stemmate* d) *virtutis penetralia cordis adorna*
* *Quemlibet ornatum praeualet iſte decor.*
* *Quid valet ornatus in corpore, formaque lucens,*
40. * *Si mens ſordeſcit ac tenebreſcit iners.*
Nunquam decipiat te forma ſuperficialis,
Pulcra ſuperficies diſſimulare ſolet.
* *Purpura quid colet* e) *quid florida lingua caueto:* f)
* *Saepe latet coluber ſub viridente* g) *rubo.*
45. * *Sol ſub nube latet; ſub ſpinis lilia vernant;*
* *Corpore ſub vili mens pretioſa latet.*
* *Saepe ſub auratis latitat viliſſima crytis.* h)
* *Saepe latens aurum manica* i) *vilis habet.*
* *Fumoſum corpus ne deſpice. Vilis amictus*
50. * *Saepius abſcondit ſpirituale iubar.*
* *O quantos hodie fallit promiſſio nequam:*
* *Ergo caue ſtolida credulitate capi.*
* *Argus & argutus in facto quolibet eſto:*
* *Mundus enim tendit retia mille modis.*
55. * *Luxus, auartia, faſtus: triplex quaſi mundum*
* *Funiculus capiunt & capiendo ligant.*
* *Luxuriae motus tota ratione refraena:*
* *Taagis* k] *in melle mille venena latent.*
* *Sub niue pix; & fel ſub melle; lutumque ſub auro;*

Pelle

---

d] edit. Daumian. *Schemate.* *e*] Daum. *celet.* *f*] D. *videto.* *g*] D. *viridante.* *h*] MS. & edit. Daumian. *capſis.* *i*] Daum. *mantica.* *k*) D. *Thaidis.*

Digitized by Google

* *Pelle ſub agnina corda lupina latent.* A. C.
* *Fontis auaritiae pontum fuge, qui, ſatiare* INC.
* *Quos nequit, nydropicat, toxicat, atque* 60.
necat.
Tu, quaſi monſtra duo turpiſſima, ſpiritualem
Sperne polidoniam, ſimoniamque nefas.
Cum tibi ſit mendax infamia, non verearis; 65.
Nec tua delectet pectora fluxus amor.
In nebulone nihil äiffert ſonus oris & ani:
Nam vox ſcurriſona ſtercoris inſtar habet.
* *Ira, vel inuidia, mentes & corpora laedit,*
* *Quas animi furias dira venena putes.* l) 70.
* *Vince malum patiens. Qui non cupit aſpera*
ferre,
* *Dignus erit nulla proſperitate frui.*
Si ſtimules vrſam maiora pericula vides m)
* *Quam ſi melle foues tutus adire potes.*
* *Fellitos ira verborum melle perungas:* 75.
* *Ne furor accreſcat, hos ſtimulare caue.*
* *Peſſima ne tollas. Mala peiora* n) *caueto*
* *Saepe necem generat inſtimulata febris.*
* *Stercoribus motis quod abinde reſultat habebis.*
* *Balſama ſi moveas nectar odoris habes.* o) 80.
Qui non limatur unquam feritate malorum,
Permanet impatiens & bonitate caret.
Virtus animi pulchri, & converſatio clara
Mentem nobilitant moribus atque beant.
* *Diſſuadet mores commanſio turpis honeſtos.* 85.
* *Ergo relinque malos & ſociare bonis.*

l] Daum: *puto.* m] D. *pericla timebis.* n) D. *peiorare.* o] D. *adeſt.*

Digitized by Google

A. C. * *Te ſervare decet mores, decretu,* p) *loquelam*
INC. * *Eius telluris, incola cuius eris.*
* *Prudentum ſerua mores, exempla ſequaris:*
90. * *Prodit ab exemplis vita nefanda malis,*
Coeco ductore coecus ſeducitur: ergo
Coecos & claudos non imitare duces.
Jam veniunt Anti Chriſti ſeducere mundum,
Chriſticolasque docent mortis inire viam.
95. *Quicquid agunt alii praeſignis honore coruſca*
Ut flos in ſpinis fert ſpeciale decus.
Non Antichriſtos, ſed Chriſticolas imitare:
Moribus, exemplo, cognitione, fide.
Tu fragilis miſerere tui. Venerare parentes.
100. *Dilige cognatos, affinibusque place.*
Praelatos ſuffer. Subiectis parce cadentes
Erige. Contritis auxiliare pius.
Paupertas tibi foecunda toleranda benigne:
In qua libertas ſobrietasque vigent.
105. * *O quantas curas! o quanta pericula dives*
* *Suſtinet! & falſi portat honoris onus.*
Sit procul ebrietas, mentis contagio, rixae
Janua, naufragium mentis, imago veris.
* *Non tibi ſit curae vaga curia, fraudis alumna,*
110. * *Fabrica nugarum, perditionis iter.*
Si quis adulari non vult diſcedat ab aula:
Moribus oppugnant aulica vita ſatis.
Scit laqueare pedes aſinos ſimul aulica vulpes
Fallitur ex facili qui caret arte doli.
115 * *Difficile eſt vulpi ſociam decipere* q) *vulpem.*

* Non

p] Daum. *illamque.* q] Daum. *ſeducere.*

* *Non eſt fallibilis concio plena dolis.* A. C.
O quantus labor! Hypocritae ſimilantur ho- INC.
nore
Dum ficta morum ſub gravitate rident.
**Heu ſervi regnant; domini famulantur.*
Aſelli
* *Donantur phaleris; dephalerantur equi.* 120.
Judicium praeſtans falſum praeiudicat aequo.
Cauſa patrociniis errat honeſta malis.
†* *Mater Jeruſalem quaſi filia ſit Babylonis.*
†* *Sordet, vileſcit, deprimiturque* r) *iugo.*
†* *Inſpice tot rerum contagia, non* s) *reprobaris.* t)
†* *Cum reprobis fugias & reprobanda vide.* 125.
†* *Hypocriſin; fraudem; mendacia; iurgia; litem:*
†* *Deſere; devita; respue; pelle; fuga.*
†* *Conſortes Iudae vendunt patrimonia Chriſti:*
†† *Simonis arte perit ſpiritualis honor.* u]
†* *Defloret flos. Languet omne caput dominan-* 130.
tum. x]
†*g *Membra dolent. Paſtor deuiat. Errat ouis.*
†* *Vae terrae* y] *pueri, quae* z] *deficit arte regendi.*
†* *Perditur in fatuis pontificale decus.*

* *Non*

---

r] MS. & edit. Daumian. *opprimiturque* s] Daum. *ne.* t] edit. Flacian. & Daumian. *reproberis.* u] D. *ſpirituale decus.* x] D. & F. *Eccleſiae. languet caput omne.* y] D. & F. *regno.* z] F. *quia.* D. *qui*

Digitized by Google

A. C. * *Non valet aequari gemmae vitrum pretioſae,*
INC. * *Nec levis alga thymo, nec ſaliunca roſae.*
135. * *Non* aa] *aſſume iugum, quodvis tua ferre recuſat:*
* *Pondere ſub modico tutius ire potes.*
De pueri regno iniqua praeſumit Aeſopus.
140. *Nec puer accelerat ad dominantis opus.*
* *Diſce modum ſeruare. Modeſtia temperat actus.*
* *Stultitiam ſimula tempore ſive loco.*
* *Conſule diſcretos, ſi quid dubitabile ſeruas.*
* *In dubiis noli deteriora ſequi.*
145. * *Nullius arcanum, nec amici crimina, pandas.*
* *Non ea ſcruteris quae latuiſſe decet.*
* *Dives, & electus, non nobilis, eſſe probaris;*
* *Si te nobilitat res generoſa: Dare.*
* *Nobilium proles, dare neſcia, ſemper avara,*
150. * *Patriſſare negat, degenerare ſtudens.*
* *Deſinat extolli de patris ſtemmate quisquis*
* *A bonitate patris degenerare ſtudes.* ab]
* *Da cito, da gratis, da munera congrua cuique* ac]
* *Dum* ad] *dare non poteris munera verba dubis.*
155. *Zelo virtutis dona tua, munera defer.*
Munus vbi proſtat, gratia nulla manet,
Dona relatiua non ſunt meritoria. Virtus
Vendita virtutis nobilitate caret.
* *Virtus degenerat ſi mercenaria fiat.*

* *Sed*

---

aa] Daum. *Ne tibi.* ab] D. *ſtudet.* ac] D. *cuiquam.* ad] D. *cum.*

Sed manet in pretio, si sit inemta, suo. A. C.
Debita persoluas. In votis esto fidelis. INC
Quid magis infamat quam violare fidem? 160.
Sperat ae) *qui seruit. Desperat* af) *qui dominatur:*
Nam fortuna leuat infima, summa premit.
Vt sol effectus proprios alternat in aura: 165.
Sic fortuna suas sic ag] *variare vias.*
Alea Scylla tibi vitetur, tessera Syrtes;
Quae spoliant multos: rebus, honore, fide.
Tu nisi deuites virus letale draconum,
Iuxta quos habitas, scandala multa feres 170.
Fautores tibi quaere bonos, qui tempore casus
Suppeditant curam, subueniantque tibi.
Copia fautorum basis est fortissima vitae,
Quam nisi digneris aedificare, cades.
Cum fueris sanus, medicorum quære fauorem, 175.
Vt tibi succurrant, quando salute cares.
Corpus vt encraticum serues moderare sapores,
Sitque modesta tibi motio, sitque quies.
Si medicina placet, prius vtere spirituali.
Post haec carnalis est adhibenda tibi. 180.
Aëre sub sano mediocriter vtere laetis,
Conseruetque tuam sana diaeta crisim.
Quatenus humorum complexio sit moderata
Sic mirat encratiae sidus in vrbe sua.
Sumens antidotum prius ora: nam mediator 185.
Summus opus dubium certificare valet.
Nonne deus saluat reprobos mediante ministro? Sic

ae) D. *Speret.* af) D. *desperet.* ag) forte: *scit.*

A. C. *Sic aegros medicis vult releuare ſuis.*
INC. *Si decreta legas orator idoneus eſto.*
190. *Iudicio iuſtus, conſilioque pius.*
Rhetoricae vultu, geſtuque, loquendo refulge,
Verbula pinge tua ſchemate, ſine tropo.
Sit doctrix verbi ratio, nec garrulus eſto,
Et fuge rancorem, ſcurriſonumque ſonum.
195. *Dogma Theologicum ſi quaeris perſice dogma.*
Non decet iniuſtos pagina ſacra viros.
Si ſis cauſidicus Ciceronis dogmate polle.
Quis decretiſta rhetoris arte viget.
* *Non decet a porcis condita cibaria ſumi*
200. * *Non decet immundas aurea cella* ah) *capras.*
* *Scire tuum nihil eſt, niſi virtus concomitetur:*
* *Plus ſtolidis peccat praua ſcienter agens.*
* *O quantos hodie turpiſſima vita docentis*
* *Pulcros ſermones annihilare ſolet.*
205. * *Ridiculus ſermo, cui vita rebellis abhorret.* ai)
* *Ergo caue doctor diſſonus eſſe tibi.*
Terrenum panem ſi ſumis corpore laeto,
Coeleſtem ſumas non niſi mente pura.
* *Multa licet ſapias, non dedignare doceri.*
210. * *Quis niſi mentis inops omnia ſcire putat?*
Leniter exaudi praecepta petentis amici,
Qui ſtudeat laudes magnificare tuas.
* *Vt gallus gemmam reprobat, vel talpa lucernam,*
* *Sic delirus homo nobile dogma fugit.*
215. *Collige diuinos flores cum flore ſophiae,*

Vt

ah) Daum. *ſella.* ai) D. *oberrat.*

Vt fructus ſummi floris habere queas. A. C.
Vt ſolis radius aeterni ſolis in aula, IN C.
Virtutum radiis praeradiare ſtude.
Ne pereas exul, hoc perfice dogma ſalutis:
Ad patriam tendas auxiliante deo. 220.
* *Non tibi lucentem modio ſuppone lucernam,*
* *Sed commune iubar fac radiare palam.*
* *Sit procul inuidiae rabies & liuor eorum,*
* *Qui titulum libri detitulare ſtudent.*
Dum redolet nardus, donec rigante floreſcat, 225.
Floreat huius honor carminis, atque decor.

IV.

ADAMVS de MONTALDO.

Genuenſis. Scripſit *Paſſionem Chriſti* he- IN C.
roico carmine, quae ſeruatur manuſcripta in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis, v. FELLERI Catalog. p. 297. n. 23,

V.

PETRVS HELIAS.

Scripſit Textum metricum complectentem XVI. *libros Priſciani* maioris voluminis, qui exſtat bis in bibliotheca Paulina Academiae Lipſienſis manuſcriptus. v. FELLERI Catalog. p. 290. n. 12. & p. 392. n. 793. In priori ad calcem legitur: Explicit textus Petri Helyae metricus comprehendens quatuordecim libris Priſciani maioris voluminis ſcriptus ſub anno domini milleſſimo quadringenteſimo ſexto, feria ſexta proxima poſt aſcenſionem Domini, hora quaſi ſeptima in Nyſa per manus Johannis Pintherii de Diſ- IN C

ſau

A. C. INC. ſau. Adſcribam initium operis ex Codice priori:

Sicut ab eſſe rei ſoliti rem promere dicunt
Philoſophi: Vox eſt aër tenuiſſimus ictus,
Ad id, quod proprie ſentitur ab auribus, eſt
vox
Eſt a materia ratio prior iſta per id, quod
Accidit, & per poſterius quod vocem mani-
feſtat.
Quatuor iſta modis diuidit, quos his cape
ſignis:
Prima aliqua nominis vox dicitur articulata;
Altera nil ſignans ſic in articulata vocata;
Tertia ſcriptibilis; non ſubſtat quarta figuris.
Combinando modi ſpecies dant quatuor iſti.

VI.

PSEVD-OVIDIVS.

INC. Et amatoriis ſcriptis, quae medio aeuo conſcripta ſunt multa Ouidii, nomen falſo prae ſe ferre obſeruant eruditi. Huc ſpectat.

I. Ouidii *trium puellarum* liber, elegiaco carmine ſcriptus, initio: *Iham forte viam quandam nullo comitante;* qui cum aliis praetenſis Ouidii ſcriptis: de ſagaci nuncio, de pulice, cum Pamphilo poeta de amore, & cum epiſtola amatoria metrice conſcripta; prodiit circa finem ſeculi XV. qu. foll. 24.

II. De *nuntio ſagaci* liber, verſibus hexametris ſed leoninis ſcriptus, initio: *Summi victoris fierem cum victor amoris;* prodiit cum libro

Digitized by Google

libro trium puellarum circa finem ſeculi XV. q. fol. 6. b. A. C. INC.

III. De *Pulice* carmen quoniam OFILII SERGIANI nomine etiam vulgatum eſt, poſtea memorabitur.

IV. Elegia de *Philomela* ſub ALBI OVIDII Juventini nomine prodiit indeque ſuo loco recurret.

V. Libri III. de *Vetula* a nonnullis PAMPHILO MAVRILIANO, ab aliis LEONI Protonotario vindicantur. Hinc, vbi de Leone egerimus, fuſius etiam de iis.

VI. Ouidii Natonis elegia de *ventris & artuum diſſenſione* huc forte referenda, quae manuſcripta exſtat in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. v. FELLERI catalog. p. 391. n. 638.

VII.

OFILIVS SERGIANVS.

Eius nomen in Ouidii vocabulum perpetuam mutatum eſſe putat Mechior GOLDASTVS. *a*) Exſtat Ofilii nomine Elegia de *Pulice* inter Ouidii Natonis Pelignenſis erotica & amatoria opuſcula Francofurti 1610. *b*) Initio: *Parue pulex & amara lues inimica puellis.* Fallitur vero Goldaſtus eo, quod ſe primum elegiae editorem habet. Prodiit enim Ouidii nomine circa finem ſeculi XV. cum aliis Ouidianis, ſcilicet libro trium puel- INC.

VII. *a*) praefat. ad Ouidii erotica p. 23. *b*) p. 70.

A. C. INC. larum &c. c) Et quoniam textus veteris editionis, quae rariſſime occurrit, correctior eſt Goldaſtiano, emendationes ex priori dabo, cum ille manuſcripti codicis loco haberi poſſit:

Verſ. 2. Goldaſtiana legit: *Carmine.* Vetus: *Enſe.* ibid. Vet. *fungor.* ibid. V. *fata.* ib. V. *feror.* v. 3. V. *teneris.* v. 5. V. *emittit.* ib. V. *nigras.* ib. V. *ſæſas* v. 6 V. *Lenia.* v. 7. V. *Cumque.* v. 8. G *ſomno.* V. *ſummo.* ib. G. *graui.* V. *thoro* v. 11. G. *& dicam.* V. *edicam.* v. 15. G. *niſi iam.* V. *ſi non.* v. 16. G. *ad.* V. *in.* v. 19. G. *vel.* V. *Ut.* ibid. G. *mutarier vllis.* V. *mutarer in illis.* v. 20. G. *ad.* V. *in.* v. 21. G. *aut.* V. *ac.* ib. V. *poſſent.* v. 25. G. *ſic ſic.* V. *ſi ſic.* v. 26. G. *in.* V. deeſt. v. 29. G. *Cumque illa dudum laedens, nil ipſe cubarem,* V. *Sicut & optarem nullatenus vſque probarem.* v. 32. G. *fundenſque precamina mille.* V. *fundens humilisque precatus.* v. 36. G. *Afferrem.* V. *Accirem.* v. 37. G. *Illam dum precibus, vel vi ſuperator haberem.* V. *Dum bona vel precibus vel vi ſuperata tenerem.*

VIII.

JOHANNES de BARDEA.

INC. Magiſter. Forte idem cum IOHANNE de WERDEA. Scripſit carmen de *fine poeſis* quod exſtat manuſcriptum in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. v. FELLERI catalog. p. 391. n. 638.

IX.

c) f. 10. b.

Digitized by Google

IX. A. C. INC.

PAMPHILVS MAVRILIANVS.

Hoc nomine prodiit *Pamphilus* siue de *arte amandi* Elegiae, initio: *Vulneror & clausumque fero sub pectore telum;* inter Ouidii erotica per M. GOLDASTVM Francofurti 1610. *a*) Non autem primum per Goldastum prodiit Pamphilus, sed iam antea circa sec. XV. finem, cum Ouidii trium puellarum libro &c. in q. *b*) vbi tamen primus scripti versus sic sonat: *Vulneror & clausum porto sub pectore telum.* Cum aliae quoque emendatiores lectiones in antiquiori editione legantur, illaque manuscripti ad instar rarius occurrat, eas annotare non inutile fuerit:

Vers. 3. Goldastiana legit: *Et* Antiquior: *Sed.* v. 8. G. *certus.* A. *tutus.* v. 17. A. *tegat.* v. 19. A. *euenient* v. 20. G. *me.* A. *mihi.* v. 25. G. *nostrae vitae.* A. *vitae mater*, v. 27. A. *seruitque.* v. 32. G. *sed.* A. *est.* v. 36. exstat in antiquiori codice vbi in Goldastiana versus 38. & vice conuersa. v. 38. G. *sed modo.* A. *si non.* v. 45. G. *haec quae.* A. *nec quae.* v. 47. A. *orta.* v. 48. A. *his.* ibid. A. *metui.* v. 51. G. *nec.* A. *&.* v. 56. A. *haec.* ibid. G. *namque* A. *causa* v. 58. G. *modum.* A. *suam.* ibid. G. *ipsa suam.* A. *esse modus.* v. 60 G. *tunc.* A. *sed.* v. 56. G. *vulnera seruat tuis, aut tua.* A. *aut tu saeua tuis vulnera.* v. 72 G. *Quo licet.* A. *Qualibet.* ib G. *iure.* A. *ipse.* v. 75. G. *cuncta.* A. *forte.* v. 77. G. *iurando.* A. *negando.* v. 80. A. *turbida.* v. 82 G.

IX. *a*] p. 75. *b*] fol. xx. b.

A. C. INC.

officio. A. *ingenio.* v. 83. G. *firmas.* A. *fortes.* v. 85. A. *comprenditur.* v. 86. G. *curris.* A. *transit.* v. 90. G. *arte suum.* A. *illae sum.* v. 93. A. *tibi.* v. 94. A. *dabit.* v. 97. A. *His superare minas poteris grassantis.* v. 99. G. *scias.* A. *solet.* ib. G. *ipse.* A. *illa.* v. 100. A. *iocis.* v. 102. G. *trahunt.* A. *mouent.* v. 106. G. *Respicit. omnimode.* A. *Despicit omnimode.* A. *Despicit e minimo.* v. 110. G. *mox.* A. *iam.* v. 112. G. *ipsa.* A. *habere.* v. 115. G. *ac.* A. *hoc.* v. 116. A. *tuum.* v. 119. A. *es.* v. 120. G. *nimio.* A. *paruo.* v. 122. A. *plura referre.* v. 132. G. *citius.* A. *tutus.* v. 141. A. *studio sic.* v. 143. G. *ergo.* A. *aegro.* v. 146. G. *sed meus.* A. *& magis.* ib. G. *redit.* A. *regnat.* v. 247. A. *mihi spes fuit omnis.* v. 155. G. *sed dubito.* A. *& subito.* v. 162. G. *mihi loquor.* A. *inde loquar.* v. 163. G. *Vlterius mille.* A. *alterius villae.* v. 165. G. *nisi dictis.* A. *dictis sed* v. 168. G. *nulla.* A. *villa.* v. 171. G. *manet.* A. *fuit.* v. 182. A. *Vota nec ausus eram nostra referre tibi.* v. 185. A. *non plus tibi dicere volo.* v. 188. A. *sic multas.* v. 190. A. *nostro.* v. 191. A. *Quaere.* ib. G. *apta.* A. *obsta.* v. 197. G. *en dominum testor.* A. *inde deum coeli.* ib. G *terrae.* A. *ponti.* v 199. G. *Non.* A. *Hoc.* ib. G *nunc.* A. *non.* v. 200. G. *& nullam* A. *atque mihi.* v. 201. A. *tua nam mens est puerilis.* v. 203. G. *sit.* A. deest. v. 213. A. *venire tibi nec cuiquam non prohibebo.* v. 214. A. *viam iure.* v. 215. A. *Est & honor.* v. 216. G. *qualesque.* A. *quoscunque* v. 217. G. *vel tu.* A. *quod tu.* v. 218. A. *Huc venias salvo semper honore meo.* v. 220. A. *agant.* v. 222.

A.

Digitized by Google

A. *hoc ego non patior.* v. 223. G. *ſed ego.* A. *ſolos.* v. 226. A. *loquar.* v. 227. A. *Tu non parua mihi, ſed.* v. 230. G. *meritis.* A. *verbis.* v. 231. A. *veniet.* v. 232. G. *ſi quis.* A. *quiſquis.* v. 239. G. *ſed.* A. *ſi.* 244. G. *Ac.* A. *ſed.* v. 245. A. *toto me non eſt nec fuit orbe.* v. 247. G. *natura.* A. *fortuna.* v. 249. A. *Illius & ſemper quod ſim.* v. 252. A. *ſum memorante ſui.* v. 256. A. *aufert aſſuetas.* v. 259. G. *abuſu.* A. *& vſu.* v. 276. G. *ibi.* A. *inde.* v. 279. A. *ſapienſque.* v. 282. G. *eſt.* A. *in.* v. 286. A. *Miſerunt cauſa.* v. 291. G. *nam.* A. *me.* ib. G. *vito.* A. *laedunt.* v. 293. G. *&.* A. *ſed.* ib. G. *flamma.* A. *fama.* v. 296. G. *ſuepe manet dubius.* A. *ſpe manet in dubia.* v. 298. A. *& precor.* v. 301. A. *honeſta.* v. 303. G. *pelles.* A. *veſtes.* v. 313. G. *praeſtat.* A. *reſtat.* v. 316. A *& ut.* v. 324. A. *diſceſſit.* v. 325. A. *Me mea debilitas nimium ſpoliauit & aetas.* v. 332. A. *factaque* v. 335. A. *prudentia.* v. 342. A. *ipſa.* v. 344. G. *laudibus.* A. *cunctos.* ib. A. *exſuperat ſocios.* v. 345. G. *&.* A. *vt.* v. 347. G. *pubes* A. *iuuenis.* v. 353. & 354. deſunt in Antiq. v. 358. G. *minus.* A. *nimis.* v. 363. G. *ipſe.* A. *inde.* v. 364. A. *copia crimen habet.* v. 366. A. *bene ſi.* v. 374. A. *paruum gaudia.* v. 375. G. *praecordia.* A. *primordia.* v. 377. A. *Sed ſi rebus in his tua mens.* v. 385. G. *Nunc.* A. *Huc.* ibid. G. *Carinus.* A. *caſus.* v. 393. G. *ambo.* A. *eſſe.* v. 399. A. *vtriusque.* v. 401. G. *Cum.* A. *quando* v. 407. A. *tua.* ib. G. *ſine.* A. *taeda.* v. 415. G. *amorem.* A. *mores.* v. 416. G. *ingens.* A. *igneus.* v. 419. A. *Saepius immeritas.* v. 422. A. *Quae.* ib. A. *habet.* A. C. INC.

Digitized by Google

A. C. INC.

v. 423. A. *vera*. v. 424. G. *minor ipſa*. A. *timor ipſe*. v. 427. A. *cognoſcimus*. v. 430. G. *ego*. A. *ipſa*. v. 431. G. *leſſo*. A. *Neſcio*. ib. G. *ſecretumque fateri*. A. *ſi faciam manifeſtum*. v. 433. A. *experiar*. v. 434. A. *qua*. 441. A. *Hinc*. ib. A. *diſcede*. ib. G. *vt*. A. *&*. v. 443. G. *quo*. A. *nunc*. v. 455. A. *eſt nulla* v. 458. Addit Antiq. ſequens diſtichon:

Nec celer exit, amor, qui longo ducitur vſu.
Spes licet exierit, non tamen exit amor.

v. 461 G. *cura* A. *plaga*. v. 464. G. *iam*. A. *nunc*. v. 471. G. *perſaepe*. A. *Studioſa*. v 478. A. *cura*. v. 479. G. *mihi*. A. *menti*. ib. G. *nec*. A. *&*. ib. A. *nulla* v. 481. G. *labor*. A. *dolor*. v. 491. A. *paſcis*. v. 492. A. *vt*. v. 393. A. *Accipitris*. v. 496. G. *ſic*. A. *ſed*. v. 501. G. *virorum*. A. *ſuorum*. v. 504. A. *magnas* 509. G. *loquenti*. A. *movetur*. v. 510. A. *Dulciter alloquium ſuſcipit ipſa meum*. v. 514. A. *ſit*. v. 516 A. *feſſaque*. v. 521. A. *dubios*. v. 523. G. *proſperare*. A. *complere*. v. 524. A. *opus*. v. 533 A. *vox ſic perdidit*. v. 536. A. *melius*. v. 537. G. *ſaepe*. A *parua*. ibid. A. *potentum*: v. 539. deeſt in Goldaſtiana. Antiquior habet: *Eſt & vbique fides priſco ſpoliata labore*. v. 541. A. *fatis*: v. 553. A. *mihi panditur ordo viarum*. v. 559. G, *eſt ille*. A. *eſt nimis*: v. 560. A *duritiem*. ib. G. *capit iſte*. A. *comperit vſque*. v. 564. A. *gratior*. v. 568. G. *ſaepe ſibi*. A. *ſed penitus*. v. 572. A. *Nos*. v. 574. A. *Et modo ſint*. v. 584. G. *refert*. A. *daret*. v. 590. G. *ire pares*. A. *igne pari*. v. 591. A. *ipſis*. v. 593. A. *Quod*. ib. G. *&*

Digitized by Google

& nihil hoc. A. *ſed ſic.* v. 601. G. *ſenſus.* A. *curas.* v. 603. A. *Es.* v. 607. A. *ſubducere.* ibid. G. *ſaepe.* A. *fraude.* v. 609. G. *Nam.* A. *Nunc.* ibid. G. *copiamque* A. *prius ante.* v. 610. A. *facta negam.* v. 611 G. *mens hic.* A. *Veneri.* v. 616. A. *diceret ille nihil.* v. 627. G. *uſque rebellem.* A. *ipſa repugnem.* v. 628. A. *fortius.* v. 629. A. *caſſo.* ib. A. *feſſa.* v. 632. A. *Lisque repugnando.* v. 633. G. *Eſt &.* A. *ipſi.* v. 635. A. *tuas flammas extinguere belli.* v. 637. A. *imperio.* ib. A. *dum fueris ſua miles.* v. 641. A. *abſentis vulnus* v. 642. A. *tuum.* v. 644. A. *ipſa morando.* v. 645. A. *hoc quod.* ib. G. *curas.* A. *credas.* v. 646. A. *vera.* v. 652. G. *ipſa.* A. *ecce.* ibid. G. *fructu.* A. *ipſa.* v. 658. A. *quid.* v. 669. G. *duxerit.* A. *direxit.* v. 673. A. *Ad me quid properas? venies huc.* v. 675. A *tenet, mihi dic cito, dicere quoduis.* v. 681. A. *ope ſupplex mea.* v. 682 A. *te precor.* v. 683. A. *fruſtra nempe.* v. 689. A. *cum pectore pectora.* v. 691. A. *detegor a te.* v. 692. G. *iamque refellit.* A. *quando redibit.* v. 699. A. *requieſcere.* v. 704. G. *meis.* A. *ſuis.* Verſus 706-714. ſecundum textum Antiqui Codicis hoc rectius ordine locantur: 714. 713. 712. 711. 710. 709. 708. 707. (vbi A. *His furor intumuit*) 706. 723. A. *iam remeabit anus.* v. 728. A. *dolor.* v. 734. A. *cum factis.* v. 735. A. *mihi dare.* v. 740. A. *ſuas.* Ad verſ. 740. Antiquus Codex addit diſtichon:

Implevere ſuos ſcelus & fallacia curſus.
In laqueum fugiens decidit ecce lupus.

A. C. INC.

A. C. INC. v. 741. G. *procul hoc.* A. *poterit.* ibid. A. *abesse.* v. 743 A. *Aetati.* v 745. A. *contentio vestris.* v. 747. A *quaecunque.* ib. G *mihi.* A. *nihil.* v 748. A. *ego.* v. 751. A. *Arguor.* v. 753. A. *celari.* ib. A. *amantum.* v. 755. G. *se viuere.* A. *lenire.* ib, G. *tibi.* A. *mihi.* v. 756. A. *superest inter nos decet esse.* v. 758 A. *Utrem.* v. 765. G. *Sed* A. *Heu,* ibid. A. *fugiam,* v 766. non deest sed versus 767. ita legendus ex Antiquo: *Ostia iure mihi claudit uterque parens.* v. 768. nihil deficit v. 769 A *vigilantibus.* v. 773 A *reparari quod nequit arte.* v. 775. A. *nostros.* ibid. A *prudentia* v 778. G. *saepe.* A. *dura.* v. 779. G. *vitam.* A. *pacem.* v. 781. G. *proprium sit.* A. *votorum iam.*

X
FRANCISCVS.

INC. Hoc nomen prae se fert ultimum distichon carminis cuiusdam, quod inscribitur; *Epistola cuiusdam amantis ad quandam puellam*; initio: *Accipe, qua careo, missam tibi cara salutem.* Scripta est carmine elegiaco, prodiitque circa decimi quinti seculi finem cum Ovidii libro de tribus puellis &c. loco ultimo.

XI.
ANONYMVS.

INC. Auctor *Experimentorum* medico practicorum contra varios morbos. Scriptum ipsum carmine gaudet hexametro, & LXVIII. capitulis est distinctum. Opus est manuscriptum

ptum ſeruaturque in Bibliotheca Helmſtadienſi. Decerpam inde primas lineas aliaque quaedam notatu curioſa. A. C. INC.

Experimenta leges & mente probata legenti,
Per quae quis poteſt curam praeſtare dolenti
Si tamen inprimis inſtes adhibere iuvamen

Contra ſurditatem aurium

Auriculae ſurdae ſi te vexatio laedit
Inſtilletur adeps anguillae mox retrocedit
Hoc & de colubro facias meliusque valebit

Contra calculum.

Si lapis excruciat frigus fuge quaere calorem
Turbida non ſumas nec eſcam ſcipticiorem
Pecten & renes ungas patiendo dolorem
Balnea poſt intrans ac hirci ſume cruorem.

Contra ſudores manuum.

Quibuscunque manus ex ſudoribus cruciantur
Iniicias igni ſulphur fumoque necantur.

Contra verrucas.

Qui ſtercus capri vino miſcere curabit
Sicque fricando venae verrucas mox remouebit.

XII.
LAVINIVS.

Ordinis praedicatorii, cuius epigramma de *antiquitate vrbis Viennae* inſertum legitur in Antiquitatibus Viennae c. l. v. Jo. a Bosco Bibliotheca Floriacenſis laevo Xyſto ed. Lugdun. 1605. p. 6. Carmen eſt elegiacum initio: *Urbs antiqua, potens armis, clariſſima gente.* INC.

Digitized by Google

A. C. INC.

XIII.

ANONYMVS.

Qui Erfordiae vixit, ſcripſitque carmina quae manuſcripta leguntur in codice quodam bibliothecae Academiae Helmſtadienſis quorum

I. Eſt ironica quaedam *deſcriptio* Magiſtri *Henrici* Praepoſiti Erfordienſis, cuius ſatyrae primos dabo verſus

Carminis auditor lectorue quod edere nitor
Unius ob merita perſonae, quam bona vita
Claraque doctrina titulant culpae ſine ſpina
Noli mirari deus iſta poteſt operari
Sim quod hyperbolicus homo forte putabit iniquus
Aut quod ob inuidiam mea metra ferant ironiam,
Aut eſt fortaſſe qui me putat antiphraſaſſe.
Aedepol in cura mihi non exit vlla figura
Sed rem ſicut erit mea muſa reſoluere quaerit. &c.

II. Contra *ſacerdotum vitia.* Eu & huius carminis initium:

De plebanorum dic muſa tyrannide quorum
Pungit corda metus & ocelli non niſi fletus
Fundere deberent ſua ſi malefacta viderent
Hi duo patrarunt mala primum quod violarunt
Verba ſacrae fidei quae clara luce diei
Pontifici vere ſe conſtringendo dedere
In ſacra veſte coram populo manifeſte
Per libri tactum quod in ordinibus fuit actum

Hoc

Digitized by Google

Hoc iuuamentum iusſerunt tollere ventum A. C.
Si ſic iuuaret Judaeus non violaret INC
Nec daret inventum pro marcis vt puto centum. &c.

III. De *ſtatu vrbis Erfordienſis*, cuius carminis hoc eſt initium:

Quid plus dicetur niſi quod de iure meretur
Urbs Erfordenſis quod eam non terreat enſis
Intus & exterius ſed plenum cedat ei ius
Inter magnificas vrbes & pacis amicas
Hic eſt clauſtrorum ſitus optimus & monachorum
Vita deo grata quia viuunt labe fugata.
Hic ſunt praelati diverſa ſede locati
Recte viventes domino populoque placentes
Sunt ibi magnorum duo coetus canonicorum
Tertius eſt praegnans quem provehat aethere regnans
Digni laudari quia quidam ſanguine clari
Quidam gratifici quidam probitatis amici
Quidam legiſtae quidam vel in arte ſophiſtae
Quidam ſtellarum curſus & tempus earum
Explorare ſciunt & cur bona vel mala fiunt
Quidam metrorum praefulgent dogmate quorum
Laus eſt non minima ſederit me iudice prima
Quidam cordarum tactu mulcent cor amarum
Quidam cantare norunt per gamaritare
Quidam dictare quidam cauſas agitare
Aut menſurare aut per cifras numerare
Et decretiſtas ſpeculabere quisquis ibi ſtas

Aut

Digitized by Google

A. C. INCERT.

Aut oratores quos mundus habet meliores
Omnes devoti de quavis labe remoti
Quid moror? Istorum quivis est canonicorum
Dignus episcopio nec in hoc mendax ego fio.

IV. Satyra in *Genehardum* quendam, init.

Ad bona non tardus supereſt adhuc Ghenehar-
dus
Ad nutum cuius stant scripta voluminis huius
Nam sua laus late diffunditur ex probitate
Et diffundetur plus dummodo vivere detur
Qui si vir gratus non esset homoque beatus
Non foret ad tales tres ecclesias cathedrales
Canonice tractus & praebendas ibi nactus.

V. Carmen titulo *Occultus*, quod inprimis agit de cultu publico sanctorum. Et huius primas apponam versus:

Dicitur occultus quia fert homo quasi stultus
Qui non orauit quando tot metra parauit
Cautius egisset si psalterium repetisset
Qui dat ei nomen aliunde sit illius omen
Cum mercatore qui Christum tradidit ore
Summam perstrinxi nihil & modicum quasi
finxi
Sed tamen est fictum quicquam vel in vtile dictum
Sit post hoc dictum nomen domini benedictum &c.

XIV.

IACOBVS.

INC.

Presbyter, Scripsit *miracula S. Zenonis* versu

su hexametro, initio: *Admiranda nimis miracula visere sancti*; quae leguntur in Actis Sanctorum Aprilis per G. HENSCHENIVM & D. PAPEBROCHIVM. Tom. II. ed. Antverp. 1675. p. 76. A. C. INC.

XV.

ANONYMVS.

Auctor carminis quod inscribitur *Filo*, quod manuscriptum seruatur in Bibliotheca Academica Helmstadiensi: En carminis particulam: INC.

Graecia, summorum foecunda parens studiorum,
Clara viris doctis argento dives & auro,
Filonem genuit, pollentem rebus & arte.
Res sibi fortuna partim, non omnibus una,
Ars partim dederat, partim quoque cura parentum.
Agros, ancillas, pecus, aurum, moenia, villas,
Gemmas, argentum, vestes, numerumque clientum,
Hic homo possedit. Nihil ex his defuit illi.
Annis florebat. Nec erat quis pulchrior illo.
Prudens, facundus, hilaris, nullique secundus.
Nil deus hic oblitus erat, naturaque dives.
Hic speciem fieri iussit similem mulieri,
Marmore delectam Pario varie redimitam.
Os, nares, oculi, guttur, collum, caput omne,
Crura, pedes, digiti, manus viraque, brachia venter,
Pulchre dispositа sunt, gratissima cuncta videnti.

Im-

A. C. *Immo Diana, Venus, Pallas; cum Deidamia,*
INC. *Isti cessissent, aut, si praesens Paris esset,*
Hic Helenam forma decerneret inferiorem.
Filo diuersis ornatibus inauit illam:
Aures cum collo, cum pectore brachia, gemmis
Fustis auro micuere, caputque corona.
Jaspis, smaragdus, carbunculus, atq; topazon,
Sardis, Chrysolitus, saphirus, onyx amethistus,
Hic fulget, hic iacintus similis atque berillus
Purpuream chlamidem viridi tunicae superaddit.
Gemmis intextis auro micat vtraque vestis.
Digna suo cultu speciosa probatur imago.
Sic ars artificis, sic est manus hic operata.
Hanc Filo celsa seruandam ponit in aede.
Aula patet paucis. Paucis accedere fas est.
Tactibus humanis ne dignaretur imago.
Hic quoque secum decreuit votum faciendo
Uxorem sibi ducendam nunquam nisi talem.
Tam pulchram, quoque tam mundam sicut & redimitam.
Sic aliquod vir deduxit sine coniuge tempus.
Vir quidam Tyrius, cui Zeno nomen, ad huius
Hospitium venit casu quo nescio ductus.
Filo dives erat, nec dives eo minus ille.
Suscipitur dives a diuite, diuitiasque
Ostendunt sumtus, ex auro vasa, domusque
Inclyta cortinis, famuli famulatus & ordo,
Organa cum cithara, lyra, tympana, moenia complent.
Hospes susceptor, hospes susceptus, uuantur.

Mu-

Muſica dulcedo mulcet famulos vtriuſque. A. C.
Congaudent, plaudunt, ſaltant, ducuntque INC.
choreas, 45.
Vt muſas hic iurares cantare nouenas.
Poſt ludum Filo Zenonem ducit in aulam,
Inclyta qua ſtabat, qua ſeruabatur, imago.
Quam cum vidiſſet hoſpes ruit obſtupefactus, 50.
Atque diu ſine voce iacet, tandem redit in ſe,
Cumque graui gemitu clamore graui replet
aulam:
Ach me! vae miſero! mihi qualiter vxor a-
manda
Huc mea deuenit? quis eam mihi caſus ade-
mit?
Egrediens te cara domi Filonia reliqui. 55.
Quis praedo? quis fur huc te raptam mihi
duxit?
Filo refert: Hoſpes erras, non hoc tua venit
Coniux. Hæc ad me ſpectat quam cernis imago.
Dic rogo: Numquid habes vxorem tam ſpe-
cioſam,
Quae tanto cultu niteat, ſic inclyta vultu. 60.
Hic ait: A ſpecie nihil hac vxor mea differt,
Si tamen haec ſimile fruitur ſpiramine vitae.
Ergo miratur ſpeciem, mirandoque laudat
Hoſpes, & aſſidua Filoniam mente reuoluit,
Nil differre duas repetens, ſimiles ſed vtrasq;. 65.
Filo notat quae Zeno refert, auditque libenter.
Poſt haec hoſpitio ſimul egrediuntur in hortum.
Hic gratum gramen. Hic colloquiis locus aptus.
Expanſi rami pruebent hic arboris umbram.

Hic

Digitized by Google

A. C. *Hic reſidere viris placet. Hic deſcribit vterque*
INC. *Inter ſermones varias quos mutuo dicunt.*
De regione ſua quaeſiuit ab hoſpite Filo,
Atque locum, nomenque loci, ſua quae domus eſſet
Ille ſuo ſuſceptori quaeſita reſoluit:
Filo, meae patriae nomen Tyrius, Tyrus vrbis
Diuitiis meae nemo mea praecellit in vrbe,
Cunctas in patria ſpecie mea femina vincit.
Paucis manſit apud Filonem Zeno diebus.
Ad patriam tandem rediens proficiſcitur ille
Per mare, per terras, ſyluasque, pericula magna
Euadens patriam terram reprehendit & vrbem.
Occurrunt & ſuſcipiunt famuli vementem,
Et gaudens ſua gaudentem Filonia recepit.
Conſederunt, & colloquiis dum dulcia iungunt
Oſcula multa, virum rogat haec, cauſamque morarum
Ille refert, ſe pelle prius nec poſſe rediſſe.
Tunc illi ſubiit in mente Filonis imago.
Heu mihi proclamat, quae me vidiſſe recordar
Delectat mea viſa loqui, dum viſa retrudit.
Dum recolo ſtupor inuadit mentem recolentis
Ille ſtupor qui me tenuit dum talia vidi.
Illa virum, quod narret ei, quae vidit, ora,
Oſcula dans, collumque viri complexibus arctans.
Hoſpitio me Graecus, ait, filo vir honeſtus
Excepit, quem diuitiae, virtus, honor, ornant.

Hunc

Digitized by Google

Hunc fecit fortuna virum mihi proſpera natum. A. C. INC.
Nemo fere laudare poteſt vt conuenit illum.
Vt taceam de diuitiis & moenibus altis.
Annis, conſiliis, floret, vultusque decore.
Virtutes conueniunt omnes in eundem. 100.
Graecia tota parem Filoni non habet vnum.
Huius in aede viri quae mira modo loquar audi.
Par tibi, nil diſtans, ſtat, imago ſtatu ſpecieque.
Tam vultu tibi quam cultu penitus ſimulatur.
Hanc vidi, ſtupuique videns, de te mihi raptam 105.
Eſſe putans, cecidi, iacuique diu ſine voce.
Vix ſolens mihi reſtituit ſenſum pius hoſpes.
Ne talem mirere, rogo dilecta, ſtuporem.
Hoc tuus egit amor, fidumque meum tibi pectus.
Filo tuam commendabat ſpeciem licet abſens, 110.
Qua ſua me teſtante pari fulgebat imago.
Auditum conqueſta viri Filonia ſtuporem
Eſſe probat miranda ſatis quae dixerat ipſe.

Narrat deinde carminis auctor Filonem voti ſui memorem Tyrum naue conſcenſa profectum, a Zenone hoſpitio exceptum, & tandem ſingulari artificio Feloniam ſecum in Graeciam duxiſſe.

XVI.

ALBVS OVIDIVS IVVENTINVS.

Hoc nomen reperit Goldaſtus in Codice INC.

Digitized by Google

A. C. IN C. quodam manuſcripto, praefixum elegiae de Philomela, qui & exiſtimat auctorem in Longobardia natum aut verſatum eſſe vi huius verſus: *Dulce palara ſonat, quem dicunt nomine droſtam*; Droſtae enim vocem conuenire cum Germanica *Droſtel*. Ego puto legendum *droslam*, dicitur enim *drosſel*. Scriptorem fuiſſe Chriſtianum colligit Goldaſtus ex verſu: *Cuncta ſuo domino depromunt munera laudum*; quia cuncta animalia in Pſalmis Deo dicuntur laudes dicere. *a)* Ipſa Elegia de *Philomela* incipit: *Dulcis amica veni noctis ſolatia praeſtans*. Legitur inter Ovidii erotica & amatoria per M. GOLDASTVM Francofurti 1610. *b)*

XVII.

ANONYMVS.

INC. Scripſit *Hiſtoriam de Pyramo & Thisbe* carmine partim elegiaco partim hexametro, quae incipit: *Narratur Babylon urbs dicta duos aluiſſe.* Praefationem ſpeciminis loco dabo ex codice manuſcripto bibliothecae Hemſtadienſis Veteris:

Carmina fingo licet iam nobis carmina cudet
Heu quid carminibus praeualet vſus opum.
Nam puer indoctus & adhuc implumis egens-
que
Doctrinae ſtudio carmina ſacra cupit.

Sper-

XVI. *a*) Dedicatoriam epiſtolam praefixam Ovidii eroticis p. 24. 25. *b*) p. 71.

Digitized by Google

Spernitur omnis inops, ſapiensque parum re putatur, A. C. INC.
Si non delitiis polleat ipſe ſatis.
Qui nunc pompoſis incedit veſtibus, ille
Creditur eſſe ſciens nil licet ipſe ſciat.
Si ſapiens egeat, nec abundet veſtibus bonos
Multa licet non tamen ipſe placet.
Non eſt prudentis hominem cognoſcere cultu.
Pulcro veſtitu nemo probandus erit.
Si lupus induitur praepulchro vellere, nequam
Hunc ſua nequitia per ſua facta probat
Non propter cenſum quiuis probus eſſe probetur.
Non facit eſſe probum quemlibet agger opum.
Non aſpernetur ſapiens, licet huic dominetur
Paupertas nimium, poſt quia diues erit.
Inuidus inuidia rogo ne mea carmina carpat,
Nec me crudeli rodere dente velit.
Non quia ditari cupiam per munera multa,
Nec quia ſum vanae laudis auarus ego.
Sed quia torpere facit omnis inertia ſenſum
Hos ſcribo verſus multa nociua fugans.
Dirige muſa ſtylum, ſine te quia ſcribere fruſtra
Tento, dictandi ſum nec in arte valens.
Ardua tentari poſſunt a quolibet in quo
Credulitas regnat de bonitate dei.
Hac ego confiſus audacter ſingula tento
Et metuendo nihil ſcribere plura volo.
En quia parua mihi mens, & minor ars ratione,
Dictandi minima, cogor habere modum.

A. C. *Vt ſtultos ego ſubiaceam, ſunt qui ſapientes*
INC. *Rodere non ceſſant, nec bona facta probant.*
15. *Cum multi tales ſint qui laudabile culpent*
Non pudor eſt ergo ſi mea ſcripta premunt.
En mihi pulcrorum verborum copia parua.
Sic tamen incipiens dicere pauca volo.

XVIII.

IVLIVS SPERATVS.

INC. Eius Elegia de *philomela*, initio: *Sum nocti ſocia, ſum cantus dulcis amica*; inſerta Ouidii Eroticis. Francof. 1610. p. 74.

XIX.

ANONYMVS.

INC. Auctor *Hiſtoriae de Pyramo & Thisbe*, diverſae ab illa quae paulo ante memorata fuit, carmine hexamatro rythmico ſcriptae, quae manuſcripta ſeruatur in bibliotheca Helmſtadienſi, ex cuius codice dabo praefationem:

Quaerat nemo decus ibi quae vult pingere coecus,
Cuius pictura decoris nihil eſt habitura.
Si vult ſaltare claudus, vel ſi iubilare
Mutus conatur, hinc ventor honorificatur.
Ad mea ſubtiles metra non voco, corde ſeniles.
Vilis ego viles invito, puer pueriles.
Senſus prudentis aduerſus inſipientis
Non conuertatur, ne riſus verba ſequatur.
Quaerant maiores maiora, minora minores.
Lac pueri vultis panis tribuatur adultis.

Ipſa

Ipſa Hiſtoria incipit: *Pyramus & Thisbe fuerant cives Babylonis.* A. C. INC.

XX.

LEO.

Protonotarius ſacri palatii Bizantei ſub Vatachio Principe. Scripſit *praefationem* libris III. Ouidii Naſonis Pelignenſis de vetula, quae exſtat in Ouidii Eroticis ed. Francof. 1610. p. 105. Exiſtimat editor GOLDASTVS Leonis nomen eſſe fictum, cum nullus exſtiterit Imperator Conſtantinopolitanus Vatachius nomine. Scripta eſt praefatio carmine hexametro initio: *Ouidius Naſo Peligni ruris alumnus.*

Forte etiam ipſorum de *Vetula* librorum, qui in dictis eroticis l. c. p. 106. leguntur, aut magnae illorum partis, auctor eſt Leo. Certe nomine quidem Ouidii elaboratum eſſe opus ex textu ſatis docemur, aeui tamen Ouidiani integrum non eſſe ſuadent permulta. Scilicet L. I n. XXX. v. 3. ed. cit. p. 127. legitur vocabulum *treuga*, pro armiſtitio, quod aeui eſt recentioris. Lib. I. n. XXXVIII. ed. cit. p. 133. l. ult. vox *Alkimia* itidem ſerius ab Arabibus ad Latinos venit. Idem dicendum de *Algebra* & *Almucgrabala*, quae occurrunt n. XLI. v. 5. p. 135. *Algebraque* iterum L. III. n. II. v. 5. p. 163. *Cognoſcere amicam* Lib. II. n. I. v. 5. & 7. p. 136. eſt hebraiſmus, ex lectione S. Codicis hauſtus.

Digitized by Google

A. C. INC. *Paſtorum* & *praelaturarum* meminit L. II. n. XIV. v. 3. & 8. p. 143. quae voces eccleſiaſticae ſunt. *Camiſia* item, quae affertur L. II. n. XXIV. p. 150. l. 1. non eſt aeui Ouidiani. *Sibi* loco *ipſi* nonnunquam vſurpat auctor L. II. n. XXXIII. v. 5. p. 155. n. XXXVI. v. penult. p. 157. *Dei vnitatem* ſtabilit auctor. L. III. n. IV. p. 164. vbi & p. 165. terminos *principium* & *principiatum* adhibet, & Manichaeorum ſententiae, quod ad *duo principia* mundi ſibi contraria & coaeterna, meminit. Vocabulo *glorificare* nonnunquam vtitur, quod eſt eccleſiaſtico Chriſtianum, vt L. III. n. V. v. vlt. p. 166. Mundum ex nihilo *creatum* eſſe probat L. III. n. VI. p. 166. n. XVIII. p. 273. *Reſurrectionem mortuorum* credit futuram L. III. n. XX p. 175. Locum de incommodis ſenectutis ex Eccleſiaſtico profert L. III. n. XXIII. p. 176. De *religione Chriſtiana* multa habet L. III. n. XXXII. ſeqq. vbi vaticinatus talia inducitur Ouidius, & ex foliis, Sibyllae haec hauſiſſe v. L. III. n. XLI. v. antep. p. 186. de quibus tamen conſtat, eas ignoratas prorſus fuiſſe ante Commodi Imperatoris tempora. *Trinitatem* admittit iis terminis, ne Chriſtiani quidem primis ſeculis vtebantur L. III. n. XLII. XLIII. *Mariam* mediatricem appellat L. III. n. XLV. v. pen. p. 188. eamque in coelos ſumtam eſſe docet. n. XLVI.

XXI.

Digitized by Google

XXI.

ANONYMVS.

A. C. INC.

Exſtat in Codice quodam MSto bibliothecae Helmſtadienſis carmen valde incomtum hexametrum quod inſcribitur: *Auctor de extremo iudicio.* Num ſcriptor homine proprio AVCTOR fuerit appellatus non auſim definire. Incipit: *Quatuor de partes mundi ſunt angeli miſſi.*

XXII.

JOHANNES de WERDEA

Ita nomen legitur in codice quodam manuſcripto bibliothecae Paulinae Lipſienſis. *a*) Idem procul dubio cum JOHANNE de WERDENA. natione Teutonico, ordinis fratrum minorum *b*) Colonienſis dioeceſis. *c*) Magiſtrum fuiſſe teſtatur codex manuſcriptus Lipſienſis. *d*) Scripſit carmen elegiacum *An ſcire malum ſit malum;* quod manuſcriptum exſtat in bibliotheca Paulina academiae Lipſienſis. *e*)

INC.

XXIII.

ANONYMVS.

Scripſit librum carmine hexametro cui titulus: *Triuita ſtudentum.* Agit de iis quae in

INC.

XXII. *a*) Joach. FELLERI catalog. p. 390. n. 330. *b*) v. Jo. TRITHEMIVS de S. E. n. 693. *c*] v. TRITHEMIVS de ſcript Germ. c. 143. *d*) l. c. *e*] v. FELLERVS l. c.

Digitized by Google

A. C. ſcholis monaſticis olim docebantur. Legi-
N C. tur manuſcriptum in codice quodam bibliothecae Helmſtadienſis, ex quo breuem eius notitiam dabo: Incipit: *Praeſens huic operi ſit gratia pneumatis almi.* Capitulum hoc primum eſt generale. Capitulum ſecundum inſcribitur *de Latiniſatione & ſolutione paſtus.* Tertium, *de conuerſatione ſtudentium in ſcientiis moribus & graduatione.* Tractatus operis ſecundus eſt *de ſeptem artibus liberalibus & de vita ſcholaſtica.* Capitulum primum *de grammatica.* Secundum *de Logica.* Tertium *de Rhetorica.* Quartum *de Arithmetica.* Quintum *de Muſica.* Sextum *de Geometria.* Septimum *de Aſtronomia.* Octauum *in philoſophia naturali.* Tractatus tertius *de vita eccleſiaſtica.* Capitulum primum *de admonitione.* Secundum *de extremo iudicio.* Tertium *de damnandis.* Quartum *de ſaluandis.* Quintum *de meditationibus.*

XXIV.

MAVRITIVS.

INC. Scripſit opuſculum metricum de *virtute*, initio: *Deſtituit terras decus orbis, gloria rerum, Virtus* &c. quod exſtat manuſcriptum in bibliotheca Paulina Academiae Lipſienſis. v. Joach. FELLERI Catalog. p. 299. n. 29.

XXV.

ANONYMVS.

Scri-

Digitized by Google

Scripsit opus poeticum titulo: *Luparius descendens in auernum*; quod integrum quoniam & ingeniosum & non inelegans est, dabo ex Codice MSto bibliothecae Helmstadiensis: A. C. IN C.

Sorte lupus quidam per pascula lata vagantes
Arripuit multas opilionis oues.
Laedere pastor eum postquam virtute nequiuit,
Illaqueare dolo pastor eum studuit.
Nam rigidam flectit montis conamine quercum
Vt caput illius tangere possit humum.
Et capiti flexo laqueus sic nectitur unus:
Mobilis vt laqueum baculus detineat.
Sed laqueum terrae baculus sic applicat ille,
Vt laqueo pereat qui baculum moueat.
Et medio baculi sic inseritur caput agni,
Vt baculum moueat qui caput arripuit.
Tunc abit opilio lupus in genium capit istud,
Et caput agninum protinus ore capit.
Sed baculo moto laqueus ligat illico collum,
Atque rigor quercus tollit in alta lupum.
Vt vidit opilio captum pendere latronem,
Mittit in hunc lapides accelerando necem.
Vulnera mille facit, lupus vt pereat lapidatus
Sed nequit expelli spiritus ille malus
Vt magis hunc cruciet, tandem deponit ab alto
Atque leuans fustem pertulit ista lupo:
Nil faciunt lapides, cerebrum iam fuste relidam,
Atque meis agnis festiuitas faciam.

A. C. *Mox lupus exclamat: Miserere piissime pastor,*
INC. *Et tibi quae referam percipe pauca, precor.*
Si mihi dignatus fueris concedere vitam,
Omnia quae rapui quadrupla restituam.
Sed nihil hic habeo. Si me patiaris abire,
Ne tibi sim fallax, vile pignus habe.
Congruus obses erit lupulus meus, hunc tibi trado,
Et veniente die qua reberis redeam.
Vt redeam nunquam damnum nullum tibi restat;
Sum pro confecto si iuuenis pereat.
Ille nocere potest, ego non viuendo nocebo,
Et tibi si perimas commoda nulla dabo.
Tolle meam pellem iam non erit apta catena.
Tolle meam carnem non erit apta cibus.
Nescio cur miserum corpus dispердere quaeras,
Cum tibi de neutra parte sit vtilius.
Vt breuiter narrem, quantocyus obside sumto
Dat remeare lupum credulus opilio.
Ille parans artem, qua falleret opilionem
Dum rediit monachum reperit & famulum.
O mi frater aue, nec despice verba precantis,
Nec quia peccaui me reprobare velis.
Poenitet erroris, bona mundi sumere taedet.
Innocuumque pecus me iugulasse piget.
Vita breuis superest, nil prodest membra fauere,
Si sit habenda mihi ulla salus animae.
Heu quoties fregi celeberima festa diei,
Dum celebrat missam presbyter hostis eram.

Ac

Ac ego presbyteri vaccas rapuique, comedi A. C.
Pullos, gallinas atque boues rapui. INC.
Vndique ſanctorum rapui equites monachorum, 55.
Sic ego multorum raptor & hoſtis eram.
Percute hinc baculo, vel quouis tange flagello.
Hanc animam tantum mi pie redde deo.
Caeſariem tondens latam rogo tonde coronam
Et mihi conuerſi da monachi tunicam. 60.
Ne putes fruſtra tantum perferre laborem,
Cum mihi nunc data ſit do tibi munus ouem.
Si tibi non placeant data fercula carnis ouinae
Da famulo carnem, tu tibi vellus habe.
Vt recipit monachus nimis acceptabile munus, 65.
Forpicibus ſumtis illico tondet eum.
Atque caput radens tantam ſtudet eſſe coronam,
Vt ſit ab auricula girans ad auriculam.
Et docet vlterius qualis foret ordo tenendus
Inde cucullatum praecipit eſſe lupum. 70.
Cum lupus ad chorum peruenisſet monachorum
Vocibus altiſonis vlulat atque canit.
Quem monachi deridentes dixere priori
Anno quod taceat imperat hinc monacho.
Vt tacitus ſitis nimis quia diſſonus eſtis. 75.
Sic narrant monachi, ſed prior inquit ei.
Ante fores templi volo quod cuſtos moneatis.
Sic lupus ante fores vt legat homo manet.
Cumque die quadam fratres miſſam celebrarent,
Ante refectorium contigit ire lupum. 80.
Hic circumſpiciens nullum deuidit adeſſe;
Crede mihi paues deuorat ille decem.

Dum

Digitized by Google

A. C. *Dum cuſtos pauum pauem ibi non reperiret,*
INC. *Obſtupuit multum, cum foret inſolitum.*
85. *De facto vere commotus erat nimis ille,*
Et circumſpiciens videt adeſſe lupum.
Quem grauiter caedens cuſtos ſibi taliter inquit:
Tanta vorare tibi regula coepta negat.
Et ſibi conciuans irato verbere fuſtem
90. *Dixit: Cum primis vltima damna lues.*
Talia verba lupo poſtquam cuſtos retuliſſet,
Conturbat fratres fama nefanda lupi.
Mox remouetur ab his expulſus, ſitq; bubulcus,
Et ſibi porcellos commiſere ſuos.
95. *Dum cuſtodiſſet hos ad tempus ſtudioſe*
Nequitiam primam diſſimulare nequit.
Sed vorat, & mactat, occidit, eoſque coactat
Morſibus atque ſuis tradita dum teneat.
Conſpiciunt monachi, quod nil facit officiorum,
100. *Tranſmutatus honor, ſed magis ille furit.*
Protinus a monachis diſcedere non rediturus
Praecipitur. Lupulus irrediturus abit.
Eſſet inauditum nimis & mirabile dictum:
Si fluctus ſuper aduerſa tranſiret aquas.
105. *Sic natura lupi ſi mutaretur ab eis*
Nequitia magna ridiculoſa foret.
Venerat illa dies, reddi qua debuit obſes,
Qua lupus vt rediit pollicitus fuerit.
Rediit, & paſtor cognoſcere vix valet illum,
110. *Nam modo fulvus erat, qui fuit ante niger.*
Qualis eras? inquit: nimis es mutatus ab illo,
Tunc dico, quando captus eras laqueo.
Ille caput flectit, nudante fronte cucullam

De-

Digitized by Google

Deponit, ſed fraus ſub bonitate latet. A. C.
Paſtorem ſaluare iubet: Benedicite; dixit INC.
Ora rigans lacrimis talia verba tulit: 115.
Vulneribus lapidum, mihi quae dederas, lacer-
ratus
Nuper eram languens. Affuit & medicus.
Ille premens venam pulſum male currere ſenſit,
Et mihi: non viues ſed morieris; ait. 120.
Interea monachus venit, vt me viſitet aegrum,
Et monet, vt tandem poeniteam ſcelerum.
Spemque dedit firmam, quod nullus perditus
eſſet,
Cui mala vita fuit, ſi bona mors fieret.
Hanc mihi perſuaſit penitus contemnere vitam, 125.
Et mihi ſic raſo tradidit hunc habitum.
Vt veteres mores alimentaque priſca reliqui,
Qui fueram languens illico conualui.
Nunc, quia debuerat meus obſes perdere vitam,
Ne pereat, vitam ponere quaero meam. 130.
Ac rediens, ſicut me conſtitui rediturum,
Quid tibi reſtituam non habeo proprium.
Fallere nolo fidem, ſi vis parcere parce.
Si placet vt peream me citius perime.
Haec mea, paſtor ait, te laedat dextera nun-
quam, 135.
Sed quoniam laeſi, poſtulo, da veniam.
Interimens monachum duplex fierem homi-
cida;
Obſes erit liber, tuque domum remea.
Tunc remeant hilares. Timet hic, moriatur in
agro.

Et

A. C. *Et lupus eſuriens protulit haec lupulo:*
INC. *Crede mihi frater nimis eſt caro dulcis ouina,*
140. *Et cibus aſper erit caſeus atque faba.*
Non opus aſſumam, quod non poſſum tolerare.
Dixit, & vt dudum coepit oues rapere.
Sed breue poſt tempus, dum rapto veſcitur agno,
Aſpicit hunc, & ſic arguit, opilio,
Sanctulus es monachus, non debes carne cibari.
Non ita ſancta iubet regula Baſilii,
Inde Lupus: Non eſt ſimplex, ait, ordo bonorum.
150. *Tunc male deluſum ſe vidit opilio.*
Poſtea quando famem natique ſuamque videret
Raptor, oberrantem reperit ecce capram.
Sola ſtat in monte carpendo vireta capella
Ex improuiſo proſiliente lupo.
155. *Tu quoque iure modo, lupus inquit, paſcua mordes.*
Crede mihi feci neſcio, capra refert.
At lupus intonuit: Reddes conuiuia pelle.
Vnde leuat tales haec tremebunda preces:
Praeueniam mortem miſſis concede duabus.
160. *Vna tibi, domine, proſit, & vna mihi.*
Sic ait. Illa canit altum diapente caprinum.
Aſſuit opilio proſiliente cane.
Tunc lupus aufugiens: Poteris legiſſe, cauebas
Non mihi, ſed miſſa profuit illa tibi.
165. *Plus aliis pro te quam tu tibi credere noli.*
Qui tibi dormitat ſcit vigilare ſibi.

Pro-

Digitized by Google

Proſequitur genus ergo caprae lupus, vt pro- A. C.
perando INC.
Curſitat, hircus eum conſpicit atque fugit.
Arboris enormis dum culmen ſcanderet hircus
Hunc ſequitur rapido quod foret eſca lupo. 170.
Spes tibi nulla fugae, trepidans ſe vertit ad ipſum,
Cum via vertenti vix daret arcta locum.
Dentibus ergo lupus minitat ſtridentibus hirco,
Cornua pro clypeo porrigit ille lupo.
Sed quia non potuit ſub barba tangere collum 175.
Nititur a ſupera prandere parte capram.

-- -- -- -- -- -- -- -- --

Nec rixae longam dat via ſtricta moram.
Ambo cadunt, ambo dependent, & iugulantur.
Hinc lupus, hinc hircus, flent ſua damna, ca-
dunt. 180.
Scit deus hic anima requie qua gaudeat hircus,
Sed ſcio ſtyx animam quod tenet aira lupi.

XXVI.

ANONYMVS.

INC.

Qui ſcripſit carmen de fraudibus Hoſpitum publicorum, titulo *Peregrinus.* Ex duobus illud Codicibus manuſcriptis bibliothecae Helmſtadienſis Academicae exhibeo, velut lectu non adeo indignum.

Incipit Peregrinus.

Olim qui peregre fortaſſe voles proficiſci,
Tutius vt vadas, haec mea ſcripta legas.
Qualicunque metro te deuitare docebo

Re-

Digitized by Google

A. C. Retia, quae nummo tendit auarus homo.
INC. Non tot ſunt auium laquei, pedicaeque *a*) ferarum,
5. Quot laqueos nummo tendit auarus homo.
Viſcera diſpenſat, & texit aranea telas,
Vt ſit pro pretio muſca laboris ei.
Sic animam perdit, *b*) corpusque fatigat, auarus,
10. Si nummum capiat, nil ſua damna querens.
O miſer! & plus quam miſer, immo miſerrime, nunquam
Haec Euangelii dicta notanda putas?
Quid prodeſt homini lati lucratio mundi?
Damno ſint animae ſi ſua lucra ſuae?
15. Diſce miſer, quod diuitiae ſint ſpina tricuſpis,
Quae ſemper cupidi pungere corda ſolent.
Diuitias vna parit, altera collateralis
Eſt. Tandem ſequitur tertia cuſpis eas.
Alternis etenim vicibus labor, & timor, ira
20. Immo dolor, cupidos extenuare ſolent.
Aes labor accumulat, ſeruat timor, & dolor aufert;
Has aeris parcas, quiſquis es, eſſe ſcias.
Cloto labor, Lacheſis timor, Athropos dolor hic ſunt,

Quae

XXVI. *a*) quibus pedes illaqueantur *b*) MS. *prodit*.

Digitized by Google

Quae cupidi mentem moeſtificare ſolent. A. C.
Namque labore graui multo diſcrimine INC.
vitae 25.
Tam cito labentes accumulantur opes.
Non ignis nec aquae terret diſcrimen auaros.
Improba ſpes lucri nulla pericla timet.
Quaeris vt expediam, qua ſollicitudine parcas
Seruet auarus opes, quoue timore colat? 30.
Promtius expediam; Qua ſollicitudine nidum
Seruat auis pullos cum fouet illa ſuos.
Quis dolor amiſſis rebus conſumat auarum
Quemlibet exempla cottidiana docent.
Nec dolor iſte latere poteſt, quem teſtificata 35.
Os, manus, ac oculi, ſigna doloris habent.
Os clamore ſonat, planctu manus, & lacrymarum
Imbre madent oculi, ſic dolor occat opes.
Quis niſi mentis inops ad opes ſuſpiret habendas?
Quis mihi pauperiem iudicet eſſe malam? 40.
Saepius ex opibus ſurgunt faſtus, gula, luxus.
Pauperies humilis ſobria, caſta, manet.
Aſt in praecipiti quoniam ſtetit ardor habendi,
Expedit, vt discat quiſque cauere ſibi.
Praecipue peregrinus, & ignotus; quia plures 45.
Talibus inſurgunt, inſidiisque premunt.

Digitized by Google

A. C. INC.

His ego compatiens decreui ſcribere fraudes,
Per quas emungit hoſpes iniquus eos.
Vt fraus, nota magis, noceat minus, expoſitosque
Tendiculos nummi quisque cauere ſciat.
Limina ſanctorum ſi quando petunt peregrini
Pluribus *c*) inuitans obuius exit eis.
Occurritq; aliquis plena plus ſaepe diaeta,
Ducat vt hoſpitio te, peregrine, ſuo,
Non pietatis ope tactus, ſed amore crumenae,
Vt releuet grauidam compatiente manu,
Heu quot lacinas *d*) pateris miſeranda crumena!
Mantica quam modico tempore clauſa manes!
Mantica vae miſerae nimium vicina crumenae!
Mantica vae quoties in tua damna paris.
Obuius ergo venit praemiſſus ab hoſpite ſeruus
Exſpectans, domino quos vocet ipſe ſuo.
Dumque venire videt peregrinos, inngitur illis,
Quos ſaluere iubens iſta referre ſolet:
Cuiates eſtis fratres? quo certificatus
Ipſorum patriam laude beare ſtudet.
Atque ita felices, quibus ibi contigit eſſe

In

c) MS. II. *plurimus.* *d*) forte *lacinias.*

In patria, similis non reperitur ei. A. C.
Haec est, quae sola fidei conseruat honores. INC.
Proh dolor! haec aliis est aliena locis. 70.
Militat haec Marti, scrutatur Apollinis artes,
Patria, re gemino vernat honore potens.
Fertilitate praeit terras sub vtroque iacentes
Cardine, totius gloria sola soli.
Tandem de dominis quaerit, castrisque, locisque. 75.
Et quasi nota vocat nomine quaeque suo.
Nam quod praedidicit praesentibus a peregrinis
Enumerans, veluti singula nota, refert.
Ipsorumque loquens idiomate compatriotas,
De quocunque loco sint, probat esse suos. 80.
Sic laqueos celat; sic fraudes palliat, vt sic
Credula simplicitas credat abesse dolos.
Sic mel apis, stimulumque, gerit, sic ore canendo
Sirenes vngues dissimulare solent.
Ad finem tandem properans inquirit ab ipsis: 85.
Cuius in hospitio membra leuare velint?
Commendansque suum dominum, suadensque, quod eius
Intrent hospitium, talia lina iacit:
Vobis consulere teneor, quia compatriotae
Praesidium debet quilibet esse suo. 90.
Exulis est, quod in exilio sint compatriotae,

Digitized by Google

A. C. Compatiens veram continuando fidem.
INC. Dicite num noſtis, fama referente, fidelem
Gerhardum, notum laude fideque, virum.
Hunc ego prae reliquis burgi burgenſibus huius
Elegi, dominus eſſet vt ille meus.
Adiui certe de laude viri licet abſens.
Nam famam probitas nulla latere poteſt.
Hac tamen in huius titulis mihi teſtor iniquam,
Inuida conticuit quae referenda forent.
Inuida fortaſſis non eſt, ſed verius impos. *e*)
Multa licet narret, omnia nemo poteſt.
Si qua tamen recitans *f*) redimit dicendo fidelem,
A fidei titulis intitulando virum.
Hoc adhuc tantum virtutes colligit omnes:
Nam virtus nulla ſola manere poteſt.
Sed quia non potuit a qualibet intitulari,
Obtinuit titulum nominis vna fides.
Quae tantum ſortita virum ceſſiſſe ſorores
Gaudeat & ſola publica regna regat.
Pace loquar fidei, ſibi plus accreſcit honoris
De probitate viri, quam ferat ipſa ſibi.
Ius ſequitur, vim proſequitur, cauſas miſerorum
Semper proſequitur, aſſequiturque decus.
Sparſit opes ad opus inopum, dat opem tribulatis.
Hoc vt opus ſit opi, cum ſit opertus ope.
Hu-

e) MS. II. *inops*. *f*) MS. II. *recitet*.

Huius ſi laudes numerare velim, prius omne A. C.
Ebiberet quamuis paruula muſca mare. INC.
Et prius innumera numerarem ſidera coeli,
Quam poſſem laudes enumerare viri. 120.
Nec tamen propter mea credite verba, ſed ipſum
Qualis ſit, quem ſic laudo, probate virum.
Nam ſemper ſecum conſueuerunt peregrini
Noſtrates omni commoditate frui.
Quippe probe ſecum noſtri quoque compatriotae 125.
Vt puta praeterita nocte fuere viri.
Illi iurabant, alias ſe non habuiſſe
Hoſpitium melius commodiusue ſuo.
Inque ſuum velle ſe promiſere redire
Hoſpitium, ſi dent fata redire ſibi. 130.
Nec quenquam recipit alium, niſi compatriotas
Noſtros, ac illis commoda multa facit.
Quos, quia prae reliquis ſcit diſcretos & honeſtos,
Suscipit hoſpitium commoditate ſui.
Tamque leui pretio dat eis ſua, vel leuiori 135.
Vendere quam ſoleat ciuibus ipſe ſuis.
Nam neque vina, nec annonam, mercatur ab illis,
Vendat vt hoſpitibus carius illa ſuis
Immo ſuus dat ager fruges, ſibi vinea vinum,
Hortus olus, pratum gramina, ligna nemus. 140.
Idcirco leuiore foro vobis dabit iſta,

Digitized by Google

A. C. Quam qui pro nummis ſingula pauper emit.
INC Nam qui mercantur, vt vendant carius, illi
Pascere de lucro ſeque ſuosque ſolent.
Credite, non eget hoc lucro dominus meus, immo
Commoda plus veſtra, quam ſua lucra, ſitit.
Ergo bonis auibus veniſtis, quia vobis
Occurri. Super hoc gratificate Deo.
Ipſe ego felicem me gratulor eſſe, quod adſit
Vobis ſermonis copia tanta mihi.
Iuſſus eram certe procedere longius, at nunc
Vobiscum propter vos repedare volo.
Nam timeo, nequam ſi forſitan hoſpitis aedem
Intraretis, vbi commoda nulla forent
Sunt etenim multi, qui ſuſcipiunt peregrinos
Emungendi ſpe, non pietatis ope.
Ergo vitetis hos, dum vitare poteſtis,
Qui damnis veſtris ſic inhiare ſolent.
Ad minus hac nocte tales vitabitis, immo
Omni vos faciam commoditate frui.
Commoda tot faciam vobis, quot nullus habere
Poſſet in hoſpitio commoda plura ſuo.
Ad ſummum peream, niſi ſic ſeruiuero vobis,
Quod veſtro merear iure fauore frui.

Et

Digitized by Google

Et ſi ſunt pedites peregrini, quo magis illos A. C.
Alliciat, ſolet hac calliditate frui. IN C.
Sarcinulas, veſtes, illo, quo venerat ante, 165.
Ducit equo, feſſos exonerando viros.
Ipſorumque aliquem feſſum, vel forſitan aegrum,
Ducit equo tanquam compatiendo ſibi, 170.
Intera magis hoſpitio propiatur, *g*) & ecce
Inuitare viros obuia turba ruit,
Tunc qui ducit eos metuens ne forte ſequantur
Quenquam praeter eum callidus iſta refert.
En ſeductores, ſeductorumque clientes, 175.
Occurrent, qui vos illaqueare volunt.
Certatim veniunt, vos inuitare, luporum
More ruunt, pecudum quando pericla petunt.
Sunt apes, mel in ore gerant, ſtimulosque recondunt
In cauda colubres florida prata tegunt. 180.
Mel dulcis verbi fuco fel acerbat acerbi
Diſcors eſt cordi lingua doloſa mali
Iſti promittunt vobis quam plurima, quisque
Plus alio dantes verba ſed absque fune. *b*)
Dumque vident, nil promiſſa precesque valere, 185.
Vos terrere minis falſa minando volunt.

g) MS. II. *properatur.* *b*) MS. II. *fuere.* Verumque obſcurum.

A. C. Me ſeductorem dicent, & vos ſpoliatum
INC. Ducere, fingentes crimina multa mihi.
Et poſtquam portas vicosq; intrabitis vrbis,
Omnis in hoſpitio vos volet eſſe ſuo.
Maior erit clamor, maior fit in vrbe tumultus,
Quam de conflictu bellica caſtra fremunt.
Nil autem quicquid promittant, ſiue minentur,
Curetis, recto me comitate gradu.
Vix bene finiuit monitus inviaque clientes
Certatim veniunt alliciuntque viros.
Quos dum promiſſis ſecum precibusque vocare
Non poſſunt, miſcent iurgia multa minis.
Ipſorumque aliquis animi de felle propinans
His verbis cordis teſtificatur opes.
Ite malis auibus. Confuſio, ſcandala, damna,
Veſtrum perpetuo concomitentur iter.
O miſeri, ſtolidique boues! rationis egentes!
Quo ruitis capti fraude doloque viri?
Pabula praetendit coquus, abſconditque ſecurim,
Vt male ſecurum victimet ipſe bouem
Sic verbis iſte cepit vos dulcibus, vt ſic
Vos emungendi copia fiat ei.
Quamvis haec & plura minetur & vnus & alter,
Conſtat propoſitum flectere nolle viros.

Vr-

Digitized by Google

Vrbis per medium nullo reuuiante retenti A. C.
Se praecedentis concomitantur iter. INC.
Quos poſtquam ſeruus domini perduxit ad aedem,
Proponit domino perfidus iſta ſuo.
Ecce meos vobis adduco compatriotas,
Et precor, vt laete ſuſcipiatis eos.
Nam nec in hoc anno tam delectos mihi vidi
His igitur fieri commoda multa precor.
Cui dominus: fauſto veniant precor omine, certe
Quod potero faciam commoditatis eis.
Nec mora, vina probant, & monſtrari ſibi poſcunt.
Menſuram quarti detur abinde rogant.
Vina probat guſtus, menſuram viſus obambit,
Cenſet, quid dandum ſit, rationis apex
Taxato pretio quaerunt, ſi ſufficientes
Lectos his habeat omnibus? Hoſpes ait:
Numquid ſufficiet vobis, quod ſaepe ducentis
Sufficit integra commoditate viris.
Intrant ergo domum, baculos ſaccosque reponunt,
